ܕܝܐܬܩܐ ܚܕܬܐ

NOVUM
Domini Nostri Jesu Christi
TESTAMENTUM
SYRIACUM,

Cum

VERSIONE LATINA;

Curâ & Studio

JOHANNIS LEUSDEN

ET

CAROLI SCHAAF

Editum.

Ad omnes Editiones diligenter recensitum; & VARIIS LECTIONIBUS, magno labore collectis, adornatum.

LUGDUNI BATAVORUM.

Typis JOH: MULLERI, JOH: Fil:

Apud { CORNELIUM BOUTESTEYN, & SAMUELEM LUCHTMANS. } 1709.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

MOſes Meredinæus ex Meſopotamia Sacerdos, ab Ignatio Patriarcha Antiocheno miſſus, Syrum novi Teſtamenti volumen Manu-ſcriptum [in quo deerant, hiſtoria adulteræ Johan. 8, ſecunda epiſtola Petri, ſecunda & tertia Johannis, epiſtola Judæ & Apocalypſis] pro Aſiaticis Chriſtianis prelo excuſorio multiplicandum ex Aſia in Europam apportavit. Et cum nec Romæ nec Venetiis, quamvis Ampliſſimorum hominum favore niteretur, quenquam reperiſſet, qui magnum hoc & difficile opus ſuſcipere vellet: tandem nonnullorum, qui Johannem Albertum Widmanſtadium Jure-conſultum Auſtriæ Cancellarium eàdem ferè ſollicitudine urgeri norant, conſilia ſecutus, ex Italia ad dictum Widmanſtadium contendit; quem in ipſo itinere, ſive caſu, ſive divinâ commonſtratione, offendit. Eum igitur Cancellarius, ceu divinitùs ſibi oblatum, Viennam ad Ferdinandum Imperatorem adduxit; cui rem omnem, ut inſtituta geſtaque fuerat, ordine expoſuit. Hoc ipſo Imperator commotus benignè liberaliterque ſumptus in magnificum hoc opus pollicebatur: & ipſi Widmanſtadio, Syriacæ linguæ peritiſſimo, ut ejus diligentià emendatum ſplendidumque in lucem emitteretur, imperabat.

Hinc nata eſt prima N. T. Syri editio *Viennenſis* in 4°, literis Syriacis nitidis, cum vocalibus, at non omnibus; eam procurantibus & Widmanſtadio & Moſe Meredinæo. Edita eſt

anno 1562. Et exemplaria in gratiam Ecclesiæ Syriacæ impressa maximam partem in Orientem reportata, ideoque in Occidente rariora sunt.

Viennensem secuta est altera editio, *Tremellii*, literis Chaldaicis elegantibus, additis punctis, magis ad Hebrææ & Chaldææ quàm linguæ Syræ analogiam; ex Chaldaismo quoque in tertia pers. masc. sing. & in tertia plur. utriusque gen. Futuri loco præformantis נ ubique י scripsit: & alia habet quæ Syris planè ignota sunt. Difficiliorum vocum radices earumque explicationes Textui Syriaco adjecit. Adjunxit etiam versionem Latinam, quam ipse omnium primus adornavit. Et magni momenti notis Textum utrumque illustravit. Heidelbergæ anno 1568.

Tertia editio continetur in Bibliis *Regiis*, quæ in publicum prodiit operâ Guidonis Fabricii Boderiani, qui Textum Syrum charactere Syriaco, quemadmodum in Viennensi reperitur, exscripsit, multis tamen locis ex M.S. quodam vetusto emendatis. Addidit versionem suam Latinam, in qua non rarò Tremellianam secutus est. Textum Syrum charactere quoque Chaldaico subjunxit, punctis cum Tremellio appositis ad Hebrææ & Chaldææ dialecti genium: est autem in eo punctatio paulò accuratior & melior Tremellianâ. Hæc editio à Plantino excusa est Antwerpiæ anno 1571.

Editiones, quarta in 8°, & quinta in 12° s. 24°, literis Chaldaicis minoribus & sine vocalibus impressæ sunt ab eodem *Plantino* Antwerpiæ anno 1575.

Sextam editionem edidit *Guido Fabricius Boderianus*, literis Chaldaicis, absque punctis, cum versione Latina interlineari ab ipso verbotenus facta. In 4° excusa est Parisiis anno 1584.

Septima editio in lucem emissa est ab *Elia Huttero* cum

N.T.

N.T. undecim aliarum linguarum. Textum Syriacum exhibet characteribus Chaldaicis, omnino ut habet Tremelliana. Addidit Syriacè de suo loca omnia in Mosis Meredinæi M.S. deficientia: quin & epistolam, quæ dicitur Pauli ad Laodicenses, in linguam Syriacam ipse transtulit, & post epistolam ad Colossenses collocavit. Hæc editio edita est 2 voll. in folio Noribergæ annis 1599 & 1600.

Editionem octavam publici juris fecit *Martinus Trostius*, literis Syriacis & vocalibus pluribus ad codicis Viennensis imitationem, versione Latinâ subjunctâ, in 4° Cothenis Anhaltinorum anno 1621.

Editionem nonam typis edidit Michaël de Jay in opere suo splendido *Heptaglotto Parisiensi* anno 1645, usus præcipuè hâc in re operâ viri Clarissimi Gabrielis Sionitæ Maronitæ S.T.D. qui primus vocales omnes ex ipso Syriasmo suæ cuique syllabæ apposuit, & interpretatione quoque Latinâ adjunctâ. In Viennensi, Regiâ & Trostii editionibus una ejusdem dictionis syllaba interdum vocali notata, alia eâ privata est; & in dictionibus quoque innumeris vocales prorsus omissæ sunt, vel non semper literis illis, ad quas pertinent, adscriptæ, sed nonnunquam præcedentibus aut sequentibus appositæ sunt; ita ut à Lectore ex analogia grammatica & linguæ peritiâ, quæ deficiunt, supplendæ; aut quæ alienis literis additæ, propriis restituendæ sint. Neglexerant etiam dictæ editiones lineam occultantem, quam Sionita ubique subduxit literis juxta Syros occultandis. Præterea editioni huic additi sunt libri in editionibus, Viennensi, Tremellianâ, Regiâ, Plantinianis, Parisiensi minore & Trostianâ desiderati; scilicet epistola secunda Petri, secunda & tertia Johannis, & epistola Judæ; quas Edwardus Pocockius ex celeberrimæ Bibliothecæ Bodelianæ Oxoniensis

M. S. exemplari exſcriptas charactere Syro & Chaldæo verſione Latinâ & notis inſignitas ediderat Lugduni Batavorum anno 1630: addita quoque eſt huic editioni Pariſienſi Apocalypſis Johannis, quam Ludovicus de Dieu ex M. S. è Scaligeri Legato depromptam charactere Syriaco & Chaldaico cum verſione Latina & Animadverſionibus in lucem ediderat Lugduni Batavorum anno 1627.

Editio decima reperitur in Bibliis *Polyglottis Anglicanis* à Briano Waltono S. T. D. editis Londini anno 1653. Hæc editio ſimillima eſt præcedenti Sionitæ editioni. Supplevit hæc ex M. S. Jacobi Uſſerii Archiepiſcopi Armachani hiſtoriam adulteræ Joh. 8. in editionibus prioribus, etiam Pariſienſi majore, non extantem.

Editionem undecimam excudendam curavit *Ægidius Gutbirius* Gymnaſii Hamburgenſis Prof. P. in 8° Hamburgi anno 1664, ſecutus exemplar ſuum Troſtianum, quod animaverat ipſe vocalibus quibuſdam ex Conſtantini l'Empereur Manu-ſcripto: & quia in codice Troſtiano novi Teſt. loca in Viennenſi deficientia deſiderabantur, ea ipſa, ſive ex Pocockio & Lud. de Dieu, ſive ex Pariſienſibus majoribus, ſive ex Polyglottis Anglicanis ſuæ editioni addidit. Solum Matthæum Latinè reddidit: varias Lectiones, & Lexicon Syriacum parvum adjunxit.

Duodecima editio impreſſa eſt in 12° *Sulzbaci* anno 1684, literis Chaldaicis, abſque vocalibus. Cum varias Lectiones colligerem hæc editio in manus meas nondum devenerat; poſtea ab Amico percaro communicata eſt. Oculis meis eam perluſtrans comperi, convenire cum Plantinianis in 8° & 12°; deeſſe quoque in ea omnia iſta loca quæ in iis editionibus deſunt: ideoque nullum inde detrimentum paſſus ſum, quòd ſeriùs mihi ejus copia facta ſit.

Com-

Commemoratarum editionum exemplaria, aut ferme omnia distracta, aut pretii immanioris ſunt, aut iis qui linguam Syriacam addiſcere cupiunt non ſatis commoda: ſtudii itaque Syriaci ubivis propagandi causâ, & ne antiquiſſima illa ſacram N. T. ſcripturam ſcrutaturis utiliſſima verſio Syriaca uſquam deficeret, editio nova, quæ pretio minùs caro, & Studioſis præcipuè in Collegiis uſui eſſet, ſummopere neceſſaria erat. Ideo inter Clariſſimum Virum D. JOHANNEM LEUSDENUM linguæ Hebrææ & Philologiæ ſacræ Profeſſorem Ultrajectinum & me CAROLUM SCHAAF ex Authoritate Illuſtriſſimorum Univerſitatis Lugduno-Batavæ D. D. Procerum linguarum Orientalium Doctorem convenerat, denuo Novum Teſtamentum Syriacum cum verſione Latina, præſertim Juventuti ſtudioſæ quàm maximè accommodatum noſtrûm utriuſque nomine edere. Diſſentiebamus autem inter nos parumper de punctatione: Ipſe cum Tremellio, Maſio, Buxtorfio, Waſero, aliiſque ferè Hebraizantibus & Chaldaizantibus ad Waw terminale 3 perſ. plur. maſc. Præteritorum, & 2 perſ. plur. maſc. gen. Imperativorum [Quod attinet Quieſcentia Lomad; quidam ex iis etiam Ezozo perperam addunt literæ Jud ante Waw terminale 3 perſ. plur. maſc. præteriti Quieſcentium Lomad Jud in Peal, & Quieſcentium Lomad Olaph & Jud in cæteris conjugationibus; ſed Waw terminale 3 perſ. plur. maſc. præteritorum Quieſcentium Lomad Olaph in Peal, & 2 perſ. plur. maſc. Imperativorum Quieſcentium Lomad Olaph & Jud in omnibus conjugationibus rectè juxta ipſos omnes cum præcedente Pethocho coaleſcit in diphthongum *au*] adſcribi volebat vocalem Ezozo; ego cum ipſis Syris vocalem nullam ibi adſcribendam eſſe aſſerebam. Terminali Jud, Pronominis ܐܢܬܝ *tu* fœm. generis: Affixorum, excepto ܝ affixo 1 perſ. ſing. numeri cum præfixis ܒ & ܠ, cum quibus dicitur

ܒܝ

ܓܢܝ ܓܢܝ; & affixo ܝ quod nominibus plural. masc. gen. convenit, & cum vocali agglutinante Pethocho quasi diphthongum *aj* constituit: Verborum, 2 pers. sing. fœmininæ, 3 pers. plur. fœmininæ, formæ ܦܩܘܕ, Præteritorum: 2 pers. sing. fœmininæ, & 2 pers. plur. fœmininæ, formæ ܦܩܘܕܝ, Imperativorum; & 3 pers. sing. fœmininæ cum ܝ paragogico, Futurorum [dictæ verborum personæ rursum excipiuntur in Quiescentibus Lomad; in iis enim Jud terminale, etiam ipsis Syris, vel quiescit in vocali Chevozo, vel cum præcedente vocali quasi diphthongum efficit: & in iisdem verbis 3 pers. sing. fœminina Futurorum Jud paragogicum non admittit] præponi volebat vocalem Chevozo, in qua ܝ quiesceret: ego & hìc Syros imitans nullam vocalem præponendam esse dicebam. Dein tertiam radicalem 1 pers. plur. Præteritorum formæ ܦܩܕܢ punctari volebat vocali Pethocho; ego ex Syrorum sententia eam literam sine vocali imprimendam esse ajebam. Eâdem vocali Pethocho notandam esse docebat secundam utriusque generis & numeri radicalem Imperativorum passivorum analogorum; ego verò ipsorum Syrorum Grammaticorum præcepta observans primæ radicali Pethocho apponendum, & reliquas radicales per scheva quiescens efferendas esse contendebam, supposità simul virgulâ secundæ radicali: excipienda solùm fœminina pluralis formæ ܐܬܦܩܕܝܢ, ubi tertiam radicalem pronunciari per vocalem necesse est, quia tres consonantes simul per scheva quiescens jungi non possunt; cùm tamen eadem persona formæ ܐܬܦܩܕܝܢ regulam sequatur: atque ita omnes Imperativorum passivorum voces, exceptâ secundâ plurali fœmininâ formæ ܐܬܦܩܕܝܢ [Excipiuntur etiam ab ista regula passiva Quiescentium ultimâ radicali; item Etpheel Quiescentium media] eodem modo cum Syris pronunciandas esse affirmabam. Imperativum Ettaphal Defectivorum primâ radicali punctabat ܐܬܬܦܩ, Syri punctant ܐܬܬܦܩ; Defecti-

vorum

norum secundâ radicali legebat [illegible], Syri legunt [illegible]; Quiescentium primâ Olaph pronunciabat [illegible], Syri pronunciant [illegible]; Quiescentium prima Jud proferebat [illegible], Syri proferunt [illegible]. Hæc paucula sunt in quibus à Cl. Viro p. m. dissidebam: ubique enim ipsorum Syrorum vestigia premenda esse judicabam. Et quia ætatis ratione Patris instar mihi venerandus erat, propositi nostri operis ambo unâ initium tunc temporis ex ipsius sententia fecimus; ac in eo in versum vigesimum capitis decimi quinti Evangelii Lucæ deveneramus, cùm Vir Celeberrimus è vita excedens utriusque nostri incepta mihi soli relinqueret exequenda. Tum adhuc unum duntaxat quaternionem ad ejus sententiam absolvens, à versu vicesimo septimo capitis decimi octavi modò dicti Evangelii, & deinceps ad Novi Test. finem usque in paucioribus istis de quibus cum ipso discrepabam, & in cæteris omnibus, ipsam Syrorum punctationem, prout ea in Parisiensi majori & Anglicanâ edit. accuratissimè expressa est, solicitè secutus sum.

Ex jam dictis liquet, diversam N. T. Syri esse punctationem: aliam eorum qui in Syriacis chaldaizant, prout anno 1568. punctavit Tremellius, & annis 1599. ac 1600. Hutterus; quos Leusdenus secutus est: aliam illorum punctationem esse qui purum Syriasmum observant; quos ego Clarissimo Leusdeno defuncto imitatus sum. Itaque si forte Lector sit, qui Chaldaizantium punctatione delectetur, en eam habet ab initio Testamenti nostri ad versum vicesimum septimum capitis decimi octavi Evangelii Lucæ; qui verò potiùs ipsorum Syrorum punctationem desiderat, ecce eam ipsam invenit à dicto loco Lucæ usque ad finem Testamenti. Et juxta ea quæ hîc in præfatione monita sunt utervis Lector utramvis lectionem per totum Testamentum pro desiderio suo sequi potest.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Et ut hæc nostra editio eò accuratior prodiret in publicum, ad omnes editiones, quotquot antea prodierant, diligentissimè recensui. Et ex iis maximæ utilitatis mihi fuère Viennensis, Parisiensis major & Anglicana: Viennensis, cum sit omnium prima & originaria, mihi primaria norma fuit; Parisiensis major & Anglicana, cum genuinam Syrorum punctationem perfectissimè plenissimèque exprimant, velut exemplaria in punctando prorsus imitanda mihi extitere.

In hac editione N. T. invenitur completum, æquè ac in Anglicana & Gutbiriana; libris locisque in Viennensi desideratis ex Manu-scriptis, ab Edwardo Pocockio, Ludovico de Dieu & Briano Waltono, ut antea dictum est, suppletis.

Præterea, ut Textus Syrus intellectu facilior esset, ad latus adjunxi versionem Latinam ex omnibus ejus versionibus Latinis, in primis Tremellianâ, & ubicunque mihi videbatur commodum, propriâ operâ compositam.

Denique, Amice & Studiose Lector, juvandi desiderio inductus Variantes Lectiones ex omnibus editionibus magnâ industriâ collectas tibi offero; ut earum ope & ductu adjutus, omnes quasi editiones ex diversis Manu-scriptis multo studio formatas uno ferè intuitu in hac editione contemplari, & non tantùm juxta consonantes, verùm etiam secundum puncta examinare, & inter se conferre possis.

Habes ergo nunc editionem Novi Testamenti Syri decimam tertiam, editionem omnibus præcedentibus editionibus in usum tuum accommodatiorem. Ad cujus faciliorem ac pleniorem exegesin magno labore & studio tibi apparavi Lexicon Syriacum Concordantiale, cæteris Novi Testamenti Syri Lexicis, vocibus locupletius, methodo accuratius, omnique apparatu suo & Tyronibus & Provectioribus utilius. Vale, laboribus nostris fave, & à Deo omnis boni Datore largissimo mecum supplicibus precibus instanter ora Spiritum sanctum: hîc Beatis Apostolis linguas infudit, easque in ipsis sanctificavit; ut iis Elogia Dei sanctè eloquerentur, scriberentque: hîc & linguarum desiderium in nobis excitabit, fovebitque; & nostrum earum studium prosperabit, ac sanctificabit; ut per linguarum notitiam earumque versiones, inter quas Syriaca N. T. elucet, verum Verbi Dei sensum clariùs salutariùsque percipiamus, verâ fide avidiùs amplectamur, omnemque nostram vitam ad id ipsum exquisitiùs instituamus; imò & ejus ope atque auxilio alios in hanc eandem viam feliciùs perducamus ad solius Dei Triunius gloriam sempiternam. Script. Lugduni in Batavis ipsis Kal. Martii cIɔ Iɔ ccviii.

[illegible]

ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ

ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܬܝ ܫܠܝܚܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ 1 ܀

1 ܟܬܒܐ ܕܝܠܝܕܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܆ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ ܒܪܗ ܕܐܒܪܗܡ. 2 ܐܒܪܗܡ ܐܘܠܕ ܠܐܝܣܚܩ. ܐܝܣܚܩ ܐܘܠܕ ܠܝܥܩܘܒ. ܝܥܩܘܒ ܐܘܠܕ ܠܝܗܘܕܐ ܘܠܐܚܘܗܝ. 3 ܝܗܘܕܐ ܐܘܠܕ ܠܦܪܨ ܘܠܙܪܚ ܡܢ ܬܡܪ. ܦܪܨ ܐܘܠܕ ܠܚܨܪܘܢ. ܚܨܪܘܢ ܐܘܠܕ ܠܐܪܡ. 4 ܐܪܡ ܐܘܠܕ ܠܥܡܝܢܕܒ. ܥܡܝܢܕܒ ܐܘܠܕ ܠܢܚܫܘܢ. ܢܚܫܘܢ ܐܘܠܕ ܠܣܠܡܘܢ. 5 ܣܠܡܘܢ ܐܘܠܕ ܠܒܥܙ ܡܢ ܪܚܒ. ܒܥܙ ܐܘܠܕ ܠܥܘܒܝܕ ܡܢ ܪܥܘܬ. ܥܘܒܝܕ ܐܘܠܕ ܠܐܝܫܝ. 6 ܐܝܫܝ ܐܘܠܕ ܠܕܘܝܕ ܡܠܟܐ. ܕܘܝܕ ܐܘܠܕ ܠܫܠܝܡܘܢ ܡܢ ܐܢܬܬܗ ܕܐܘܪܝܐ. 7 ܫܠܝܡܘܢ ܐܘܠܕ ܠܪܚܒܥܡ. ܪܚܒܥܡ ܐܘܠܕ ܠܐܒܝܐ. ܐܒܝܐ ܐܘܠܕ ܠܐܣܐ. 8 ܐܣܐ ܐܘܠܕ ܠܝܗܘܫܦܛ. ܝܗܘܫܦܛ ܐܘܠܕ ܠܝܘܪܡ. ܝܘܪܡ ܐܘܠܕ ܠܥܘܙܝܐ. 9 ܥܘܙܝܐ ܐܘܠܕ ܠܝܘܬܡ. ܝܘܬܡ ܐܘܠܕ ܠܐܚܙ. ܐܚܙ ܐܘܠܕ ܠܚܙܩܝܐ. 10 ܚܙܩܝܐ ܐܘܠܕ ܠܡܢܫܐ. ܡܢܫܐ ܐܘܠܕ ܠܐܡܘܢ. ܐܡܘܢ ܐܘܠܕ ܠܝܘܫܝܐ. 11 ܝܘܫܝܐ ܐܘܠܕ ܠܝܘܟܢܝܐ ܘܠܐܚܘܗܝ ܒܓܠܘܬܐ ܕܒܒܠ ܀ 12 ܡܢ ܒܬܪ ܕܝܢ ܓܠܘܬܐ ܕܒܒܠ. ܝܘܟܢܝܐ ܐܘܠܕ ܠܫܠܬܐܝܠ. ܫܠܬܐܝܠ ܐܘܠܕ ܠܙܪܘܒܒܠ. 13 ܙܪܘܒܒܠ ܐܘܠܕ ܠܐܒܝܘܕ܆ ܐܒܝܘܕ ܐܘܠܕ ܠܐܠܝܩܝܡ. ܐܠܝܩܝܡ ܐܘܠܕ ܠܥܙܘܪ.

EUANGELIUM SANCTUM PRÆDICATIONIS MATTHÆI APOSTOLI.

CAPUT I.

1 DEscriptio generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham.

2 Abraham genuit Isaac. Isaac genuit Jacob. Jacob genuit Judam, & fratres ejus.

3 Juda genuit Pharetz & Zaram è Thamar. Pharetz genuit Hezron. Hezron genuit Aram.

4 Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naasson. Naasson genuit Salmon.

5 Salmon genuit Boaz è Rachab. Boaz genuit Obed è Ruth. Obed genuit Isai.

6 Isai genuit David Regem. David genuit Salomon ex uxore Uriæ.

7 Salomon genuit Rehabeam. Rehabeam genuit Abiam. Abia genuit Asam.

8 Asa genuit Josaphat. Josaphat genuit Joram. Joram genuit Uziam.

9 Uzias genuit Jotham. Jotham genuit Achaz. Achaz genuit Ezechiam.

10 Ezechias genuit Manassen. Manasses genuit Amon. Amon genuit Josiam.

11 Josias genuit Jechoniam & fratres ejus in exilio Babylonico.

12 Post exilium autem Babylonicum Jechonias genuit Schaltiel. Schaltiel genuit Zorobabel.

13 Zorobabel genuit Abiud. Abiud genuit Eliakim. Eliakim genuit Azor.

14 Azor genuit Zadok. Zadok genuit Achin. Achin genuit Eliud.
15 Eliud genuit Eliazar. Eliazar genuit Mathan. Mathan genuit Jacob.
16 Jacob genuit Joseph, virum Mariæ, ex qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.
17 Omnes igitur progenies ab Abraham usque ad David, progenies quatuordecim: & à David usque ad exilium Babylonicum, progenies quatuordecim: & ab exilio Babylonico usque ad Christum, progenies quatuordecim.
18 Nativitas autem Jesu Christi ita fuit. Quum desponsata esset Maria mater ejus Josepho, antequam consociarentur, inventa est in utero habere è Spiritu sancto.
19 Joseph autem maritus ejus, justus erat, & non volebat diffamare eam: meditabaturque, ut occultè dimitteret eam.
20 Quum autem hæc meditaretur, apparuit ei Angelus Domini in somnio, & dixit ei: Joseph fili David, ne metuas assumere Mariam uxorem tuam: id enim quod genitum est in ea, è Spiritu est sancto.
21 Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus JESUS, ipse enim servabit populum suum à peccatis eorum.
22 Hoc autem totum quod fuit, *fuit*, ut impleretur id quod dictum fuerat à Domino per Prophetam:
23 Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Immanuel: quod exponitur, nobiscum *est* Deus noster.
24 Quum surrexisset autem Joseph ex somno suo, fecit sicut mandaverat ei Angelus Domini, & accepit uxorem suam.
25 Et non cognovit eam donec peperisset filium suum primogenitum: Et vocavit *illa* nomen ejus JESUS.

CA-

14 ܥܙܘܪ ܐܘܠܕ ܠܨܕܘܩ. ܨܕܘܩ ܐܘܠܕ ܠܐܟܝܢ. ܐܟܝܢ ܐܘܠܕ ܠܐܠܝܘܕ. 15 ܐܠܝܘܕ ܐܘܠܕ ܠܐܠܥܙܪ. ܐܠܥܙܪ ܐܘܠܕ ܠܡܬܢ. ܡܬܢ ܐܘܠܕ ܠܝܥܩܘܒ.
16 ܝܥܩܘܒ ܐܘܠܕ ܠܝܘܣܦ ܓܒܪܗ ܕܡܪܝܡ ܕܡܢܗ ܐܬܝܠܕ ܝܫܘܥ ܕܡܬܩܪܐ ܡܫܝܚܐ܀
17 ܟܠܗܝܢ ܗܟܝܠ ܫܪܒܢ ܡܢ ܐܒܪܗܡ ܥܕܡܐ ܠܕܘܝܕ ܫܪܒܢ ܐܪܒܥܣܪ. ܘܡܢ ܕܘܝܕ ܥܕܡܐ ܠܓܠܘܬܐ ܕܒܒܠ ܫܪܒܢ ܐܪܒܥܣܪ. ܘܡܢ ܓܠܘܬܐ ܕܒܒܠ ܥܕܡܐ ܠܡܫܝܚܐ ܫܪܒܢ ܐܪܒܥܣܪ܀
18 ܝܠܕܗ ܕܝܢ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܟܢܐ ܗܘܐ. ܟܕ ܡܟܝܪܐ ܗܘܬ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܠܝܘܣܦ ܥܕܠܐ ܢܫܬܘܬܦܘܢ ܐܫܬܟܚܬ ܒܛܢܐ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.
19 ܝܘܣܦ ܕܝܢ ܒܥܠܗ ܟܐܢܐ ܗܘܐ. ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܢܦܪܣܝܗ. ܘܐܬܪܥܝ ܕܒܛܠܢܝܐܝܬ ܢܫܪܝܗ.
20 ܟܕ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܬܪܥܝ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ ܒܚܠܡܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܝܘܣܦ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ: ܠܐ ܬܕܚܠ ܠܡܣܒ ܠܡܪܝܡ ܐܢܬܬܟ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܡܢܗ ܡܬܝܠܕ ܡܢ ܪܘܚܐ ܗܘ ܕܩܘܕܫܐ.
21 ܬܐܠܕ ܕܝܢ ܒܪܐ ܘܬܩܪܐ ܫܡܗ ܝܫܘܥ. ܗܘ ܓܝܪ ܢܚܐ ܠܥܡܗ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ.
22 ܗܕܐ ܕܝܢ ܟܠܗ ܗܘܬ: ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܡܢ ܡܪܝܐ ܒܝܕ ܢܒܝܐ:
23 ܕܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܬܒܛܢ ܘܬܐܠܕ ܒܪܐ: ܘܢܩܪܘܢ ܫܡܗ ܥܡܢܘܐܝܠ. ܕܡܬܦܫܩ ܥܡܢ ܐܠܗܢ܀
24 ܟܕ ܩܡ ܕܝܢ ܝܘܣܦ ܡܢ ܫܢܬܗ: ܥܒܕ ܐܝܟ ܕܦܩܕܗ ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ ܘܕܒܪܗ ܠܐܢܬܬܗ.
25 ܘܠܐ ܚܟܡܗ ܥܕܡܐ ܕܝܠܕܬܗ ܠܒܪܗ ܒܘܟܪܐ ܘܩܪܬ ܫܡܗ ܝܫܘܥ܀

ܩܦܠܐܘܢ

ܩܦܠܐܘܢ ܒ ܀

1 ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܝܠܕ ܝܫܘܥ ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܕܝܗܘܕܐ܂ ܒܝܘܡܝ ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ܂ ܐܬܘ ܡܓܘܫܐ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܠܐܘܪܫܠܡ܂ 2 ܘܐܡܪܝܢ ܐܝܟܘ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܕܐܬܝܠܕ܂ ܚܙܝܢ ܓܝܪ ܟܘܟܒܗ ܒܡܕܢܚܐ ܘܐܬܝܢ ܠܡܣܓܕ ܠܗ܂ 3 ܫܡܥ ܕܝܢ ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ ܘܐܬܬܙܝܥ܂ ܘܟܠܗ ܐܘܪܫܠܡ ܥܡܗ܂ 4 ܘܟܢܫ ܟܠܗܘܢ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܕܥܡܐ܂ ܘܡܫܐܠ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܐܝܟܐ ܡܬܝܠܕ ܡܫܝܚܐ܂ 5 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܕܝܗܘܕܐ܂ ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܬܝܒ ܒܢܒܝܐ܂ 6 ܐܦ ܐܢܬܝ ܒܝܬ ܠܚܡ ܕܝܗܘܕܐ܂ ܠܐ ܗܘܝܬܝ ܒܨܝܪܐ ܒܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ܂ ܡܢܟܝ ܓܝܪ ܢܦܘܩ ܡܠܟܐ܂ ܕܗܘ ܢܪܥܝܘܗܝ ܠܥܡܝ ܐܝܣܪܝܠ܂ 7 ܗܝܕܝܢ ܗܪܘܕܣ ܒܛܠܘܫܝܐ ܩܪܐ ܠܡܓܘܫܐ܂ ܘܝܠܦ ܡܢܗܘܢ ܒܐܝܢܐ ܙܒܢܐ ܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܟܘܟܒܐ܂ 8 ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܒܝܬ ܠܚܡ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܙܠܘ ܥܩܒܘ ܥܠ ܛܠܝܐ ܒܚܦܝܛܘܬܐ܂ ܘܡܐ ܕܐܫܟܚܬܘܢܝܗܝ ܬܘ ܚܘܐܘܢܝ܂ ܕܐܦ ܐܢܐ ܐܬܐ ܐܣܓܘܕ ܠܗ܂ 9 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥܘ ܡܢ ܡܠܟܐ ܐܙܠܘ܂ ܘܗܐ ܟܘܟܒܐ ܗܘ ܕܚܙܘ ܒܡܕܢܚܐ ܐܙܠ ܗܘܐ ܩܕܡܝܗܘܢ܂ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܩܡ ܠܥܠ ܡܢ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܛܠܝܐ܂ 10 ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܘܗܝ ܠܟܘܟܒܐ܂ ܚܕܝܘ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܛܒ܂ 11 ܘܥܠܘ ܠܒܝܬܐ ܘܚܙܘܗܝ ܠܛܠܝܐ ܥܡ ܡܪܝܡ ܐܡܗ܂ ܘܢܦܠܘ ܣܓܕܘ ܠܗ܂ ܘܦܬܚܘ ܣܝܡܬܗܘܢ ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܩܘܪܒܢܐ܂ ܕܗܒܐ ܘܡܘܪܐ ܘܠܒܘܢܬܐ܂ 12 ܘܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ

ܒܚܠܡܐ

A 2

CAPUT II.

1 Quum autem natus esset Jesus in Bethlehem Judææ, in diebus Herodis Regis, venerunt Magi ab Oriente Hierosolymam,

2 Et dixerunt: Ubi est Rex Judæorum, qui natus est? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus ad adorandum eum.

3 Audivit autem Herodes Rex, & conturbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.

4 Et congregavit omnes Principes Sacerdotum, & Legisperitos populi, ac percontabatur eos, ubinam nasciturus esset Christus.

5 Ipsi autem dixerunt, in Bethlehem Judææ: ita enim scriptum est in Propheta.

6 Etiam tu Bethlehem Judæ non fuisti minima inter Reges Judæ: ex te enim prodibit Rex qui pascet populum meum Israel.

7 Tunc Herodes clam vocavit Magos, & didicit ab eis quonam tempore apparuisset eis stella illa.

8 Et misit eos Bethlehem, dixitque eis: Ite, inquirite de puero diligenter: & postquam inveneritis eum, venite renunciate mihi, ut etiam ego proficiscar, & adorem eum.

9 Ipsi autem, cum audivissent à Rege, profecti sunt. Et ecce, stella illa, quam viderant in Oriente, proficiscebatur ante eos, usque dum progressa esset, & staret supra *illum locum* ubi erat puer.

10 Quum autem vidissent ipsam stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè.

11 Et ingressi sunt eam domum, & viderunt puerum cum Maria matre ejus: & prociderunt, & adoraverunt eum, & aperuerunt thesauros suos, obtuleruntque ei oblationes, aurum, & myrrham, & thus.

12 Et ostensum est eis per somnium,

ne

ne reverterentur ad Herodem: ac per viam aliam profecti sunt in regionem suam.

13 Postquam autem abivissent, apparuit Angelus Domini per somnium Josepho, & dixit ei: Surge, accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: & illic esto, usquedum dicam tibi: futurum enim est, *ut* Herodes quærat ipsum puerum, ut perdat eum.

14 Joseph itaque surrexit, & accepit puerum & matrem ejus nocte, & fugit in Ægyptum.

15 Mansitque illic donec moreretur Herodes; ut impleretur id quod dictum est à Domino per Prophetam, qui dixit: Ex Ægypto vocavi filium meum.

16 Tunc Herodes, quum vidisset, quod illusus esset à Magis, iratus est valde: & misit, & interfecit pueros omnes Bethlehemitas, & omnium finium ejus, à nato duos annos, & infrà; juxta tempus quod perquisiverat à Magis.

17 Tunc impletum est id quod dictum erat per Jeremiam prophetam, qui dixit:

18 Vox audita est in Rama, fletus & ejulatus magnus. Rachel flens propter filios suos, & noluit admittere consolationem, propterea quod non sunt.

19 Postquam autem mortuus esset Herodes Rex, apparuit Angelus Domini per somnium Josepho in Ægypto.

20. Et dixit ei: Surge, accipe puerum & matrem ejus, & proficiscere in terram Israël; mortui enim sunt illi qui quærebant animam pueri.

21 Et Joseph surrexit, & accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram Israël.

22 Quum verò audivisset, quod Archelaus esset Rex in Judæa, loco Herodis patris sui, timuit proficisci illuc: & ostensum est ei per somnium, ut proficisceretur in regionem Galilææ.

23 Et venit, & habitavit in civitate quæ

ܒܚܠܡܐ. ܕܠܐ ܢܗܦܟܘܢ ܠܘܬ ܗܪܘܕܣ. ܘܒܐܘܪܚܐ ܐܚܪܬܐ ܐܙܠܘ ܠܐܬܪܗܘܢ. 13 ܟܕ ܕܝܢ ܐܙܠܘ: ܐܬܚܙܝ ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ ܒܚܠܡܐ ܠܝܘܣܦ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܩܘܡ ܕܒܪ ܠܛܠܝܐ ܘܠܐܡܗ ܘܥܪܘܩ ܠܡܨܪܝܢ. ܘܬܡܢ ܗܘܝ ܥܕܡܐ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ. ܥܬܝܕ ܗܘ ܓܝܪ ܗܪܘܕܣ ܠܡܒܥܝܗ ܠܛܠܝܐ. ܐܝܟ ܕܢܘܒܕܝܘܗܝ. 14 ܝܘܣܦ ܕܝܢ ܩܡ ܕܒܪ ܠܛܠܝܐ ܘܠܐܡܗ ܒܠܠܝܐ ܘܥܪܩ ܠܡܨܪܝܢ. 15 ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܗ ܕܗܪܘܕܣ. ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܡܢ ܡܪܝܐ ܒܝܕ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ: ܕܡܢ ܡܨܪܝܢ ܩܪܝܬ ܠܒܪܝ. 16 ܗܝܕܝܢ ܗܪܘܕܣ ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܒܙܚ ܡܢ ܡܓܘܫܐ: ܐܬܚܡܬ ܛܒ: ܘܫܕܪ ܩܛܠ ܛܠܝܐ ܟܠܗܘܢ ܕܒܒܝܬ ܠܚܡ ܘܒܟܠܗܘܢ ܬܚܘܡܝܗ. ܡܢ ܒܪ ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܘܠܬܚܬ: ܐܝܟ ܙܒܢܐ ܕܐܬܚܦܛ ܡܢ ܡܓܘܫܐ. 17 ܗܝܕܝܢ ܐܬܡܠܝ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܒܝܕ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ: 18 ܩܠܐ ܐܫܬܡܥ ܒܪܡܬܐ: ܒܟܝܐ ܘܐܠܝܐ ܣܓܝܐܐ. ܪܚܝܠ ܒܟܝܐ ܥܠ ܒܢܝܗ: ܘܠܐ ܨܒܝܐ ܠܡܬܒܝܐܘ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. 19 ܟܕ ܡܝܬ ܕܝܢ ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ: ܐܬܚܙܝ ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ ܒܚܠܡܐ ܠܝܘܣܦ ܒܡܨܪܝܢ. 20 ܘܐܡܪ ܠܗ. ܩܘܡ ܕܒܪ ܠܛܠܝܐ ܘܠܐܡܗ: ܘܙܠ ܠܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܡܝܬܘ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܗܢܘܢ ܕܒܥܝܢ ܗܘܘ ܢܦܫܗ ܕܛܠܝܐ. 21 ܘܩܡ ܝܘܣܦ ܕܒܪ ܠܛܠܝܐ ܘܠܐܡܗ: ܘܐܬܐ ܠܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. 22 ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥ ܕܐܪܟܠܐܘܣ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܒܝܗܘܕ ܚܠܦ ܗܪܘܕܣ ܐܒܘܗܝ: ܕܚܠ ܕܢܐܙܠ ܠܬܡܢ. ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܒܚܠܡܐ ܕܢܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܓܠܝܠܐ. 23 ܘܐܬܐ ܥܡܪ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ

ܕܡܬܩܪܝܐ ܢܨܪܬ. ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܒܢܒܝܐ ܕܢܨܪܝܐ ܢܬܩܪܐ ܀

quæ vocabatur Nazareth: ut impleretur id quod dictum fuit per Prophetam, quod Nazarenus vocaretur.

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܒܗܘܢ ܕܝܢ ܒܝܘܡܬܐ ܐܬܐ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ. ܘܡܟܪܙ ܗܘܐ ܒܡܕܒܪܐ ܕܝܗܘܕ. 2 ܘܐܡܪ. ܬܘܒܘ. ܩܪܒܬ ܠܗ ܓܝܪ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. 3 ܗܢܘ ܓܝܪ ܗܘ ܕܐܬܐܡܪ ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ. ܩܠܐ ܕܩܪܐ ܒܡܕܒܪܐ: ܛܝܒܘ ܐܘܪܚܗ ܕܡܪܝܐ ܘܐܫܘܘ ܫܒܝܠܘܗܝ. 4 ܗܘ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ: ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܒܘܫܗ ܡܢ ܣܥܪܐ ܕܓܡܠܐ. ܘܐܣܪ ܗܘܐ ܐܣܪܐ ܕܡܫܟܐ ܥܠ ܚܨܘܗܝ. ܘܡܐܟܘܠܬܗ ܩܡܨܐ ܘܕܒܫܐ ܕܒܪܐ ܀ 5 ܗܝܕܝܢ ܢܦܩܐ ܗܘܬ ܠܘܬܗ ܐܘܪܫܠܡ ܘܟܠܗ ܝܗܘܕ. ܘܟܠܗ ܐܬܪܐ ܕܚܕܪܝ ܝܘܪܕܢܢ. 6 ܘܡܥܡܕܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܒܝܘܪܕܢܢ ܢܗܪܐ: ܟܕ ܡܘܕܝܢ ܒܚܛܗܝܗܘܢ.

7 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܤܓܝܐܐ ܡܢ ܦܪܝܫܐ ܘܡܢ ܙܕܘܩܝܐ ܕܐܬܝܢ ܠܡܥܡܕ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܝܠܕܐ ܕܐܟܕܢܐ: ܡܢܘ ܚܘܝܟܘܢ ܠܡܥܪܩ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܕܐܬܐ. 8 ܥܒܕܘ ܗܟܝܠ ܦܐܪܐ ܕܫܘܝܢ ܠܬܝܒܘܬܐ. 9 ܘܠܐ ܬܤܒܪܘܢ ܘܬܐܡܪܘܢ ܒܢܦܫܟܘܢ: ܕܐܒܐ ܐܝܬ ܠܢ ܐܒܪܗܡ. ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ: ܕܡܫܟܚ ܐܠܗܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܐܦܐ ܠܡܩܡܘ ܒܢܝܐ ܠܐܒܪܗܡ. 10 ܗܐ ܕܝܢ ܢܪܓܐ ܤܝܡ ܥܠ ܥܩܪܐ ܕܐܝܠܢܐ. ܟܠ ܐܝܠܢܐ ܗܟܝܠ ܕܦܐܪܐ ܛܒܐ ܠܐ ܥܒܕ: ܡܬܦܤܩ ܘܢܦܠ ܒܢܘܪܐ. 11 ܐܢܐ ܡܥܡܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܡܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܒܬܪܝ ܐܬܐ ܚܝܠܬܢ ܗܘ ܡܢܝ. ܗܘ ܕܠܐ ܫܘܐ ܐܢܐ ܡܤܢܘܗܝ ܠܡܫܩܠ. ܗܘ ܢܥܡܕܟܘܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܒܢܘܪܐ. 12 ܗܘ ܕܪܦܫܐ

ܒܐܝܕܗ A 3

CAPUT III.

1 IN illis autem diebus venit Johannes Baptista; & prædicabat in deserto Judææ.

2 Ac dicebat, Convertimini: appropinquavit regnum cælorum.

3 Hic enim *ille* est de quo dictum fuit per Esaiam prophetam: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, & complanate semitas ejus.

4 Ipsius vero Johannis vestimentum e at pilorum camelorum, & cingulum pelliceum supra lumbos ejus: cibus autem ejus locustæ, & mel sylvestre.

5 Tunc egrediebatur ad eum Hierosolyma, & universa Judæa, & omnis locus circumjacens Jordanem.

6 Et baptizabantur ab eo in Jordane fluvio, quum confiterentur peccata sua.

7 Quum vidisset autem multos ex Pharisæis & ex Sadducæis, qui veniebant, ut baptizarentur, dixit illis: progenies viperarum, quis commonstravit vobis fugere ab ira adveniente?

8 Facite igitur fructus dignos conversione.

9 Et ne cogitetis, ac dicatis apud vos ipsos. Quod pater est nobis Abraham: dico enim vobis, quod potest Deus ex istis lapidibus suscitare filios Abrahamo.

10 Ecce autem securis posita est ad radicem arborum: omnis igitur arbor quæ fructum bonum non facit, exscinditur & cadit in ignem.

11 Ego baptizo vos aqua ad conversionem: ille autem qui post me venit, validior est me, cujus non sum dignus ego ut calceamenta portem: ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igne.

12 Ille est, in cujus manu ventilabrum, & purgabit

& purgabit areas suas: triticumque congregabit in horrea sua; paleam verò comburet igne qui non extinguetur.

13 Tunc venit Jesus ex Galilæa ad Jordanem ad Johannem; ut baptizaretur ab eo.

14 Ipse autem Johannes prohibebat eum, & dicebat: ego opus habeo, ut abs te baptizer, & tu ad me venisti?

15 Jesus autem ipse respondit, & dixit ei: Omitte nunc: sic enim decet nos, ut impleamus omnem justitiam. Et tunc omisit eum.

16 Quum ergo baptizatus esset Jesus, protinus ascendit ex aquis: & apertum est ei cælum, & vidit Spiritum Dei, qui descendit tanquam columba, & venit super ipsum.

17 Et ecce vox de cælis, quæ dicebat: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est.

ܕܒܐܝܕܗ ܡܕܟܐ ܐܕܪܘܗܝ. ܘܚܛܐ ܢܟܢܫ
ܠܐܘܨܪܘܗܝ: ܘܬܒܢܐ ܢܘܩܕ ܒܢܘܪܐ ܕܠܐ ܕܥܟܐ.
13 ܗܝܕܝܢ ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܠܝܘܪܕܢܢ
ܠܘܬ ܝܘܚܢܢ ܕܢܥܡܕ ܡܢܗ. 14 ܗܘ ܕܝܢ
ܝܘܚܢܢ ܟܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܐܡܪ. ܐܢܐ ܤܢܝܩ ܐܢܐ
ܕܡܢܟ ܐܬܥܡܕ: ܘܐܢܬ ܠܘܬܝ ܐܬܝܬ: 15 ܗܘ
ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܫܒܘܩ ܗܫܐ.
ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܝܐܐ ܠܢ ܕܢܡܠܐ ܟܠܗ ܟܐܢܘܬܐ.
ܘܗܝܕܝܢ ܫܒܩܗ. 16 ܟܕ ܥܡܕ ܕܝܢ ܝܫܘܥ:
ܡܚܕܐ ܤܠܩ ܡܢ ܡܝܐ: ܘܐܬܦܬܚܘ ܠܗ
ܫܡܝܐ ܘܚܙܐ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܚܬܐ ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܘܐܬܬ
ܥܠܘܗܝ. 17 ܘܗܐ ܩܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܐܡܪ:
ܗܢܘ ܒܪܝ ܚܒܝܒܐ ܕܒܗ ܐܨܛܒܝܬ.

CAPUT IV.

1 Tunc Jesus ductus est à Spiritu Sancto in desertum; ut tentaretur ab accusatore.

2 Et jejunavit quadraginta diebus & quadraginta noctibus; postea vero esuriit.

3 Et accedebat ille qui tentat, ac dicebat ei: si filius es Dei, dic ut isti lapides fiant panis.

4 Ipse vero respondit, & dixit: scriptum est, quod nequaquam pane solo vivat filius hominis; sed omni verbo procedente ex ore Dei.

5 Tunc assumsit eum accusator in civitatem sanctam, & statuit eum super pinnaculum templi;

6 Et dixit ei: si filius es Dei, præcipita te ipsum deorsum: scriptum est enim, quod Angelis suis mandabit de te, & super manus suas tollent te, ut non impingas in lapidem pedem tuum.

7 Dixit illi Jesus: rursum scriptum est: non tentabis Dominum Deum tuum.

8 Rursum assumit eum accusator in mon-

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 ܗܝܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܬܕܒܪ ܡܢ ܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܠܡܕܒܪܐ. ܕܢܬܢܤܐ ܡܢ ܐܟܠܩܪܨܐ.
2 ܘܨܡ ܐܪܒܥܝܢ ܐܝܡܡܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ ܠܠܘܬܐ.
ܐܚܪܝܢ ܕܝܢ ܟܦܢ. 3 ܘܩܪܒ ܗܘ ܡܢܤܝܢܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܢ ܒܪܗ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ: ܐܡܪ ܕܗܠܝܢ
ܟܐܦܐ ܢܗܘܝܢ ܠܚܡܐ. 4 ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ ܘܐܡܪ.
ܟܬܝܒ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܡܐ ܒܠܚܘܕ ܢܚܐ ܒܪܢܫܐ.
ܐܠܐ ܒܟܠ ܡܠܐ ܕܢܦܩܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܐܠܗܐ.
5 ܗܝܕܝܢ ܕܒܪܗ ܐܟܠܩܪܨܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ:
ܘܐܩܝܡܗ ܥܠ ܟܢܦܐ ܕܗܝܟܠܐ. 6 ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܢ
ܒܪܗ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ: ܪܡܝ ܢܦܫܟ ܠܬܚܬ. ܟܬܝܒ
ܓܝܪ ܕܠܡܠܐܟܘܗܝ ܢܦܩܘܕ ܥܠܝܟ. ܘܥܠ ܐܝܕܝܗܘܢ
ܢܫܩܠܘܢܟ: ܕܠܐ ܬܬܩܠ ܒܟܐܦܐ ܪܓܠܟ. 7 ܐܡܪ
ܠܗ ܝܫܘܥ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܠܐ ܬܢܤܐ
ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. 8 ܬܘܒ ܕܒܪܗ ܐܟܠܩܪܨܐ ܠܛܘܪܐ
ܪܡܐ

montem, qui valde, *erat* excelsus; & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam illorum:

9 Et dixit illi: hæc omnia tibi dabo, si procideris, & adoraveris me.

10 Tunc dixit illi Jesus: apage Satana: scriptum est enim quod Dominum Deum tuum adorabis, & eum solum coles.

11 Tunc omisit eum accusator; & ecce Angeli accedebant, & ministrabant ei.

12 Quum audivisset autem Jesus, quod Johannes traditus esset, migravit in Galilæam.

13 Et reliquit Nazareth, venitque, & habitavit Capernaumi, ad littus maris, in finibus Zabulon & Naphtali.

14 Ut impleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, qui ait:

15 Terra Zabulon, terra Naphtali, via maris, transitus Jordanis, Galilæa gentium:

16 Populus, qui sedebat in tenebris, lucem magnam vidit; & illos quod attinet, qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est ipsis.

17 Et tunc cœpit Jesus prædicare, & dicere: Convertimini: appropinquavit enim regnum cœlorum.

18 Quumque ambularet juxta littus maris Galilææ, vidit duos fratres, Simon qui vocatur Cephas, & Andream fratrem ejus: qui jaciebant retia in mare: erant enim piscatores.

19 Et dixit illis Jesus: Venite post me, & faciam vos, ut sitis piscatores filiorum hominis.

20 Ipsi autem confestim reliquerunt retia sua, & sequuti sunt eum.

21 Et quum progressus esset inde, vidit alios fratres duos, Jacobum filium Zebedæi, & Johannem fratrem ejus in navicula cum Zebedæo patre eorum, sarcientes retia sua: & vocavit eos Jesus.

22 Ipsi autem protinus reliquerunt naviculam & patrem suum, & sequuti sunt eum.

23 Et

23 Et circumibat Jesus universam Galilæam, docebatque in synagogis illorum, & prædicabat Euangelium regni: sanabatque omnem languorem & morbum in populo.
24 Et audita est fama illius in universa Syria. Et offerebant ei omnes, qui pessimè afficiebantur morbis diversis, & eos qui premebantur angustiis, & dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos: & sanavit eos.
25 Et sequutæ sunt eum turbæ multæ à Galilæa, & à Decem civitatibus, & ab Hierosolyma, & à Judæa, & à transitu Iordanis.

ܒܬܪܗ ܀ 23 ܘܡܚܕܪ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܒܟܠܗ ܓܠܝܠܐ ܘܡܠܦ ܗܘܐ ܒܟܢܘܫܬܗܘܢ. ܘܡܟܪܙ ܣܒܪܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܡܐܣܐ ܟܠ ܟܐܒ ܘܟܘܪܗܢ ܒܥܡܐ. 24 ܘܐܫܬܡܥ ܫܡܥܗ ܒܟܠܗ ܣܘܪܝܐ. ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܝܫܐܝܬ ܥܒܝܕܝܢ ܒܟܘܪܗܢܐ ܡܫܚܠܦܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܚܝܕܝܢ ܒܬܫܢܝܩܐ. ܘܕܝܘܢܐ. ܘܒܢܝ ܐܓܪܐ ܘܡܫܪܝܐ. ܘܐܣܝ ܐܢܘܢ. 25 ܘܐܙܠܘ ܒܬܪܗ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ. ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܘܡܢ ܥܣܪ ܡܕܝܢܢ. ܘܡܢ ܐܘܪܫܠܡ. ܘܡܢ ܝܗܘܕ. ܘܡܢ ܥܒܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ ܀

CAPUT V.

1 QUum autem vidisset Jesus turbas, ascendit in montem: & quum sedisset, accesserunt ad illum discipuli ejus.
2 Et aperuit os suum, & docebat illos, ac dicebat.
3 Beati pauperes spiritu: quoniam illorum est regnum cœlorum.
4 Beati lugentes: quoniam consolationem accipient.
5 Beati mites: quoniam ipsi hæreditatem capient terræ.
6 Beati illi qui esuriunt & sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati misericordes: quoniam ipsis exercebitur misericordia.
8 Beati illi qui mundi sunt in cordibus suis: quoniam ipsi videbunt Deum.
9 Beati pacifici; quoniam vocabuntur filii Dei.
10 Beati illi qui patiuntur persequutionem propter justitiam: quoniam illorum est regnum cœlorum.
11 Beati estis quum probra jecerint in vos, & persequuti fuerint vos, & dixerint adversus vos omne verbum malum propter me in falsitate.
12 Tunc gaudete & exultate; quoniam merces vestra multa est in cœlis: sic enim persequuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos.

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

1 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܠܟܢܫܐ: ܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܘܟܕ ܝܬܒ. ܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 2 ܘܦܬܚ ܦܘܡܗ ܘܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܀ 3 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܡܣܟܢܐ ܒܪܘܚ ܕܕܝܠܗܘܢ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܀ 4 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܐܒܝܠܐ ܕܗܢܘܢ ܢܬܒܝܐܘܢ ܀ 5 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܡܟܝܟܐ. ܕܗܢܘܢ ܢܐܪܬܘܢ ܐܪܥܐ ܀ 6 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܟܦܢܝܢ ܘܨܗܝܢ ܠܟܐܢܘܬܐ. ܕܗܢܘܢ ܢܣܒܥܘܢ ܀ 7 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܡܪܚܡܢܐ. ܕܥܠܝܗܘܢ ܢܗܘܘܢ ܪܚܡܐ ܀ 8 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܕܟܝܢ ܒܠܒܗܘܢ: ܕܗܢܘܢ ܢܚܙܘܢ ܠܐܠܗܐ ܀ 9 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܥܒܕܝ ܫܠܡܐ: ܕܒܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܢܬܩܪܘܢ ܀ 10 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܪܕܦܘ ܡܛܠ ܟܐܢܘܬܐ: ܕܕܝܠܗܘܢ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܀ 11 ܛܘܒܝܟܘܢ ܐܡܬܝ ܕܡܚܣܕܝܢ ܠܟܘܢ ܘܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ. ܘܐܡܪܝܢ ܥܠܝܟܘܢ ܟܠ ܡܠܐ ܒܝܫܐ ܡܛܠܬܝ ܒܕܓܠܘܬܐ. 12 ܗܝܕܝܢ ܚܕܘ ܘܪܘܙܘ: ܕܐܓܪܟܘܢ ܣܓܝ ܒܫܡܝܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܪܕܦܘ ܠܢܒܝܐ ܕܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ.

13 ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܡܠܚܗ ܕܐܪܥܐ. ܐܢ ܗܘ ܕܝܢ ܡܠܚܐ ܬܦܟܗ. ܒܡܢܐ ܬܬܡܠܚ. ܠܡܕܡ ܠܐ ܚܫܚܐ. ܐܠܐ ܕܢܫܬܕܐ ܠܒܪ ܘܬܬܕܝܫ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. 14 ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܢܘܗܪܗ ܕܥܠܡܐ. ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܕܬܛܫܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠ ܛܘܪܐ ܒܢܝܐ. 15 ܘܠܐ ܡܢܗܪܝܢ ܫܪܓܐ ܘܣܝܡܝܢ ܠܗ ܬܚܝܬ ܣܐܬܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܡܢܪܬܐ. ܘܡܢܗܪ ܠܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܒܒܝܬܐ ܐܢܘܢ. 16 ܗܟܢܐ ܢܢܗܪ ܢܘܗܪܟܘܢ ܩܕܡ ܒܢܝܢܫܐ. ܕܢܚܙܘܢ ܥܒܕܝܟܘܢ ܛܒܐ: ܘܢܫܒܚܘܢ ܠܐܒܘܟܘܢ ܕܒܫܡܝܐ. 17 ܠܐ ܬܣܒܪܘܢ ܕܐܬܝܬ ܕܐܫܪܐ ܢܡܘܣܐ ܐܘ ܢܒܝܐ. ܠܐ ܐܬܝܬ ܕܐܫܪܐ ܐܠܐ ܕܐܡܠܐ. 18 ܐܡܝܢ ܓܝܪ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܥܕܡܐ ܕܢܥܒܪܘܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ: ܝܘܕ ܚܕܐ ܐܘ ܚܕ ܣܪܛܐ: ܠܐ ܢܥܒܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܥܕܡܐ ܕܟܠ ܢܗܘܐ. 19 ܟܠ ܡܢ ܕܢܫܪܐ ܗܟܝܠ ܚܕ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ. ܘܢܠܦ ܗܟܢܐ ܠܒܢܝܢܫܐ: ܒܨܝܪܐ ܢܬܩܪܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܟܠ ܕܝܢ ܕܢܥܒܕ ܘܢܠܦ: ܗܢܐ ܪܒܐ ܢܬܩܪܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. 20 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ: ܕܐܠܐ ܬܬܝܬܪ ܟܐܢܘܬܟܘܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܣܦܪܐ ܘܕܦܪܝܫܐ: ܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. 21 ܫܡܥܬܘܢ ܕܐܬܐܡܪ ܠܩܕܡܝܐ ܠܐ ܬܩܛܘܠ. ܘܟܠ ܕܢܩܛܘܠ ܡܚܝܒ ܗܘ ܠܕܝܢܐ. 22 ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܟܠ ܡܢ ܕܢܪܓܙ ܥܠ ܐܚܘܗܝ ܣܪܝܩܐܝܬ: ܡܚܝܒ ܗܘ ܠܕܝܢܐ. ܘܟܠ ܕܢܐܡܪ ܠܐܚܘܗܝ ܪܩܐ: ܡܚܝܒ ܗܘ ܠܟܢܘܫܬܐ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܢܐܡܪ ܠܟܠܐ: ܡܚܝܒ ܗܘ ܠܓܗܢܐ ܕܢܘܪܐ. 23 ܐܢ ܗܘ ܗܟܝܠ ܕܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܟ ܥܠ ܡܕܒܚܐ: ܘܬܡܢ ܬܬܥܗܕ ܕܐܚܘܟ ܢܛܪ ܠܟ ܥܩܬܐ ܡܕܡ: 24 ܫܒܘܩ ܬܡܢ ܩܘܪܒܢܟ ܥܠ ܡܕܒܚܐ: ܘܙܠ ܠܘܩܕܡ ܐܬܪܥܐ ܥܡ ܐܚܘܟ:

13 Vos estis sal terræ: si autem eveniat ut sal infatuetur, quanam re salietur? ad nullam rem valet nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.

14 Vos estis lux mundi. Non potest abscondi civitas quæ supra montem extructa est.

15 Neque lucere faciunt lucernam, & ponunt eam subter modium; sed supra candelabrum, & lucet omnibus qui in domo sunt.

16 Sic luceat lux vestra coram filiis hominis; ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

17 Ne existimetis, quod venerim; ut destruam Legem aut Prophetas: nequaquam, ut destruam; sed ut compleam.

18 Amen enim dico vobis, quod donec transeant cœli & terra, Jud unum aut unus apex non transibit ex Lege, donec omne fiat.

19 Quisquis solverit igitur unum ex mandatis istis minimis, & docuerit sic filios hominum, minimus vocabitur in regno cœlorum: quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

20 Dico enim vobis, quod nisi abundaverit justitia vestra amplius quàm legisperitorum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

21 Audistis quod dictum sit veteribus; Non occides: qui autem occiderit, reus erit judicii.

22 Ego autem dico vobis, quod quisquis irascetur contra fratrem suum temerè, reus erit judicij. Et quisquis dixerit fratri suo, Raka, obnoxius erit Synedrio: & omnis qui dixerit, Fatue, obnoxius erit gehennæ ignis.

23 Si eveniet igitur ut offeras oblationem tuam super altare, & illic recorderis quod frater tuus retinet adversus te inimicitiam aliquam,

24 Relinque illic oblationem tuam juxta altare, & abi, prius reconciliare fratri tuo, & tunc redi, offer oblationem tuam.

25 Esto benevolus erga adversarium tuum citò, dum cum illo es in via: ne adversarius tuus tradat te judici, & judex tradat te exactori, & incidas in domum vinctorum.

26 Et amen dico tibi, quod non exibis illinc donec reddideris chalcum ultimum.

27 Audistis quod dictum fuerit, ut non committas adulterium.

28 Ego autem dico vobis, quod quicunque aspexerit mulierem, ut concupiscat eam, illico adulterium commisit cum ea in corde suo.

29 Si autem oculus tuus dexter obstaculo sit tibi, erue ipsum, & abjice abs te; expedit enim tibi, ut pereat unum membrum tuum, & non totum corpus tuum ruat in gehennam.

30 Et si manus tua dextera obstaculo est tibi, amputa, & abjice eam abs te; expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis, & non totum corpus tuum ruat in gehennam.

31 Dictum est, quòd is qui dimittit uxorem suam, det illi scriptum repudii.

32 Ego autem dico vobis, quod omnis is qui repudiaverit uxorem suam, excepta causa fornicationis, efficit ei ut committat adulterium: & qui accipit derelictam, adulterium committit.

33 Rursum audistis quòd dictum fuerit antiquis; Non mentieris in juramentis tuis, persolves autem Domino juramenta tua.

34 Ego autem dico vobis, ne juretis omnino: non per cœlum, quia solium est Dei.

35 Neque per terram, quod scabellum sit quod est sub pedibus ejus: nec etiam per Hierosolymam, quia civitas est Regis magni.

36 Neque etiam per caput tuum jurabis: quia non potes facere in eo capillum unum cæsariei, nigrum aut album.

37 Sed sit sermo vester, Ita, ita: & Non, non: Id quod hæc excedit, à malo est.

38 Audistis quòd dictum fuerit, Oculum pro oculo, & dentem pro dente:

39 Ego autem dico vobis, ut non surgatis

ܘܗܝܕܝܢ ܬܐܬܐ ܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܟ܂ 25 ܗܘܝܬ ܡܫܬܘܐ ܥܡ ܒܥܠ ܕܝܢܟ ܥܓܠ ܥܕ ܥܡܗ ܐܢܬ ܒܐܘܪܚܐ܂ ܕܠܡܐ ܢܫܠܡܟ ܒܥܠ ܕܝܢܟ ܠܕܝܢܐ܂ ܘܕܝܢܐ ܢܫܠܡܟ ܠܓܒܝܐ܂ ܘܬܦܠ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ܂ 26 ܘܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ܂ ܕܠܐ ܬܦܘܩ ܡܢ ܬܡܢ ܥܕܡܐ ܕܬܬܠ ܫܡܘܢܐ ܐܚܪܝܐ܀ 27 ܫܡܥܬܘܢ ܕܐܬܐܡܪ ܕܠܐ ܬܓܘܪ܂ 28 ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܕܟܠ ܡܢ ܕܚܙܐ ܐܢܬܬܐ ܐܝܟ ܕܢܪܓܝܗ܂ ܡܚܕܐ ܓܪܗ ܒܠܒܗ܂ 29 ܐܢ ܕܝܢ ܥܝܢܟ ܕܝܡܝܢܐ ܡܟܫܠܐ ܠܟ܂ ܚܨܝܗ ܘܫܕܝܗ ܡܢܟ܂ ܦܩܚ ܠܟ ܓܝܪ ܕܢܐܒܕ ܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܟ܂ ܘܠܐ ܟܠܗ ܦܓܪܟ ܢܦܠ ܒܓܗܢܐ܂ 30 ܘܐܢ ܐܝܕܟ ܕܝܡܝܢܐ ܡܟܫܠܐ ܠܟ܂ ܦܣܘܩ ܫܕܝܗ ܡܢܟ܂ ܦܩܚ ܠܟ ܓܝܪ ܕܢܐܒܕ ܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܟ܂ ܘܠܐ ܟܠܗ ܦܓܪܟ ܢܦܠ ܒܓܗܢܐ܂ 31 ܐܬܐܡܪ ܕܡܢ ܕܫܪܐ ܐܢܬܬܗ܂ ܢܬܠ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܐ܂ 32 ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܕܟܠ ܡܢ ܕܫܪܐ ܐܢܬܬܗ ܠܒܪ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܙܢܝܘܬܐ܂ ܥܒܕ ܠܗ ܕܬܓܘܪ܂ ܘܡܢ ܕܫܩܠ ܫܒܝܩܬܐ ܓܐܪ܀ 33 ܬܘܒ ܫܡܥܬܘܢ ܕܐܬܐܡܪ ܠܩܕܡܝܐ܂ ܕܠܐ ܬܕܓܠ ܒܡܘܡܬܟ܂ ܬܫܠܡ ܕܝܢ ܠܡܪܝܐ ܡܘܡܬܟ܂ 34 ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܠܐ ܬܐܡܘܢ ܣܟ܂ ܠܐ ܒܫܡܝܐ܂ ܕܟܘܪܣܝܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ܂ 35 ܘܠܐ ܒܐܪܥܐ ܕܟܘܒܫܐ ܗܝ ܕܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ܂ ܐܦܠܐ ܒܐܘܪܫܠܡ܂ ܕܡܕܝܢܬܗ ܗܝ ܕܡܠܟܐ ܪܒܐ܂ 36 ܐܦܠܐ ܒܪܫܟ ܬܐܡܐ܂ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܥܒܕ ܒܗ ܡܢܬܐ ܚܕܐ ܕܣܥܪܐ ܐܘܟܡܬܐ ܐܘ ܚܘܪܬܐ܂ 37 ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܡܠܬܟܘܢ܂ ܐܝܢ ܐܝܢ܂ ܘܠܐ ܠܐ܂ ܡܕܡ ܕܝܢ ܕܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ܂ ܡܢ ܒܝܫܐ ܗܘ܀ 38 ܫܡܥܬܘܢ ܕܐܬܐܡܪ܂ ܕܥܝܢܐ ܚܠܦ ܥܝܢܐ܂ ܘܫܢܐ ܚܠܦ ܫܢܐ܂ 39 ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ

ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܬܩܘܡܘܢ ܠܘܩܒܠ ܒܝܫܐ. ܐܠܐ ܡܢ
ܕܡܚܐ ܠܟ ܥܠ ܦܟܟ ܕܝܡܝܢܐ: ܐܦܢܐ ܠܗ ܐܦ
ܐܚܪܢܐ. 40 ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܕܘܢ ܥܡܟ. ܘܢܣܒ
ܟܘܬܝܢܟ: ܫܒܘܩ ܠܗ ܐܦ ܡܪܛܘܛܟ. 41 ܡܢ
ܕܡܫܚܪ ܠܟ ܡܝܠܐ ܚܕ: ܙܠ ܥܡܗ ܬܪܬܝܢ. 42 ܡܢ
ܕܫܐܠ ܠܟ ܗܒ ܠܗ. ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܬܙܦ ܡܢܟ ܠܐ
ܬܟܠܝܘܗܝ. 43 ܫܡܥܬܘܢ ܕܐܬܐܡܪ: ܕܬܪܚܡ
ܠܩܪܝܒܟ ܘܬܣܢܐ ܠܒܥܠܕܒܒܟ. 44 ܐܢܐ ܕܝܢ
ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܐܚܒܘ ܠܒܥܠܕܒܒܝܟܘܢ. ܘܒܪܟܘ
ܠܡܢ ܕܠܐܛ ܠܟܘܢ. ܘܥܒܕܘ ܕܫܦܝܪ ܠܡܢ ܕܣܢܐ
ܠܟܘܢ. ܘܨܠܘ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܕܒܪܝܢ ܠܟܘܢ ܒܩܛܝܪܐ
ܘܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ. 45 ܐܝܟܢܐ ܕܬܗܘܘܢ ܒܢܘܗܝ
ܕܐܒܘܟܘܢ ܕܒܫܡܝܐ. ܗܘ ܕܡܕܢܚ ܫܡܫܗ ܥܠ
ܛܒܐ ܘܥܠ ܒܝܫܐ: ܘܡܚܬ ܡܛܪܗ ܥܠ ܟܐܢܐ ܘܥܠ
ܥܘܠܐ. 46 ܐܢ ܓܝܪ ܬܪܚܡܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܡܝܢ
ܠܟܘܢ: ܡܢܘ ܐܓܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ. ܠܐ ܗܐ
ܐܦ ܡܟܣܐ ܗܕܐ ܗܝ ܥܒܕܝܢ. 47 ܘܐܢ ܫܐܠܝܬܘܢ
ܒܫܠܡܐ ܕܐܚܝܟܘܢ ܒܠܚܘܕ: ܡܢܐ ܝܬܝܪܐ ܥܒܕܝܢ
ܐܢܬܘܢ. ܠܐ ܗܐ ܐܦ ܡܟܣܐ ܗܕܐ ܗܝ ܥܒܕܝܢ.
48 ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܓܡܝܪܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܒܘܟܘܢ
ܕܒܫܡܝܐ ܓܡܝܪ ܗܘ ܀

tis contra malum: sed ei qui percutit te super maxillam tuam dexteram, obverte illi etiam alteram.

40 Et ei qui vult contendere tecum, ut accipiat tunicam tuam, relinque etiam pallium tuum.

41 Qui adigit te ad miliarium unum, abito cum illo duo.

42 Qui petit abs te, da illi: & qui mutuum petit abs te, ne prohibeas eum.

43 Audiſtis quod dictum ſit, Diligas proximum tuum, & odio habeas inimicum tuum:

44 Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, & bene precemini ei qui maledicit vobis, & facite quod bonum eſt ei qui odit vos, & orate pro illis qui ducunt vos violenter, & perſequuntur vos.

45 Ut ſitis filii Patris veſtri qui eſt in cœlis, qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & ſuper malos, & demittit pluviam ſuam ſuper juſtos & ſuper injuſtos.

46 Si enim diligatis eos qui diligunt vos, quod præmium eſt vobis? nonne etiam publicani id ipſum faciunt?

47 Et ſi ſalutetis fratres veſtros tantùm, quid eximii facitis? nonne etiam publicani id ipſum faciunt?

48 Eſtote igitur vos perfecti, ſicut Pater veſter qui eſt in cœlis perfectus eſt.

ܩܦܠܐܘܢ ܘ

1 ܐܙܕܗܪܘ ܕܝܢ ܒܙܕܩܬܟܘܢ: ܕܠܐ ܬܥܒܕܘܢܗ ܩܕܡ
ܒܢܝܢܫܐ ܐܝܟ ܕܬܬܚܙܘܢ ܠܗܘܢ. ܘܐܠܐ ܐܓܪܐ ܠܝܬ
ܠܟܘܢ ܠܘܬ ܐܒܘܟܘܢ ܕܒܫܡܝܐ. 2 ܐܡܬܝ ܗܟܝܠ
ܕܥܒܕ ܐܢܬ ܙܕܩܬܐ: ܠܐ ܬܩܪܐ ܩܪܢܐ ܩܕܡܝܟ. ܐܝܟ
ܕܥܒܕܝܢ ܢܣܒܝ ܒܐܦܐ ܒܟܢܘܫܬܐ ܘܒܫܘܩܐ. ܐܝܟ
ܕܢܫܬܒܚܘܢ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ. ܘܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ
ܠܟܘܢ: ܕܢܣܒܘ ܐܓܪܗܘܢ ܀ 3 ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܐ
ܕܥܒܕ

CAPUT VI.

1 ATtendite autem in eleemoſyna veſtra, ut non faciatis eam coram filiis hominum, quò ſpectemini ab illis: alioqui præmium non eſt vobis apud Patrem veſtrum qui eſt in cœlis.

2 Quando igitur facis eleemoſynam, ne proclamaveris cornu ante te, ſicut faciunt hypocritæ in ſynagogis & in vicis, ut laudentur à filiis hominum. Amen dico vobis quòd acceperunt mercedem ſuam.

3 Tu autem quum facis eleemoſynam ne

ne sciat sinistra tua id quod facit dextera tua:

4 Ut sit eleemosyna tua in occulto, & Pater tuus qui in occulto videt, ipse rependet tibi in propatulo.

5 Et quum oras, non eris sicut hypocritæ, qui amant stare in synagogis & in angulis platearum ad orandum, ut conspicui fiant filiis hominum. Amen dico vobis quòd acceperunt mercedem suam.

6 Tu autem quum oras, ascende in penetrale tuum, & claude ostium tuum, & ora Patrem tuum qui est in occulto: & Pater tuus, qui videt in occulto, rependet tibi in propatulo.

7 Et quum oratis, ne sitis multiloqui sicut prophani: putant enim quod in loquacitate multa exaudiantur.

8 Ne igitur similes sitis illorum: Pater enim vester novit qua re opus sit vobis priusquam petatis ipsum.

9 Sic orate vos: PATER noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum.

10 Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlis, etiam in terra.

11 Da nobis panem indigentiæ nostræ hodie.

12 Et remitte nobis debita nostra sicut etiam nos remittimus debitoribus nostris.

13 Et ne inducas nos in tentationem; sed eripe nos à malo. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in seculum seculorum.

14 Si enim remiseritis filijs hominum delicta ipsorum, remittet etiam vobis Pater vester qui est in cœlis.

15 Si autem non remiseritis filijs hominum, nec etiam Pater vester remittet vobis delicta vestra.

16 Quum autem jejunatis vos, ne sitis atrati, sicut qui accipiunt vultum: corrumpunt enim faciem suam, ut conspiciantur à filiis hominum, quod jejunent: & amen dico vobis quòd acceperunt mercedem suam.

17 Tu verò quum jejunas, lava faciem tuam, & unge caput tuum:

18 Ut non conspiciaris à filiis hominum

ܙܕܩܬܐ. ܠܐ ܬܕܥ ܤܡܠܟ ܡܢܐ ܥܒܕܐ ܝܡܝܢܟ:

4 ܐܝܟ ܕܬܗܘܐ ܙܕܩܬܟ ܒܟܤܝܐ. ܘܐܒܘܟ ܕܚܙܐ ܒܟܤܝܐ. ܗܘ ܢܦܪܥܟ ܒܓܠܝܐ.

5 ܘܡܐ ܕܡܨܠܐ ܐܢܬ ܠܐ ܬܗܘܐ ܐܝܟ ܢܤܒܝ ܒܐܦܐ ܕܪܚܡܝܢ ܠܡܩܡ ܒܟܢܘܫܬܐ ܘܒܙܘܝܬܐ ܕܫܘܩܐ ܠܡܨܠܝܘ: ܐܝܟ ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ. ܘܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܩܒܠܘ ܐܓܪܗܘܢ.

6 ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܐ ܕܡܨܠܐ ܐܢܬ: ܥܘܠ ܠܬܘܢܟ. ܘܐܚܘܕ ܬܪܥܟ. ܘܨܠܐ ܠܐܒܘܟ ܕܒܟܤܝܐ. ܘܐܒܘܟ ܕܚܙܐ ܒܟܤܝܐ ܗܘ ܢܦܪܥܟ ܒܓܠܝܐ.

7 ܘܡܐ ܕܡܨܠܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܦܩܩܝܢ ܐܝܟ ܚܢܦܐ. ܤܒܪܝܢ ܓܝܪ ܕܒܡܡܠܠܐ ܤܓܝܐܐ ܡܫܬܡܥܝܢ.

8 ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܬܕܡܘܢ ܠܗܘܢ. ܝܕܥ ܗܘ ܓܝܪ ܐܒܘܟܘܢ ܡܢܐ ܡܬܒܥܐ ܠܟܘܢ: ܥܕܠܐ ܬܫܐܠܘܢܝܗܝ.

9 ܗܟܢܐ ܗܟܝܠ ܨܠܘ ܐܢܬܘܢ. ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܢܬܩܕܫ ܫܡܟ.

10 ܬܐܬܐ ܡܠܟܘܬܟ. ܢܗܘܐ ܨܒܝܢܟ. ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܡܝܐ. ܐܦ ܒܐܪܥܐ.

11 ܗܒ ܠܢ ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ ܝܘܡܢܐ.

12 ܘܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘܒܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܚܢܢ ܫܒܩܢ ܠܚܝܒܝܢ.

13 ܘܠܐ ܬܥܠܢ ܠܢܤܝܘܢܐ. ܐܠܐ ܦܨܢ ܡܢ ܒܝܫܐ. ܡܛܠ ܕܕܝܠܟ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܘܚܝܠܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ.

14 ܐܢ ܓܝܪ ܬܫܒܩܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܤܟܠܘܬܗܘܢ: ܢܫܒܘܩ ܐܦ ܠܟܘܢ ܐܒܘܟܘܢ ܕܒܫܡܝܐ.

15 ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܬܫܒܩܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ: ܐܦ ܠܐ ܐܒܘܟܘܢ ܫܒܩ ܠܟܘܢ ܤܟܠܘܬܟܘܢ.

16 ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܨܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܟܡܝܪܐ ܐܝܟ ܢܤܒܝ ܒܐܦܐ. ܡܚܒܠܝܢ ܓܝܪ ܐܦܝܗܘܢ: ܐܝܟ ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܨܝܡܝܢ. ܘܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܩܒܠܘ ܐܓܪܗܘܢ.

17 ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܐ ܕܨܐܡ ܐܢܬ: ܐܫܝܓ ܐܦܝܟ ܘܡܫܘܚ ܪܫܟ.

18 ܐܝܟ ܕܠܐ ܬܬܚܙܐ ܠܒܢܝܢܫܐ

num quòd jejunes, sed Patri tuo qui est in occulto: & Pater tuus qui videt in occulto, ipse rependet tibi.

19 Ne reponatis vobis thesauros in terra, loco ubi tinea & ærugo corrumpunt, & ubi qui fures sunt perfodiunt, ac furantur.

20 Sed reponite vobis thesauros in cœlis, ubi neque tinea neque ærugo corrumpunt, & ubi, qui fures sunt, non perfodiunt, neque furantur.

21 Ubi enim est thesaurus vester, illic est quoque cor vestrum.

22 Lucerna corporis est oculus: si oculus tuus igitur fuerit simplex, etiam totum corpus tuum lucidum erit:

23 Si autem oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod est in te, tenebræ sunt, tenebræ tuæ quantæ erunt?

24 Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; vel unum honore afficiet, & alterum negliget. Non potestis vos Deo servire & Mammonæ.

25 Propterea dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid comedetis & quid bibetis: neque corpori vestro, quid induetis. Nonne est anima præstantior quàm esca; & corpus *præstantius* quàm vestimentum?

26 Intueamini volatilia cœlorum, quia non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester qui est in cœlis, alit ea: nonne vos præstantiores estis illis?

27 Quis autem ex vobis, qui solicitus fuerit, potest addere ad staturam suam cubitum unum?

28 Et de vestimento quid solliciti estis vos? considerate lilia deserti, quomodo crescant, quæ non laborant, neque nent.

29 Dico autem vobis, quod ne Salomon quidem in universa gloria sua, amictus fuit, sicut unum ex illis.

30 Si autem gramen agri, quod hodie est,

est, & cras ruit in clibanum. Deus sic vestit, nonne multò magis vos, pusilli fide?

31 Ne igitur sitis soliciti, aut dicatis: Quid comedemus? aut, Quid bibemus? aut, Quo cooperiemur?

32 Omnia enim hæc gentes quidem mundanæ quærunt sibi: Pater autem vester qui est in cœlis, novit quòd etiam vobis necessaria sint hæc omnia.

33 Quærite autem primùm regnum Dei & justitiam ejus, & omnia hæc adjicientur vobis.

34 Ne igitur soliciti sitis in crastinum: ipsum enim crastinum curam habebit sui ipsius: sufficit ipsi diei malum ejus.

CAPUT VII.

1 Ne judicaveritis, & non judicabimini.

2 Judicio enim quo vos judicatis judicabimini: & mensura quâ vos metimini, metietur vobis.

3 Quid autem vides tu festucam quæ est in oculo fratris tui, & trabem quæ est in oculo tuo, tu non perspicis?

4 Aut quomodo dicis fratri tuo, sine extraham festucam ex oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo?

5 Hypocrita, extrahe priùs trabem ex oculo tuo, & tunc perspicacitas erit tibi ad extrahendum festucam ex oculo fratris tui.

6 Ne detis sanctum canibus: neque projiciatis margaritas vestras ante porcos, ut non conculcent eas pedibus suis, & conversi lacerent vos.

7 Petite, & dabitur vobis: quærite & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

8 Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit invenit, & illi qui pulsat aperietur.

9 Aut quisnam ex vobis *est* homo à quo petat filius ejus panem, num lapidem porriget ei;

10 Et si piscem petierit ab eo, num serpentem porriget ei?

11 Quod

ܘܡܚܪ ܢܦܠ ܒܬܢܘܪܐ: ܐܠܗܐ ܗܟܢܐ ܡܠܒܫ. ܠܐ ܗܘ ܝܬܝܪ ܠܟܘܢ ܙܥܘܪܝ ܗܝܡܢܘܬܐ. 31 ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܐܨܦܘܢ ܐܘ ܬܐܡܪܘܢ: ܡܢܐ ܢܐܟܘܠ ܐܘ ܡܢܐ ܢܫܬܐ. ܐܘ ܡܢܐ ܢܬܟܣܐ. 32 ܟܠܗܝܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ. ܥܡܡܐ ܗܘ ܕܥܠܡܐ ܒܥܝܢ ܠܗܝܢ. ܐܒܘܟܘܢ ܕܝܢ ܕܒܫܡܝܐ ܝܕܥ. ܕܐܦ ܠܟܘܢ ܡܬܒܥܝܢ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ. 33 ܒܥܘ ܕܝܢ ܠܘܩܕܡ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܟܐܢܘܬܗ. ܘܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܡܬܬܘܣܦܢ ܠܟܘܢ. 34 ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܐܨܦܘܢ ܕܡܚܪ. ܗܘ ܓܝܪ ܡܚܪ ܢܐܨܦ ܕܝܠܗ. ܣܦܩ ܠܗ ܠܝܘܡܐ ܒܝܫܬܗ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܠܐ ܬܕܘܢܘܢ ܕܠܐ ܬܬܕܝܢܘܢ. 2 ܒܕܝܢܐ ܓܝܪ ܕܕܐܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܬܬܕܝܢܘܢ. ܘܒܟܝܠܬܐ ܕܟܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܟܝܠ ܠܟܘܢ: 3 ܡܢܐ ܕܝܢ ܚܙܐ ܐܢܬ ܓܠܐ ܕܒܥܝܢܗ ܕܐܚܘܟ: ܘܩܪܝܬܐ ܕܒܥܝܢܟ ܠܐ ܡܬܒܩܐ ܐܢܬ: 4 ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܐܡܪ ܐܢܬ ܠܐܚܘܟ: ܫܒܘܩ ܐܦܩ ܓܠܐ ܡܢ ܥܝܢܟ. ܘܗܐ ܩܪܝܬܐ ܒܥܝܢܟ. 5 ܢܣܒ ܒܐܦܐ: ܐܦܩ ܠܘܩܕܡ ܩܪܝܬܐ ܡܢ ܥܝܢܟ: ܘܗܝܕܝܢ ܬܬܚܙܐ ܠܟ ܠܡܦܩܘ ܓܠܐ ܡܢ ܥܝܢܗ ܕܐܚܘܟ. 6 ܠܐ ܬܬܠܘܢ ܩܘܕܫܐ ܠܟܠܒܐ. ܘܠܐ ܬܪܡܘܢ ܡܪܓܢܝܬܟܘܢ ܩܕܡ ܚܙܝܪܐ. ܕܠܡܐ ܢܕܝܫܘܢ ܐܢܝܢ ܒܪܓܠܝܗܘܢ: ܘܢܬܗܦܟܘܢ ܢܒܙܥܘܢܟܘܢ. 7 ܫܐܠܘ ܘܢܬܝܗܒ ܠܟܘܢ: ܒܥܘ ܘܬܫܟܚܘܢ. ܢܩܘܫܘ ܘܢܬܦܬܚ ܠܟܘܢ. 8 ܟܠ ܓܝܪ ܕܫܐܠ ܢܣܒ. ܘܕܒܥܐ ܡܫܟܚ. ܘܠܐܝܢܐ ܕܢܩܫ ܡܬܦܬܚ ܠܗ. 9 ܐܘ ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܢܫܐܠܝܘܗܝ ܒܪܗ ܠܚܡܐ. ܠܡܐ: ܟܐܦܐ ܡܘܫܛ ܠܗ: 10 ܘܐܢ ܢܘܢܐ ܢܫܐܠܝܘܗܝ ܠܡܐ: ܚܘܝܐ ܡܘܫܛ ܠܗ:

11 ܐܢ

11 Quod si igitur vos qui mali estis, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto excellentius Pater vester, qui est in cœlis, dabit bona illis, qui postulant ab ipso?

12 Quicquid vultis ut faciant vobis filii hominum, sic etiam vos facite illis: hæc enim est Lex & Prophetæ.

13 Introite per portam angustam: lata enim est porta & spatiosa via ea quæ ducit ad exitium, & multi sunt ii qui ambulant per medium ejus.

14 Quàm exigua est porta & angusta via illa quæ ducit ad vitam, & pauci sunt illi qui inveniunt eam!

15 Cavete vobis à prophetis mendacibus, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

16 A fructibus verò eorum agnoscetis eos. Num colligunt de spinis uvas? aut de carduis ficus?

17 Sic omnis arbor bona, fructus idoneos facit: mala verò arbor fructus malos facit.

18 Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.

19 Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, exscinditur, & in ignem ruit.

20 Quapropter ex fructibus illorum agnoscetis eos.

21 Nequaquam omnis qui dic t mihi, Domine mi, Domine mi, intraturus est in regnum cœlorum, sed quisquis facit voluntatem Patris mei qui est in cœlis.

22 Multi dicent mihi in illo die, Domine mi, Domine mi, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

23 Et tunc confitebor illis, quod nunquam novi vos: longè discedite à me operarii iniquitatis.

24 Omnis igitur qui audit sermones hos meos, & facit eos, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam super petram:

25 Et

25 Et descendit pluvia, & venerunt flumina, ac flaverunt venti, & irruerunt in illam ipsam domum, & non corruit: fundamenta enim ejus super petram posita erant.

26 Et omnis qui audit sermones hos meos, & non facit eos, assimilabitur viro fatuo, qui ædificavit domum suam super arenam:

27 Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & fuit ruina ejus magna.

28 Et factum est, ut, quum finivisset Jesus sermones hos, obstupescerent turbæ super doctrina ejus.

29 Docebat enim eos tanquam potestatem habens, & non sicut legisperiti eorum, & Pharisæi.

ܕܒܢܐ ܒܝܬܗ ܥܠ ܫܘܥܐ. 25 ܘܢܚܬ ܡܛܪܐ. ܘܐܬܘ ܢܗܪܘܬܐ. ܘܢܫܒ ܪܘܚܐ. ܘܐܬܛܪܝܘ ܒܗ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܘܠܐ ܢܦܠ. ܫܬܐܤܘܗܝ ܓܝܪ ܥܠ ܫܘܥܐ ܤܝܡܢ ܗܘܝ. 26 ܘܟܠ ܡܢ ܕܫܡܥ ܡܠܝ ܗܠܝܢ. ܘܠܐ ܥܒܕ ܠܗܝܢ ܢܬܕܡܐ ܠܓܒܪܐ ܤܟܠܐ. ܕܒܢܐ ܒܝܬܗ ܥܠ ܚܠܐ. 27 ܘܢܚܬ ܡܛܪܐ. ܘܐܬܘ ܢܗܪܘܬܐ. ܘܢܫܒ ܪܘܚܐ. ܘܐܬܛܪܝܘ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܘܢܦܠ. ܘܗܘܬ ܡܦܘܠܬܗ ܪܒܐ. 28 ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܝܫܘܥ ܡܠܐ ܗܠܝܢ. ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܟܢܫܐ ܥܠ ܝܘܠܦܢܗ. 29 ܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܐܝܟ ܡܫܠܛܐ. ܘܠܐ ܐܝܟ ܤܦܪܝܗܘܢ ܘܦܪܝܫܐ

CAPUT VIII.

1 Quum autem descendisset de monte, cinxerunt eum turbæ multæ.

2 Et ecce, leprosus unus venit, & adoravit eum, & dixit; Domine mi, si tu vis, potes mundare me.

3 Et extendit manum suam Jesus, & tetigit eum, & dixit; Volo, mundus esto. Et eadem hora mundata fuit lepra ejus.

4 Et ait illi Jesus; Vide ne ulli dicas: sed abi, ostende teipsum sacerdotibus, & offer oblationem, sicut jussit Moses, in testimonium ipsorum.

5 Quum ingressus igitur fuisset Jesus Capernaum, accessit ad eum Centurio quidam, & orabat eum:

6 Et dicebat; Domine mi, puer meus decumbit domi, & est paralyticus, ac pessimè affligitur.

7 Dixit illi Jesus; Ego veniam, & sanabo eum.

8 Respondit Centurio ille, & dixit; Domine mi, non sum dignus, ut ingrediaris sub tectum meum: sed tantum dic verbum, & sanabitur puer meus.

9 Etiam ego enim vir sum, qui sub potestate

ܩܦܠܐܘܢ ܚ

1 ܟܕ ܕܝܢ ܢܚܬ ܡܢ ܛܘܪܐ. ܢܩܦܘܗܝ ܟܢܫܐ ܤܓܝܐܐ. 2 ܘܗܐ ܓܪܒܐ ܚܕ ܐܬܐ ܤܓܕ ܠܗ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܕܟܝܘܬܝ. 3 ܘܦܫܛ ܐܝܕܗ ܝܫܘܥ. ܩܪܒ ܠܗ ܘܐܡܪ. ܨܒܐ ܐܢܐ ܐܬܕܟܐ. ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ ܐܬܕܟܝ ܓܪܒܗ. 4 ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܚܙܝ ܠܐܢܫ ܠܐ ܬܐܡܪ. ܐܠܐ ܙܠ ܚܘܝ ܢܦܫܟ ܠܟܗܢܐ: ܘܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܡܘܫܐ ܠܤܗܕܘܬܗܘܢ. 5 ܟܕ ܥܠ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܠܟܦܪܢܚܘܡ: ܩܪܒ ܠܗ ܩܢܛܪܘܢܐ ܚܕ. ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢܗ. 6 ܘܐܡܪ ܡܪܝ: ܛܠܝܝ ܪܡܐ ܒܒܝܬܐ: ܘܡܫܪܐ. ܘܒܝܫܐܝܬ ܡܫܬܢܩ. 7 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ ܐܬܐ ܘܐܤܐܘܗܝ. 8 ܥܢܐ ܩܢܛܪܘܢܐ ܗܘ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ: ܠܐ ܫܘܐ ܐܢܐ ܕܬܥܘܠ ܬܚܝܬ ܡܛܠܝ. ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܐܡܪ ܒܡܠܬܐ ܘܢܬܐܤܐ ܛܠܝܝ. 9 ܐܦ ܐܢܐ ܓܝܪ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ. ܘܐܝܬ

testate ܬܚܝܬ

ܠܫܘܠܛܢܐ ܘܐܝܬ ܬܚܝܬ ܐܝܕܝ ܦܠܚܐ. ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܠܗܢܐ ܕܙܠ ܘܐܙܠ. ܘܠܐܚܪܢܐ ܕܬܐ ܘܐܬܐ. ܘܠܥܒܕܝ ܕܥܒܕ ܗܕܐ ܘܥܒܕ. 10 ܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܬܕܡܪ. ܘܐܡܪ ܠܕܐܬܝܢ ܥܡܗ. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܐܦܠܐ ܒܐܝܣܪܝܠ ܐܫܟܚܬ ܐܝܟ ܗܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. 11 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܝܢ: ܕܣܓܝܐܐ ܢܐܬܘܢ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܘܡܢ ܡܥܪܒܐ: ܘܢܣܬܡܟܘܢ ܥܡ ܐܒܪܗܡ ܘܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. 12 ܒܢܘܗܝ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܢܦܩܘܢ ܠܚܫܘܟܐ ܒܪܝܐ. ܬܡܢ ܢܗܘܐ ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢܐ. 13 ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܩܢܛܪܘܢܐ ܗܘ. ܙܠ. ܐܝܟܢܐ ܕܗܝܡܢܬ ܢܗܘܐ ܠܟ. ܘܐܬܐܣܝ ܛܠܝܗ ܒܗ ܒܫܥܬܐ. 14 ܘܐܬܐ ܝܫܘܥ ܠܒܝܬܗ ܕܫܡܥܘܢ. ܘܚܙܐ ܠܚܡܬܗ ܕܪܡܝܐ. ܘܐܚܝܕܐ ܠܗ ܐܫܬܐ. 15 ܘܩܪܒ ܠܐܝܕܗ ܘܫܒܩܬܗ ܐܫܬܐ. ܘܩܡܬ ܘܡܫܡܫܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. 16 ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܪܡܫܐ ܩܪܒܘ ܩܕܡܘܗܝ ܕܝܘܢܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܐܦܩ ܫܐܕܝܗܘܢ ܒܡܠܬܐ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܝܫܐܝܬ ܥܒܝܕܝܢ ܗܘܘ ܐܣܝ. 17 ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ: ܕܗܘ ܟܘܪܗܢܝܢ ܢܣܒ ܘܟܐܒܝܢ ܫܩܠ. 18 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܕܚܕܪܝܢ ܠܗ: ܦܩܕ ܕܢܐܙܠܘܢ ܠܥܒܪܐ. 19 ܘܩܪܒ ܣܦܪܐ ܚܕ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܪܒܝ: ܐܬܐ ܒܬܪܟ ܠܐܬܪ ܕܐܙܠ ܐܢܬ: 20 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܠܬܥܠܐ ܢܩܥܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ. ܘܠܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܡܛܠܠܐ. ܠܒܪܗ ܕܝܢ ܕܐܢܫܐ: ܠܝܬ ܠܗ ܐܝܟܐ ܕܢܣܡܘܟ ܪܫܗ. 21 ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ: ܐܦܣ ܠܝ ܠܘܩܕܡ ܐܙܠ ܐܩܒܘܪ ܠܐܒܝ. 22 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ. ܬܐ ܒܬܪܝ: ܘܫܒܘܩ

ܡܝܬܐ

C

potestate, & sunt sub manibus meis milites, & dico huic; Vade, & vadit: & alteri; Veni, & venit: & servo meo; Fac hoc, & facit.

10 Quum audivisset autem Jesus, admiratus est, & ait iis qui ibant cum ipso; Amen dico vobis, quod ne in Israël quidem inveni sicut est hæc fides.

11 Dico autem vobis, quod multi venient ab Oriente & Occidente, & accumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum.

12 Filii autem regni exibunt in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium.

13 Et dixit Jesus Centurioni illi; Abi: sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ejus eadem hora.

14 Et venit Jesus in domum Simeon, & vidit socrum illius prostratam, & correptam febri.

15 Tetigitque manum illius, & reliquit illam febris:& surgebat,& ministrabat illis.

16 Quum autem esset vespera, adduxerunt ante eum dæmoniacos multos, & ejecit dæmonia eorum verbo, & omnes illos, qui malè affecti erant, sanavit.

17 Ut compleretur quod dictum fuerat per Jesaiam prophetam, qui dixit, Quod hic suscipiet dolores nostros, & infirmitates nostras portabit.

18 Quum vidisset autem Jesus turbas multas quæ circumdabant se, jussit ut abirent in ulteriorem ripam.

19 Et accessit legisperitus quidam, ac dixit ei; Præceptor mi, sequar te in locum quo tu ibis.

20 Dixit illi Jesus; Vulpibus foveæ sunt, & volucri cœlorum nidi: Filio autem hominis non est, ubi fulciat caput suum.

21 Alius autem ex discipulis ejus dixit ei; Domine mi, permitte mihi, ut prius abiens sepeliam patrem meum.

22 Jesus autem dixit illi; Veni post me,

me, & fine mortuos fepelientes mortuos fuos.

23 Et quum afcenderet Jefus in navem, afcenderunt cum eo difcipuli ejus.

24 Et ecce, motus magnus factus eft in mari, ita ut navis operiretur à fluctibus: ipfe verò Jefus dormiebat.

25 Et acceflerunt difcipuli ejus, ut excitarent eum: dixeruntque illi; Domine nofter, ferva nos, perimus.

26 Dixit illis Jefus; Cur timidi eftis, pufilli fide? Tunc furrexit & repreffit ventos & mare: & facta eft tranquillitas magna.

27 Homines verò admirabantur, & dicebant; Quis eft hic? quia venti & mare obediunt illi.

28 Et quum veniffet Jefus ad ulteriorem ripam in locum Gadaræorum, occurrerunt ipfi duo dæmoniaci, qui prodibant è fepulchris, fævi valde: adeò ut non poffet quifquam tranfire per illam viam.

29 Et vociferabantur ac dicebant; Quid nobis & tibi Jefu Fili Dei? venifti huc ante tempus ut affligeres nos?

30 Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum, qui pafcebat.

31 Illi ergo dæmones petebant ab eo, & dicebant; Si ejicis nos permitte nobis, ut abeamus in gregem porcorum.

32 Ait illis Jefus, Abite. Et confeftim egreffi funt, & ingreffi in porcos: & totus grex ille direxit fe in rupem, & deciderunt in mare, ac mortui funt in aquis.

33 Illi verò qui pafcebant, fugerunt: & ingreffi funt in urbem, ac renunciârunt quicquid factum effet, & de illis dæmoniacis.

34 Et egreffa eft univerfa civitas in occurfum ipfius Jefu: & quum vidiffent illum, rogabant illum, ut decederet à finibus fuis.

ܡܝܬܐ ܩܒܪܝܢ ܠܡܝܬܝܗܘܢ ܀ 23 ܘܟܕ ܣܠܩ ܝܫܘܥ ܠܣܦܝܢܬܐ: ܣܠܩܘ ܥܡܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 24 ܘܗܐ ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܒܝܡܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐܠܦܐ ܬܬܟܣܐ ܡܢ ܓܠܠܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܕܡܟ ܗܘܐ 25 ܘܩܪܒܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܝܩܝܨܘܗܝ. ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܪܢ. ܦܨܢ. ܐܒܕܝܢ. 26 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܠܡܢܐ ܕܚܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܙܥܘܪܝ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܩܡ ܘܟܐܐ ܒܪܘܚܐ ܘܒܝܡܐ. ܘܗܘܐ ܫܠܝܐ ܪܒܐ. 27 ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܐܬܕܡܪܘ ܘܐܡܪܝܢ ܡܢܘ ܗܢܐ ܕܪܘܚܐ ܘܝܡܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ ܀ 28 ܘܟܕ ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܠܥܒܪܐ. ܠܐܬܪܐ ܕܓܕܪܝܐ: ܐܪܥܘܗܝ ܬܪܝܢ ܕܝܘܢܐ ܕܢܦܩܝܢ ܡܢ ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ. ܒܝܫܐ ܛܒ. ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܫܟܚ ܢܥܒܪ ܒܗܝ ܐܘܪܚܐ. 29 ܘܩܥܘ ܘܐܡܪܝܢ. ܡܢܐ ܠܢ ܘܠܟ ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܬܝܬ ܠܟܐ. ܩܕܡ ܙܒܢܐ ܕܬܫܢܩܢ. 30 ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܗܠ ܡܢܗܘܢ: ܒܩܪܐ ܕܚܙܝܪܐ ܣܓܝܐܐ ܕܪܥܝܐ. 31 ܫܐܕܐ ܕܝܢ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܘܐܡܪܝܢ. ܐܢ ܡܦܩ ܐܢܬ ܠܢ: ܐܦܣ ܠܢ ܕܢܐܙܠ ܠܒܩܪܐ ܕܚܙܝܪܐ. 32 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܙܠܘ. ܘܡܚܕܐ ܢܦܩܘ ܘܥܠܘ ܒܚܙܝܪܐ. ܘܟܠܗ ܒܩܪܐ ܗܝ ܪܕܬ ܠܚܝܠ ܠܫܩܝܦܐ: ܘܢܦܠܘ ܒܝܡܐ. ܘܡܝܬܘ ܒܡܝܐ ܀ 33 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܪܥܝܢ ܗܘܘ: ܥܪܩܘ ܘܐܙܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܚܘܝܘ ܟܠܡܕܡ ܕܗܘܐ. ܘܕܗܢܘܢ ܕܫܐܕܐ. 34 ܘܢܦܩܬ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܠܐܘܪܥܗ ܕܝܫܘܥ. ܘܟܕ ܚܙܐܘܗܝ: ܒܥܘ ܡܢܗ ܕܢܫܢܐ ܡܢ ܬܚܘܡܗܘܢ ܀

CAPUT IX.

1 ET ascendit in navem, & trajecit, ac venit in civitatem suam.

2 Et obtulerunt ei paralyticum decumbentem in lecto: viditque Jesus fidem illorum, & dixit paralytico illi; Bono sis animo fili mi, remissa *sunt* tibi peccata tua.

3 Quidam autem ex legisperitis dixerunt intra seipsos; Hic blasphemat.

4 Jesus autem cognovit cogitationes illorum, & dixit illis; Quid cogitatis vos mala in corde vestro?

5 Quid enim facilius est dicere; Remissa *sunt* tibi peccata tua; aut dicere, Surge & ambula?

6 Ut cognoscatis autem quod potestas sit Filio hominis in terra remittendi peccata, dixit illi paralytico; Surge, accipe lectum tuum, & abi domum tuam.

7 Et surrexit, & abiit domum suam.

8 Quum vidissent autem turbæ illæ, timuerunt, & glorificaverunt Deum, quod dedisset potestatem hujusmodi filiis hominum.

9 Et quum transiret Jesus illinc, vidit hominem desidentem in loco telonii, cujus nomen Matthæus, dixitque ei; Sequere me: & surrexit, abiitque post eum.

10 Quumque accumberet in domo, venerunt publicani & peccatores multi, & accubuerunt cum Jesu & cum discipulis ejus.

11 Et quum vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus: Quare cum publicanis & peccatoribus cibum sumit magister vester?

12 Jesus autem quum audivisset, dixit illis; Non opus habent sani medico, sed ii qui malè sunt affecti.

13 Ite, discite quid sit, Misericordiam requiro ego, & non sacrificium: non enim veni ut vocarem justos, sed peccatores.

14 Tunc accesserunt ad eum discipuli Johannis, & dixerunt; cur nos & Pharisæi jejunamus multum, & discipuli tui non jejunant?

15 Dixit illis Jesus; Nunquid possunt filii

filii thalami jejunare quamdiu sponsus est cum illis? Venient autem dies, quum tolletur ab illis sponsus, & tunc jejunabunt.

16 Nemo immittit assumentum *panni* novi in vestem veterem, ut non auferat plenitudo ejus de illo vestimento, & fit ruptura major.

17 Neque immittunt vinum novum in utres veteres, ut non rumpantur utres, & vinum effundatur, ac utres pereant: sed mittunt vinum novum in utres novos, & utraque conservantur.

18 Quum autem hæc loqueretur cum illis, venit primas quidam, (&) accedens adoravit eum, & dixit; Filia mea jam mortua est: sed veni, pone manum tuam super eam, & vivet.

19 Et surrexit Jesus & discipuli ejus, & sequuti sunt eum.

20 (Et ecce, mulier, cujus sanguis profluxerat annos duodecim, venit à tergo illius, & tetigit extremitatem vestimenti ejus.

21 Dicebat enim intra sese; Etiamsi tantummodo vestimentum ejus tetigero, sanabor.

22 Jesus autem conversus vidit eam, & dixit ei; Bono sis animo filia mea: fides tua servavit te: & sanata est mulier illa hora)

23 Et venit Jesus in domum illius primatis, viditque tibicines, & turbas quæ tumultuabantur.

24 Et dixit illis, Secedite: puella enim non est mortua, sed dormit: Et deridebant illum.

25 Et quum ejecisset turbam, ingressus apprehendit illam manu ejus, & surrexit puella.

26 Et emanavit rumor hic in totam terram illam.

27 Et quum discederet Jesus illinc, adhæserunt ei cœci duo, qui clamabant, ac dicebant; Miserere nostri fili David.

28 Quumque venisset domum, obtulerunt ei cœcos illos: dixit illis Jesus; Creditis quod ego possum hoc facere? dicebant ei; ita Domine noster.

29 Tunc tetigit oculos illorum, & ait;

[illegible] 30 [illegible] 31 [illegible] 32 [illegible] 33 [illegible] 34 [illegible] 35 [illegible] 36 [illegible] 37 [illegible] 38 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible]

ait; Quemadmodum credidistis, fiat vobis.

30 Et confestim aperti sunt oculi illorum, atque inhibuit eos Jesus, & ait; Videte ne quis sciat.

31 Illi verò exiverunt, & divulgaverunt famam ejus in tota terra illa.

32 Quumque egressus esset Jesus, obtulerunt ei mutum, in quo erat dæmonium.

33 Et postquam exivisset dæmonium, loquebatur mutus: & admiratæ sunt turbæ, & dicebant; Quod nunquam fuit visum hujusmodi in Israël.

34 Pharisæi autem dicebant; Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

35 Et circuibat Jesus civitates omnes & vicos, ac docebat in synagogis eorum, prædicabatque Euangelium regni, & sanabat omnes morbos, & omnes dolores.

36 Quum vidisset autem Jesus turbas, misericordia affectus est erga illas, quod lassi essent & dissipati, sicut oves, quibus non est pastor.

37 Et ait discipulis; Messis copiosa *est*, & operarii pauci.

38 Rogate igitur Dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.

CAPUT X.

1 ET vocavit duodecim discipulos suos, & dedit illis potestatem adversus spiritus immundos, ut ejicerent *eos*, & ut sanarent omnem dolorem & morbum.

2 Illorum autem duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus illorum Simon, qui vocatur Cephas, & Andræas frater ejus: & Jacobus filius Zebedæi, & Johannes frater ejus.

3 Et Philippus, & Bartholomæus, & Thomas, & Matthæus publicanus, & Jacobus filius Alphæi, & Labbæus qui cognominatus est Thadæus,

4 Et Simon Zelotes, & Judas Iscariot, is qui prodidit illum.

5 Hos duodecim misit Jesus, & præcepit eis, ac dixit; in viam ethnicorum ne

ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis.

6 Ite autem potius ad oves, quæ perierunt de domo Israël.

7 Et dum proficiscimini vos, prædicate, & dicite, quod appropinquaverit regnum cœlorum.

8 Morbidos sanate, & leprosos mundate, & mortuos suscitate, & dæmonia ejicite: gratis accepistis, gratis date.

9 Ne comparetis aurum, neque argentum, neque æs in crumenis vestris:

10 Neque viatorium saccum ad iter, neque binas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: nam dignus est operarius cibo suo.

11 In quamcunque autem urbem aut civitatem vos introieritis, interrogate quisnam dignus sit in ea, atque illic estote, donec exeatis.

12 Et quum ingrediemini domum, salutate domesticos.

13 Quod si digna fuerit domus, pax vestra veniet super eam: si non fuerit digna, pax vestra ad vos sese convertet.

14 Qui autem non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, quum exieritis ex civitate illa, excutite pulverem ex pedibus vestris.

15 Et amen dico vobis, Quod terræ Sodom & Gomorræ erit tolerabilius in die judicii quàm civitati illi.

16 Ecce ego mitto vos velut oves inter lupos: estote igitur prudentes veluti serpentes, & sinceri sicut columbæ.

17 Cavete autem à filiis hominum: tradent enim vos in concilia, & in synagogis suis flagellabunt vos.

18 Et ante præsides & reges adducent vos propter me, in testimonium ipsorum & Gentium.

19 Quum autem tradiderint vos, ne sitis soliciti quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

20 Non enim estis vos qui loquimini, sed

ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܪܝܐ ܠܐ ܬܥܠܘܢ. 6 ܐܙܠܘ ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܠܘܬ ܥܪܒܐ ܕܐܒܕܘ ܡܢ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ. 7 ܘܟܕ ܐܙܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܟܪܙܘ ܘܐܡܪܘ ܕܩܪܒܬ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. 8 ܟܪܝܗܐ ܐܣܘ. ܘܓܪܒܐ ܕܟܘ. ܘܡܝܬܐ ܐܩܝܡܘ. ܘܫܐܕܐ ܐܦܩܘ. ܡܓܢ ܢܣܒܬܘܢ ܡܓܢ ܗܒܘ. 9 ܠܐ ܬܩܢܘܢ ܕܗܒܐ ܘܠܐ ܣܐܡܐ ܘܠܐ ܢܚܫܐ ܒܟܝܣܝܟܘܢ. 10 ܘܠܐ ܬܪܡܠܐ ܠܐܘܪܚܐ. ܘܠܐ ܬܪܬܝܢ ܟܘܬܝܢܝܢ. ܘܠܐ ܡܣܢܐ. ܘܠܐ ܫܒܛܐ. ܫܘܐ ܗܘ ܓܝܪ ܦܥܠܐ ܣܝܒܪܬܗ. 11 ܠܐܝܕܐ ܕܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܐܘ ܩܪܝܬܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ. ܫܐܠܘ ܡܢܘ ܫܘܐ ܒܗ. ܘܬܡܢ ܗܘܘ ܥܕܡܐ ܕܢܦܩܝܢ ܐܢܬܘܢ. 12 ܘܡܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܝܬܐ. ܫܐܠܘ ܫܠܡܗ ܕܒܝܬܐ. 13 ܘܐܢ ܗܘ ܕܫܘܝܐ ܒܝܬܐ. ܫܠܡܟܘܢ ܢܐܬܐ ܥܠܘܗܝ. ܘܐܢ ܠܐ ܫܘܝܐ. ܫܠܡܟܘܢ ܥܠܝܟܘܢ ܢܗܦܘܟ. 14 ܡܢ ܕܠܐ ܡܩܒܠ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܫܡܥ ܡܠܝܟܘܢ. ܟܕ ܢܦܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܒܝܬܐ. ܐܘ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܗܝ. ܦܘܨܘ ܚܠܐ ܡܢ ܪܓܠܝܟܘܢ. 15 ܘܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܠܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܘܕܥܡܘܪܐ ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܐܘ ܠܗ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ. 16 ܗܐ ܐܢܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܐܝܟ ܐܡܪܐ ܒܝܬ ܕܐܒܐ. ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܚܟܝܡܐ ܐܝܟ ܚܘܘܬܐ. ܘܬܡܝܡܐ ܐܝܟ ܝܘܢܐ. 17 ܐܙܕܗܪܘ ܕܝܢ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܡܫܠܡܝܢ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ. ܘܒܟܢܘܫܬܗܘܢ ܢܢܓܕܘܢܟܘܢ. 18 ܘܩܕܡ ܗܓܡܘܢܐ ܘܡܠܟܐ ܡܩܪܒܝܢ ܠܟܘܢ ܡܛܠܬܝ. ܠܣܗܕܘܬܐ ܕܠܗܘܢ ܘܕܥܡܡܐ. 19 ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܢܫܠܡܘܢܟܘܢ. ܠܐ ܬܐܨܦܘܢ ܐܝܟܢܐ ܐܘ ܡܢܐ ܬܡܠܠܘܢ. ܡܬܝܗܒ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܒܗܝ ܫܥܬܐ ܡܢܐ ܕܬܡܠܠܘܢ. 20 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܐܢܬܘܢ ܡܡܠܠܝܢ. ܐܠܐ ܪܘܚܐ ܕܐܒܘܟܘܢ.

sed Spiritus Patris vestri loquetur in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem suum ad mortem, & pater filium suum, & insurgent filii adversus parentes suos, & morte afficient eos.

22 Et eritis exosi ab omni homine propter nomen meum. Is autem, qui perseveraverit usque in finem, ipse vivet.

23 Quum persequuntur vos in urbe hac, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, quod non absolveritis omnes ipsas urbes domus Israël, donec veniat filius hominis.

24 Non est discipulus qui sit præstantior magistro suo, neque servus domino suo.

25 Sufficit ipsi discipulo, ut sit sicut magister suus, & servo, sicut dominus suus. Si dominum domus vocarunt Beelzebub, quanto magis domesticos ejus?

26 Ne igitur metuatis ab eis: non enim est quicquam quod latet, quod non sit revelandum: & quod occultatur, quod non sit cognoscendum.

27 Quicquid dico vobis in tenebris, id vos dicite in luminibus; & quicquid in aures vestras auditis, prædicate in tectis.

28 Et ne metuatis ab iis, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: metuite autem potius ab eo, qui potens est ut animam & corpus perdat in gehenna.

29 Nonne duo passeres venduntur Assario, & unus ex illis sine Patre vestro non cadit super terram?

30 Vestri autem etiam capilli capitis vestri omnes numerati sunt.

31 Ne igitur metuatis: passeribus enim multis præstantiores estis.

32 Quisquis ergo confitebitur me coram filiis hominum, confitebor eum ego quoque coram Patre meo, qui est in cœlis.

33 Qui verò negaverit me coram filijs hominum, negabo eum quoque coram Patre meo, qui est in cœlis.

34 Ne arbitremini quod venerim, ut mittam

mittam tranquillitatem in terram: non veni, ut immitterem tranquillitatem, sed gladium.

35 Veni enim, ut diffidere faciam virum adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam.

36 Et inimici viri *erunt* domestici ejus.

37 Qui diligit patrem aut matrem amplius quàm me, non est dignus me: & qui diligit filium aut filiam amplius quàm me, non est dignus me:

38 Et omnis, qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est dignus me.

39 Qui invenit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

40 Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, eum, qui me misit, recipit.

41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipit: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipit.

42 Et quisquis ad bibendum præbet uni ex his pusillis poculum frigidarum *aquarum* tantum nomine discipuli, amen dico vobis quod non perdet mercedem suam.

CAPUT. XI.

1 ET factum est, quum finem fecisset Jesus præcipiendi duodecim discipulis suis, progressus est illinc ad docendum & prædicandum in civitatibus illorum.

2 Johannes autem quum audivisset in domo vinctorum opera Christi, misit per discipulos suos.

3 Et dixit illi; Tune es ille qui venit, aut alium ne expectabimus?

4 Respondit Jesus, & dixit illis; Ite, renunciate Johanni ea quæ auditis & videtis.

5 Coeci vident, & claudi ambulant, & leprosi mundantur, & surdi audiunt, & mortui resurgunt, & pauperes accipiunt euangelii nuncium.

6 Et

ܒܐܪܥܐ. ܠܐ ܐܬܝܬ ܕܐܪܡܐ ܫܝܢܐ ܐܠܐ ܚܪܒܐ. 35 ܐܬܝܬ ܓܝܪ ܕܐܦܠܓ ܓܒܪܐ ܥܠ ܐܒܘܗܝ. ܘܒܪܬܐ ܥܠ ܐܡܗ. ܘܟܠܬܐ ܥܠ ܚܡܬܗ. 36 ܘܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܕܓܒܪܐ ܒܢܝ ܒܝܬܗ. 37 ܡܢ ܕܪܚܡ ܐܒܐ ܐܘ ܐܡܐ. ܝܬܝܪ ܡܢܝ. ܠܐ ܫܘܐ ܠܝ. ܘܡܢ ܕܪܚܡ ܒܪܐ ܐܘ ܒܪܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢܝ ܠܐ ܫܘܐ ܠܝ. 38 ܘܟܠ ܕܠܐ ܫܩܠ ܙܩܝܦܗ ܘܐܬܐ ܒܬܪܝ ܠܐ ܫܘܐ ܠܝ. 39 ܡܢ ܕܐܫܟܚ ܢܦܫܗ ܢܘܒܕܝܗ. ܘܡܢ ܕܢܘܒܕ ܢܦܫܗ ܡܛܠܬܝ ܢܫܟܚܝܗ. 40 ܡܢ ܕܡܩܒܠ ܠܟܘܢ ܠܝ ܡܩܒܠ. ܘܡܢ ܕܠܝ ܡܩܒܠ ܠܡܢ ܕܫܕܪܢܝ ܡܩܒܠ. 41 ܡܢ ܕܡܩܒܠ ܢܒܝܐ ܒܫܡ ܢܒܝܐ. ܐܓܪܐ ܕܢܒܝܐ ܢܣܒ. ܘܡܢ ܕܡܩܒܠ ܙܕܝܩܐ ܒܫܡ ܙܕܝܩܐ. ܐܓܪܐ ܕܙܕܝܩܐ ܢܣܒ. 42 ܘܟܠ ܕܢܫܩܐ ܠܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܟܣܐ ܕܩܪܝܪܐ ܒܠܚܘܕ ܒܫܡܐ ܕܬܠܡܝܕܐ: ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܠܐ ܢܐܒܕ ܐܓܪܗ.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܐ

1 ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܝܫܘܥ ܠܡܦܩܕܘ ܠܬܪܥܣܪ ܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܫܢܝ ܡܢ ܬܡܢ ܠܡܠܦܘ ܘܠܡܟܪܙܘ ܒܡܕܝܢܬܗܘܢ. 2 ܝܘܚܢܢ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ: ܫܕܪ ܒܝܕ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 3 ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܢܬ ܗܘ ܗܘ ܕܐܬܐ: ܐܘ ܠܐܚܪܢܐ ܗܘ ܡܣܟܝܢܢ. 4 ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܙܠܘ ܐܫܬܥܘ ܠܝܘܚܢܢ ܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܚܙܝܢ. 5 ܣܡܝܐ ܚܙܝܢ. ܘܚܓܝܣܐ ܡܗܠܟܝܢ. ܘܓܪܒܐ ܡܬܕܟܝܢ. ܘܚܪܫܐ ܫܡܥܝܢ. ܘܡܝܬܐ ܩܝܡܝܢ. ܘܡܣܟܢܐ ܡܣܬܒܪܝܢ.

6 ܘܛܘܒܘܗܝ

6 ܘܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܠܐ ܢܬܟܫܠ ܒܝ܀ 7 ܟܕ ܕܝܢ ܐܙܠܘ ܗܢܘܢ ܫܪܝ ܝܫܘܥ ܠܡܐܡܪ ܠܟܢܫܐ ܥܠ ܝܘܚܢܢ܂ ܡܢܐ ܢܦܩܬܘܢ ܠܡܕܒܪܐ ܠܡܚܙܐ ܩܢܝܐ ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܡܬܬܙܝܥ܀ 8 ܘܐܠܐ܂ ܡܢܐ ܢܦܩܬܘܢ ܠܡܚܙܐ܂ ܓܒܪܐ ܕܢܚܬܐ ܪܟܝܟܬܐ ܠܒܝܫ܀ ܗܐ ܐܝܠܝܢ ܕܪܟܝܟܬܐ ܠܒܝܫܝܢ ܒܒܝܬ ܡܠܟܐ ܐܢܘܢ܂ 9 ܘܐܠܐ ܡܢܐ ܢܦܩܬܘܢ ܠܡܚܙܐ܂ ܢܒܝܐ܀ ܐܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܘܝܬܝܪ ܡܢ ܢܒܝܐ܂ 10 ܗܢܘ ܓܝܪ ܕܥܠܘܗܝ ܟܬܝܒ܀ ܕܗܐ ܐܢܐ ܫܕܪ ܐܢܐ ܡܠܐܟܝ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܟ܀ ܕܢܛܝܒ ܐܘܪܚܐ ܩܕܡܝܟ܀ 11 ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܀ ܕܠܐ ܩܡ ܒܝܠܕܝ ܢܫܐ ܕܪܒ ܡܢ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ܂ ܙܥܘܪܐ ܕܝܢ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܪܒ ܗܘ ܡܢܗ܂ 12 ܡܢ ܝܘܡܝ ܕܝܢ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܘܥܕܡܐ ܠܗܫܐ܀ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܒܩܛܝܪܐ ܡܬܕܒܪܐ܂ ܘܩܛܝܪܢܐ ܡܚܛܦܝܢ ܠܗ܂ 13 ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܢܒܝܐ ܘܐܘܪܝܬܐ܀ ܥܕܡܐ ܠܝܘܚܢܢ ܐܬܢܒܝܘ܂ 14 ܘܐܢ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܩܒܠܘ܀ ܕܗܘܝܘ ܐܠܝܐ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܠܡܐܬܐ܂ 15 ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܕܢܫܡܥ ܢܫܡܥ܀ 16 ܠܡܢ ܕܝܢ ܐܕܡܝܗ ܠܫܪܒܬܐ ܗܕܐ܂ ܕܡܝܐ ܠܛܠܝܐ ܕܝܬܒܝܢ ܒܫܘܩܐ܀ ܘܩܥܝܢ ܠܚܒܪܝܗܘܢ܂ 17 ܘܐܡܪܝܢ܂ ܙܡܪܢ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܪܩܕܬܘܢ܂ ܘܐܠܝܢ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܐܪܩܕܬܘܢ܂ 18 ܐܬܐ ܓܝܪ ܝܘܚܢܢ ܕܠܐ ܐܟܠ ܘܠܐ ܫܬܐ܀ ܘܐܡܪܝܢ ܕܫܐܕܐ ܐܝܬ ܠܗ܂ 19 ܐܬܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܐܟܠ ܘܫܬܐ܀ ܘܐܡܪܝܢ ܗܐ ܓܒܪܐ ܐܟܘܠܐ ܘܫܬܐ ܚܡܪܐ܀ ܘܪܚܡܐ ܕܡܟܣܐ ܘܕܚܛܝܐ܂ ܘܐܙܕܕܩܬ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܥܒܕܝܗ܀ 20 ܗܝܕܝܢ ܫܪܝ ܝܫܘܥ ܠܡܚܣܕܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܠܝܢ ܕܒܗܝܢ ܗܘܝ ܚܝܠܘܗܝ ܣܓܝܐܐ ܘܠܐ ܬܒܘ܂ 21 ܘܐܡܪ ܗܘܐ܀ ܘܝ ܠܟܝ ܟܘܪܙܝܢ܂ ܘܝ ܠܟܝ ܒܝܬ ܨܝܕܐ܂

6 Et beatus is, qui non fuerit offensus in me.

7 Quum autem abiissent, cœpit Jesus dicere turbis de Johanne; Quid exiistis in desertum ad videndum? arundinem quæ à vento agitatur?

8 Alioqui, quid exii tis ad videndum? hominem qui vestibus mollibus vestitus? Ecce qui mollibus vestiuntur, *in* domo regum sunt.

9 Alioqui, quid exiistis ad videndum? Prophetam? Etiam dico vobis, & excellentiorem quàm Prophetam.

10 Ipse enim est de quo scriptum est; Ecce, ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui diriget viam ante te.

11 Amen dico vobis, quòd non surrexit inter natos hominum, qui major sit Johanne Baptista; minor autem in regno cœlorum, major est eo.

12 A diebus autem Johannis Baptistæ, & usque nunc, regnum cœlorum cum violentia accipitur, & violenti rapiunt illud.

13 Omnes enim Prophetæ & Lex usque ad Johannem prophetaverunt.

14 Et, si vultis vos, recipite quòd is est Elias, qui venturus erat.

15 Cui sunt aures ut audiat, audiat.

16 Cui autem assimilabo generationem hanc? Similis est pueris, qui sedent in foro, & acclamant sodalibus suis,

17 Ac dicunt; Cecinimus vobis, & non saltastis: ululavimus vobis, & non planxistis.

18 Venit enim Johannes, qui non comedit neque bibit, & dicunt; Dæmonium est illi:

19 Venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt; Ecce, homo edax & potor vini, & amicus publicanorum & peccatorum. Et justificata est sapientia à cultoribus suis.

20 Tunc cœpit Jesus exprobrare civitatibus illis in quibus editæ fuerant virtutes ejus plurimæ, neque conversæ fuerant.

21 Et dicebat; Væ tibi Corazin; Væ tibi Bethsaida: quoniam, si Tyri & Sidone editæ

editæ fuissent virtutes hæ, quæ editæ fuerunt in vobis, olim quidem in sacco & in cinere conversæ fuissent.

22 Attamen dico vobis, quòd Tyro & Sidoni erit tolerabilius in die judicii quàm vobis.

23 Et tu Capernaum, ea es quæ usque ad cœlos exaltata fuisti: usque ad infernum deprimeris. quia si in Sodom editæ fuissent virtutes hæ quæ editæ fuerunt in te, mansisset usque in hunc diem.

24 Veruntamen dico tibi quòd terræ Sodom erit tolerabilius in die judicij quàm tibi.

25 In illo tempore respondit Jesus, & dixit; Confiteor tibi, Pater mi, Domine cœlorum & terræ, quòd abscònderis hæc à sapientibus & prudentibus, & revelaveris ea parvulis.

26 Certè, Pater mi, quia sic fuit beneplacitum coram te.

27 Omnia tradita sunt mihi à Patre meo: & nemo novit Filium, nisi Pater neque Patrem quisquam novit, nisi Filius, & cui beneplacitum erit Filio ut *id* revelet.

28 Venite ad me omnes vos laborantes & sustinentes onera, & ego refocillabo vos.

29 Tollite jugum meum super vos, & discite à me quòd mitis sim, & sim humilis in corde meo: & invenietis requiem animabus vestris.

30 Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.

CAPUT XII.

IN illo tempore ibat Jesus in sabbatho *in* loco seminum, & discipuli ejus esuriebant, & cœperunt vellere spicas, & comedebant.

2 Pharisæi autem, quum vidissent illos, dixerunt ei; Ecce, discipuli tui faciunt id quod non licet facere in sabbatho.

3 Ipse autem dixit illis; Non legistis quid fecerit David, quum esuriret, & illi qui erant cum eo?

4 Quo-

ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ. 4 ܐܝܟܢܐ ܥܠ ܠܒܝܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܠܚܡܐ ܕܦܬܘܪܐ ܕܡܪܝܐ ܐܟܠ: ܗܘ ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܐܟܠܗ. ܘܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ. ܐܠܐ ܠܟܗܢܐ ܒܠܚܘܕ. 5 ܐܘ ܠܐ ܩܪܝܬܘܢ ܒܐܘܪܝܬܐ: ܕܟܗܢܐ ܒܗܝܟܠܐ ܡܚܠܝܢ ܠܗ ܠܫܒܬܐ ܘܕܠܐ ܥܕܠܐ ܐܢܘܢ. 6 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܝܢ: ܕܪܒ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܐܝܬ ܗܪܟܐ. 7 ܐܠܘ ܕܝܢ ܝܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܡܢܘ ܚܢܢܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܕܒܚܬܐ: ܠܐ ܡܚܝܒܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܥܕܠܐ ܐܢܘܢ. 8 ܡܪܗ ܓܝܪ ܕܫܒܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. 9 ܘܫܢܝ ܡܢ ܬܡܢ ܝܫܘܥ ܘܐܬܐ ܠܟܢܘܫܬܗܘܢ. 10 ܘܓܒܪܐ ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܬܡܢ ܕܝܒܝܫܐ ܐܝܕܗ.. ܘܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܘܐܡܪܝܢ. ܕܐܢ ܫܠܝܛ ܒܫܒܬܐ ܠܡܐܣܝܘ. ܐܝܟ ܕܢܐܟܠܘܢ ܩܪܨܘܗܝ. 11 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܪܒܐ ܚܕ. ܘܐܢ ܢܦܠ ܒܓܘܡܬܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ. ܠܐ ܐܚܕ ܘܡܩܝܡ ܠܗ. 12 ܟܡܐ ܕܝܢ ܝܬܝܪ ܒܪ ܐܢܫܐ ܡܢ ܥܪܒܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܫܠܝܛ ܒܫܒܬܐ ܠܡܥܒܕ ܕܫܦܝܪ. 13 ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܠܓܒܪܐ ܦܫܘܛ ܐܝܕܟ ܘܦܫܛ ܐܝܕܗ ܘܬܩܢܬ ܐܝܟ ܚܒܪܬܗ. 14 ܘܢܦܩܘ ܦܪܝܫܐ: ܡܠܟܐ ܢܣܒܘ ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܕܢܘܒܕܘܢܝܗܝ. 15 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܝܕܥ ܘܫܢܝ ܠܗ ܡܢ ܬܡܢ. ܘܐܙܠܘ ܒܬܪܗ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܣܝ ܠܟܠܗܘܢ. 16 ܘܟܐܐ ܒܗܘܢ ܕܠܐ ܢܓܠܘܢܝܗܝ. 17 ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ. 18 ܗܐ ܥܒܕܝ ܕܐܨܛܒܝܬ ܒܗ: ܚܒܝܒܝ ܕܨܒܬ ܒܗ ܢܦܫܝ. ܪܘܚܝ ܐܣܝܡ ܥܠܘܗܝ: ܘܕܝܢܐ ܠܥܡܡܐ ܢܟܪܙ. 19 ܠܐ ܢܬܚܪܐ ܘܠܐ ܢܩܥܐ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܫܡܥ ܩܠܗ ܒܫܘܩܐ.

4 Quomodo ingressus sit domum Dei, & panem mensæ Domini comederit ipse, quem non licebat ei comedere, neque illis qui cum eo erant, nisi sacerdotibus tantum?

5 Aut non legistis in Lege, quòd sacerdotes in templo prophanant ipsum sabbathum, & sine reprehensione sunt?

6 Dico autem vobis quòd major templo est hic.

7 Si autem sciretis quidnam sit; Beneficentiam volo, & non victimam, non condemnaretis eos qui sine reprehensione sunt:

8 Dominus enim sabbathi est Filius hominis.

9 Et progressus est illinc Jesus, & venit in synagogam illorum.

10 Et vir quidam erat ibi, cujus manus arida *erat*. Et interrogabant illum, ac dicebant; Nunquid licet in sabbatho sanare? ut accusarent eum.

11 Ipse autem dixit illis; Quisnam ex vobis est vir cui sit ovis una, & si inciderit in foveam in die sabbathi, non apprehendat & erigat ipsam?

12 Quantò autem excellentior est filius hominis quàm ovis? Quapropter licitum est in sabbatho facere quod bonum est.

13 Tunc dixit illi homini; Extende manum tuam, & extendit manum suam, & restituta est sicut socia sua.

14 Et egressi sunt Pharisæi, & consilium ceperunt adversus eum quomodo perderent ipsum.

15 Jesus autem cognovit, & secessit illinc. Et sequutæ sunt eum turbæ multæ, & sanavit eos omnes.

16 Prohibuitque eis ne se manifestum facerent:

17 Ut compleretur id quod dictum fuerat per Esaiam Prophetam, qui dixit:

18 Ecce servus meus, in quo mihi complacitum est; dilectus meus, in quo delectatur anima mea. Spiritum meum ponam super illum, & judicium populis prædicabit.

19 Non contendet, & non clamabit, neque quisquam audiet vocem ejus in platea.

20 Arundinem quassatam non confringet, & lucernam fumigantem non extinguet: donec proferat judicium ad victoriam.

21 Et in nomine ejus Gentes sperabunt.

22 Tunc obtulerunt ei dæmoniacum quendam, qui *erat* mutus & cæcus: & sanavit illum, ita ut mutus & cæcus loqueretur, & videret.

23 Et admirabantur universæ turbæ, ac dicebant; Numquid hic est filius David?

24 Pharisæi autem quum audivissent, dixerunt; Hic non ejicit dæmonia nisi per Beel-zebub, principem dæmoniorum.

25 Jesus autem cognovit cogitationes eorum, & dixit illis; Omne regnum quod dividitur adversus seipsum, destructur: & omnis domus aut civitas quæ dividitur adversus seipsam, non stabit.

26 Et si Satanas Satanam ejicit, adversus seipsum divisus est: quomodo igitur stabit regnum ejus?

27 Et si ego per Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri per quem ejiciunt illa? propter hoc illi erunt vestri judices.

28 Et si per Spiritum Dei ego ejicio dæmonia, appropinquavit vobis regnum Dei.

29 Aut, quomodo potest quis intrare domum potentis, & vasa ejus diripere, nisi priùs vinxerit ipsum potentem, & tunc domum illius diripiet?

30 Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargendo spargit.

31 Propter eà dico vobis, quòd omnia peccata & convitia remittentur filiis hominum; convitium autem quod est contra Spiritum, non remittetur filiis hominum.

32 Et quicunque dixerit verbum adversus Filium hominis, remittetur illi: quicunque autem adversus Spiritum sanctum dixerit, non remittetur illi, neque in seculo hoc, neque in seculo futuro.

33 Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos: aut facite arborem vitiosam,

ܘܦܐܪܘܗܝ ܒܝܫܐ. ܡܢ ܦܐܪܘܗܝ ܗܘ ܓܝܪ ܡܬܝܕܥ ܐܝܠܢܐ. 34 ܝܠܕܐ ܕܐܟܕܢܐ. ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܛܒܬܐ ܠܡܡܠܠܘ ܕܒܝܫܐ ܐܢܬܘܢ. ܡܢ ܬܘܬܪ ܠܒܐ ܓܝܪ ܡܡܠܠ ܦܘܡܐ. 35 ܓܒܪܐ ܛܒܐ ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܛܒܬܐ ܡܦܩ ܛܒܬܐ. ܘܓܒܪܐ ܒܝܫܐ ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܒܝܫܬܐ ܡܦܩ ܒܝܫܬܐ. 36 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܕܟܠ ܡܠܐ ܒܛܝܠܐ ܕܢܐܡܪܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܢܬܠܘܢ ܦܬܓܡܗ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ. 37 ܡܢ ܡܠܝܟ ܓܝܪ ܬܙܕܕܩ ܘܡܢ ܡܠܝܟ ܬܬܚܝܒ.

38 ܗܝܕܝܢ ܥܢܘ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܣܦܪܐ. ܘܡܢ ܦܪܝܫܐ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܠܦܢܐ: ܨܒܝܢܢ ܕܢܚܙܐ ܡܢܟ ܐܬܐ. 39 ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܫܪܒܬܐ ܒܝܫܬܐ ܘܓܝܪܬܐ ܐܬܐ ܒܥܝܐ. ܘܐܬܐ ܠܐ ܬܬܝܗܒ ܠܗ: ܐܠܐ ܐܬܐ ܕܝܘܢܢ ܢܒܝܐ. 40 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܗܘܐ ܝܘܢܢ ܒܟܪܣܗ ܕܢܘܢܐ ܬܠܬܐ ܐܝܡܡܝܢ ܘܬܠܬܐ ܠܠܘܢ: ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܒܠܒܗ ܕܐܪܥܐ: ܬܠܬܐ ܐܝܡܡܝܢ ܘܬܠܬܐ ܠܠܘܢ. 41 ܓܒܪܐ ܢܝܢܘܝܐ ܢܩܘܡܘܢ ܒܕܝܢܐ ܥܡ ܫܪܒܬܐ ܗܕܐ ܘܢܚܝܒܘܢܗ: ܕܗܢܘܢ ܬܒܘ ܒܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ: ܘܗܐ ܕܪܒ ܡܢ ܝܘܢܢ ܬܢܢ. 42 ܡܠܟܬܐ ܕܬܝܡܢܐ ܬܩܘܡ ܒܕܝܢܐ ܥܡ ܫܪܒܬܐ ܗܕܐ ܘܬܚܝܒܝܗ. ܕܐܬܬ ܡܢ ܥܒܪܝܗ ܕܐܪܥܐ ܕܬܫܡܥ ܚܟܡܬܗ ܕܫܠܝܡܘܢ: ܘܗܐ ܕܪܒ ܡܢ ܫܠܝܡܘܢ ܬܢܢ.

43 ܡܐ ܕܪܘܚܐ ܕܝܢ ܛܢܦܬܐ ܬܦܘܩ ܡܢ ܒܪܢܫܐ. ܡܬܟܪܟܐ ܒܕܘܟܝܬܐ ܕܠܝܬ ܒܗܘܢ ܡܝܐ. ܘܒܥܝܐ ܢܝܚܐ ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ. 44 ܗܝܕܝܢ ܐܡܪܐ: ܐܗܦܘܟ ܠܒܝܬܝ ܡܢ ܐܝܟܐ ܕܢܦܩܬ. ܘܐܬܝܐ ܡܫܟܚܐ ܠܗ ܕܣܪܝܩ ܘܡܟܢܫ ܘܡܨܒܬ. 45 ܗܝܕܝܢ ܐܙܠܐ ܕܒܪܐ ܥܡܗ ܫܒܥ ܪܘܚܐ ܐܚܪܢܝܢ ܕܒܝܫܢ ܡܢܗ: ܘܥܐܠܢ ܘܥܡܪܢ ܒܗ. ܘܗܘܝܐ ܚܪܬܗ ܕܓܒܪܐ ܗܘ ܒܝܫܐ ܡܢ

D 3

ipsum, & fructus ejus vitiosus: à fructibus enim suis ipsa cognoscitur arbor.

34 Progenies viperarum, quomodo potestis vos bona loqui, qui estis mali? ex abundantiis enim cordis loquitur os.

35 Homo bonus ex thesauris bonis profert bona: & homo malus ex thesauris malis profert mala.

36 Dico enim vobis, quòd de omni verbo otioso quod dixerint filii hominum; reddituri sunt rationem ejus in die judicii.

37 Ex dictis enim tuis justificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis.

38 Tunc responderunt quidam ex Legisperitis, & ex Pharisæis, & dixerunt illi; Præceptor, volumus videre ex te signum.

39 Ille autem respondit, & dixit eis; Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei; nisi signum Jonæ Prophetæ.

40 Sicut enim fuit Jonas in ventre piscis tribus diebus ac tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

41 Homines Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam: quòd ipsi conversi sint per prædicationem Jonæ: & ecce, qui major est Jona, hîc *est*.

42 Regina Austri surget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam: quòd venerit à limitibus terræ, ut audiret sapientiam Salomonis; & ecce, excellentior quàm Salomon, *est* hîc.

43 Quum autem spiritus immundus egreditur à filio hominis, circumambulat loca in quibus non sunt aquæ; & quærit quietem, & non invenit.

44 Tunc dicit; Revertar domum meam ex qua egressus sum. Et venit, reperit esse vacantem, & versam, & præparatam.

45 Tunc abit, accipit secum septem spiritus alios qui se deteriores sunt; & ingrediuntur, & habitant in ea: & fit finis hominis illius pejor quàm principium

cipium ejus. Sic erit generationi huic pravæ.

46 Quum autem ipse loqueretur turbis, venerunt mater ejus & fratres ejus, stantes foris, & quærentes ut loquerentur cum eo.

47 Dixit autem ei quidam; Ecce, mater tua & fratres tui stant foris, & quærunt ut loquantur tecum.

48 Ipse autem respondit, & dixit ei qui renunciaverat sibi; Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

49 Et extendit manum suam in discipulos suos, & dixit; Ecce mater mea, & ecce fratres mei.

50 Quisquis enim facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse est frater meus, & soror mea, & mater mea.

CAPUT XIII.

1 IN illo autem die egressus est Jesus domo, & sedit juxta littus maris.

2 Et congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, adeò ut conscenderet, & sederet in navi, & universa turba staret juxta littus maris.

3 Et multum loquebatur cum illis in parabolis, & dicebat; Ecce, egressus est seminator ad seminandum.

4 Et quum seminaret, fuit quod caderet juxta viam: & venit avis, & devoravit ipsum.

5 Et aliud cecidit super petram, ita ut non esset terræ multum: & eadem hora exortum est, propterea quod nulla esset profunditas terræ.

6 Quum autem ortus est sol, calorem sensit, & quia non erat ei radix, exaruit.

7 Et aliud cecidit *in* locum spinarum, & ascenderunt spinæ, & suffocaverunt ipsum.

8 Et aliud cecidit in terram bonam, & dedit fructus: est quod *dedit* centum, & est quod sexaginta, & est quod triginta.

9 Is cui sunt aures ut audiat, audiat.

10 Et accesserunt discipuli ejus, & dixerunt ei; Quare in parabolis loqueris cum illis?

11 ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܠܟܘܢ ܗܘ ܝܗܝܒ ܠܡܕܥ ܐܪܙܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܝܗܝܒ. 12 ܠܡܢ ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܬܝܗܒ ܠܗ ܘܢܬܝܬܪ ܠܗ. 13 ܘܡܢ ܕܠܝܬ ܠܗ: ܐܦ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܫܬܩܠ ܡܢܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܡܬܠܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܥܡܗܘܢ. ܕܚܙܝܢ ܘܠܐ ܚܙܝܢ. ܘܫܡܥܝܢ ܘܠܐ ܫܡܥܝܢ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ. 14 ܘܫܠܡܐ ܒܗܘܢ ܢܒܝܘܬܗ ܕܐܫܥܝܐ ܕܐܡܪ. ܕܫܡܥܐ ܬܫܡܥܘܢ ܘܠܐ ܬܣܬܟܠܘܢ. ܘܡܚܙܐ ܬܚܙܘܢ ܘܠܐ ܬܕܥܘܢ. 15 ܐܬܥܒܝ ܠܗ ܓܝܪ ܠܒܗ ܕܥܡܐ ܗܢܐ ܘܒܐܕܢܝܗܘܢ ܝܩܝܪܐܝܬ ܫܡܥܘ. ܘܥܝܢܝܗܘܢ ܥܡܨܘ. ܕܠܐ ܢܚܙܘܢ ܒܥܝܢܝܗܘܢ ܘܢܫܡܥܘܢ ܒܐܕܢܝܗܘܢ. ܘܢܣܬܟܠܘܢ ܒܠܒܗܘܢ. ܘܢܬܘܒܘܢ ܘܐܐܣܐ ܐܢܘܢ. 16 ܕܝܠܟܘܢ ܕܝܢ ܛܘܒܝܗܝܢ ܠܥܝܢܝܟܘܢ ܕܚܙܝܢ. ܘܠܐܕܢܝܟܘܢ ܕܫܡܥܢ. 17 ܐܡܝܢ ܓܝܪ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܣܓܝܐܐ ܢܒܝܐ ܘܙܕܝܩܐ ܐܬܪܓܪܓܘ ܠܡܚܙܐ ܡܕܡ ܕܚܙܝܬܘܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܚܙܘ. ܘܠܡܫܡܥ ܡܕܡ ܕܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܫܡܥܘ. 18 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܫܡܥܘ ܡܬܠܐ ܕܙܪܥܐ. 19 ܟܠ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠ ܒܗ. ܐܬܐ ܒܝܫܐ ܘܚܛܦ ܡܠܬܐ ܕܙܪܝܥܐ ܒܠܒܗ. ܗܢܘ ܗܘ ܕܥܠ ܝܕ ܐܘܪܚܐ ܐܙܕܪܥ. 20 ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܫܘܥܐ ܐܙܕܪܥ: ܗܘ ܗܘ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ: ܘܡܚܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܡܩܒܠ ܠܗ: 21 ܠܝܬ ܠܗ ܕܝܢ ܥܩܪܐ ܒܢܦܫܗ. ܐܠܐ ܕܙܒܢܐ ܗܘ: ܘܡܐ ܕܗܘܐ ܐܘܠܨܢܐ ܐܘ ܪܕܘܦܝܐ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܥܓܠ ܡܬܬܟܫܠ. 22 ܗܘ ܕܝܢ ܕܒܝܬ ܟܘܒܐ ܐܙܕܪܥ: ܗܘ ܗܘ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ: ܘܨܦܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܛܥܝܘܬܐ ܕܥܘܬܪܐ ܚܢܩܢ ܠܗ ܠܡܠܬܐ: ܘܕܠܐ ܦܐܪܐ ܗܘܝܐ. 23 ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܐܪܥܐ

11 Ipse autem respondit, & dixit eis; Quia vobis est datum nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non est datum.

12 Illi enim cui est, dabitur; & reddetur abundantior:

13 Et cui non est, etiam id quod est ei auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor cum illis, quia vident & non vident: & audiunt ac non audiunt, neque intelligunt.

14 Et completur in illis vaticinium Esaiæ, qui ait; Quod auditione audietis, & non intelligetis: & videndo videbitis, & non cognoscetis.

15 Incrassatum enim est cor populi hujus, & auribus suis graviter audierunt, & oculos suos clauserunt; ut non viderent oculis suis, & audirent auribus suis, & intelligerent corde suo, & converterentur, & sanarem eos.

16 Vestri autem beati sunt oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt.

17 Amen enim dico vobis, quod multi Prophetæ & justi concupiverunt videre id quod videtis vos, & non viderunt: & audire id quod auditis vos, & non audiverunt.

18 Vos autem audite parabolam seminis.

19 Omnis qui audit sermonem regni, & non intelligit ipsum, venit Malus & rapit sermonem seminatum in corde ejus; hoc est quod seminatum erat juxta viam.

20 Id autem, quod suprà petram seminatum fuit, est is qui audit sermonem, & eadem hora cum gaudio excipit illum.

21 Non est autem illi radix in seipso, sed temporarius est: & quum fuerit afflictio aut persequutio propter sermonem, continuò offenditur.

22 Quod autem in loco spinarum seminatum fuit, is est qui audivit sermonem: sed cura seculi hujus, & deceptiones divitiarum suffocant ipsum sermonem, & sine fructibus est.

23 Cæterum illud quod in bonam terram

ueniam[illegible] fuit; is est qui audit sermonem meum, & intelligit; & reddit fructus, & facit, est qui centum, & est qui sexaginta, & est qui triginta.

24 Aliam parabolam proposuit illis, & dixit: Simile est regnum cœlorum viro qui seminavit semen bonum in agro suo.

25 Et quum dormirent homines, venit inimicus illius, & seminavit zizania inter triticum, & abiit.

26 Quum autem protulisset herbam, & fecisset fructus, tunc conspecta sunt etiam zizania.

27 Et accesserunt servi domini domus, & dixerunt illi; Domine noster, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? undenam sunt in eo zizania?

28 Ille autem dixit eis; Homo inimicus fecit hoc. Dicunt ei servi ejus; Vis tu *ut* eamus, & seligamus ea?

29 Ille autem dixit eis; Ne, dum seligetis zizania, eradicetis cum illis etiam triticum,

30 Sinite *ut* crescant ambo pariter usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus; Seligite prius zizania, & ligate ea *in* fasciculos, ut comburantur: triticum verò colligite in horrea mea.

31 Aliam parabolam proposuit eis, & dixit: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo.

32 Et illud est minimum omnium seminum: postquam autem excrevit, maximum est omnium olerum, & fit arbor; adeò ut veniat volatile cœlorum & niduletur in ramis illius.

33 Aliam parabolam dixit illis: Simile est regnum cœlorum fermento illi, quod accipiens mulier, recondidit in tribus satis farinæ, donec totum fermentaretur.

34 Hæc omnia loquutus est Jesus per parabolas ad turbas, & sine parabolis non loquebatur cum illis.

35 Ut compleretur id quod dictum est

ܐܪܥܐ ܛܒܬܐ ܐܙܕܪܥ : ܗܘ ܗܘ ܕܫܡܥ ܡܠܬܝ ܘܡܣܬܟܠ ܘܝܗܒ ܦܐܪܐ . ܘܥܒܕ . ܐܝܬ ܕܡܐܐ ܘܐܝܬ ܕܫܬܝܢ ܘܐܝܬ ܕܬܠܬܝܢ ܀

24 ܐܚܪܢܐ ܡܬܠܐ ܐܡܬܠ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ . ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܓܒܪܐ ܕܙܪܥ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܒܩܪܝܬܗ .

25 ܘܟܕ ܕܡܟܘ ܒܢܝܢܫܐ : ܐܬܐ ܒܥܠܕܒܒܗ ܘܙܪܥ ܙܝܙܢܐ ܒܝܬ ܚܛܐ ܘܐܙܠ .

26 ܟܕ ܕܝܢ ܝܥܐ ܥܣܒܐ ܘܥܒܕ ܦܐܪܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܐܦ ܙܝܙܢܐ .

27 ܘܩܪܒܘ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܪܐ ܒܝܬܐ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܪܢ . ܠܐ ܗܘܐ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܙܪܥܬ ܒܩܪܝܬܟ . ܡܢܐ ܐܝܬ ܒܗ ܙܝܙܢܐ .

28 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܓܒܪܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܥܒܕ ܗܕܐ . ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܥܒܕܘܗܝ . ܨܒܐ ܐܢܬ ܢܐܙܠ ܢܓܒܐ ܐܢܘܢ .

29 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܕܠܡܐ ܟܕ ܡܓܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܙܝܙܢܐ : ܬܥܩܪܘܢ ܥܡܗܘܢ ܐܦ ܚܛܐ .

30 ܫܒܘܩܘ ܢܪܒܝܢ ܬܪܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܥܕܡܐ ܠܚܨܕܐ . ܘܒܙܒܢܐ ܕܚܨܕܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܚܨܘܕܐ . ܓܒܘ ܠܘܩܕܡ ܙܝܙܢܐ : ܘܐܣܘܪܘ ܐܢܘܢ ܩܒܛܐ ܩܒܛܐ ܠܡܘܩܕܐ . ܚܛܐ ܕܝܢ ܟܢܫܘ ܠܐܘܨܪܝ ܀ [illegible]

31 ܐܚܪܢܐ ܡܬܠܐ ܐܡܬܠ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ . ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܦܪܕܬܐ ܕܚܪܕܠܐ . ܕܢܣܒ ܓܒܪܐ ܙܪܥ ܒܩܪܝܬܗ .

32 ܘܗܝ ܙܥܘܪܐ ܗܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܙܪܥܘܢܐ . ܡܐ ܕܝܢ ܕܪܒܬ ܪܒܐ ܗܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܝܪܩܘܢܐ . ܘܗܘܝܐ ܐܝܠܢܐ . ܐܝܟ ܕܬܐܬܐ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܬܩܢ ܒܣܘܟܝܗ ܀

33 ܐܚܪܢܐ ܡܬܠܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ . ܠܚܡܝܪܐ ܗܘ ܕܫܩܠܬ ܐܢܬܬܐ ܛܡܪܬܗ ܒܬܠܬ ܣܐܝܢ ܕܩܡܚܐ : ܥܕܡܐ ܕܟܠܗ ܚܡܥ ܀

34 ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܡܠܠ ܝܫܘܥ ܒܡܬܠܐ ܠܟܢܫܐ . ܘܕܠܐ ܡܬܠܐ ܠܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ .

35 ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ

ܒܝܕ

est per Prophetam, qui dixit; Aperiam os meum in parabolis, & eructabo absconditа, quæ *fuerunt* ante fundationem mundi.

36 Tunc dimisit Jesus turbas, & venit domum. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & dixerunt ei; Explica nobis parabolam illam zizaniorum & agri.

37 Ille autem respondit, & dixit illis; Is qui seminavit bonum semen est Filius hominis.

38 Et ager est mundus: semen autem bonum, filii sunt regni: zizania autem, sunt filii illius Mali.

39 Inimicus autem qui seminavit ea, est Satanas: messis verò est consummatio mundi: messores autem, Angeli.

40 Sicut igitur colliguntur zizania, & comburuntur igni, sic erit in consummatione seculi hujus.

41 Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent è regno ipsius scandala, & omnes facientes iniquitatem.

42 Et conjicient illos in fornacem ignis: ibi erit ploratus & stridor dentium.

43 Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. Is cui sunt aures ut audiat, audiat.

44 Rursum simile est regnum cœlorum thesauro, qui est absconditus in agro, quem quum invenit homo, ac abscondit, & præ gaudio suo abiens vendidit quicquid est ei, & emit agrum illum.

45 Rursum simile est regnum cœlorum homini mercatori, qui quærebat margaritas optimas.

46 Quum autem invenit margaritam unam pretiosam, abiit, & vendidit quicquid erat ei, & emit eam.

47 Rursum simile est regnum cœlorum verriculo quod projectum est in mare, & ex omni genere congregavit.

48 Et quum impletum est, subduxerunt ipsum ad littus maris, & sederunt, & selegerunt

& selegerunt: & bonos injecerunt in vasa, malos autem projecerunt foras:

49 Sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos è medio justorum.

50 Et projicient illos in fornacem ignis: ibi erit ploratus & stridor dentium.

51 Ait illis Jesus; Intellexistis omnia hæc? Dicunt illi; Etiam Domine noster.

52 Dixit illis; Propterea omnis legisperitus qui edoctus est ad regnum cœlorum, similis est homini domino domus, qui depromit è thesauris suis nova & vetera.

53 Et factum est, ut, postquam finiisset Jesus sermones hos, digrederetur hinc:

54 Et veniret in civitatem suam, & doceret illos in synagogis illorum, ita ut mirarentur, & dicerent; Unde huic sapientia hæc & virtutes?

55 Nonne hic est filius fabri? Nonne mater ejus vocatur Maria, & fratres ejus, Jacob, & Joses, & Simon, & Juda?

56 Et sorores ejus omnes, nonne apud nos sunt? Unde huic hæc omnia?

57 Et offendebantur super eo. Ipse autem Jesus dixit illis: Non est Propheta contemptus, nisi in civitate suâ & in domo suâ.

58 Et non edidit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

CAPUT XIV.

1 IN illo autem tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Jesu.

2 Et dixit servis suis; Ipse est Johannes Baptista. Ipse surrexit à mortuis: propterea virtutes fiunt per eum.

3 Ipse autem Herodes ceperat Johannem, & vinxerat, ac conjecerat *in* carcerem, propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui.

4 Di-

ܝܬܒܘ. ܘܓܒܘ ܛܒܐ ܐܪܡܝܘ ܒܡܐܢܐ: ܘܒܝܫܐ ܫܕܘ ܠܒܪ: 49 ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ. ܢܦܩܘܢ ܡܠܐܟܐ ܘܢܦܪܫܘܢ ܒܝܫܐ ܡܢ ܒܝܬ ܟܐܢܐ: 50 ܘܢܪܡܘܢ ܐܢܘܢ ܒܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ. ܬܡܢ ܢܗܘܐ ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢܐ ܀ 51 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܐܣܬܟܠܬܘܢ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܐܝܢ ܡܪܢ. 52 ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܠ ܣܦܪܐ ܕܡܬܬܠܡܕ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ: ܕܡܐ ܠܓܒܪܐ ܡܪܐ ܒܝܬܐ: ܕܡܦܩ ܡܢ ܣܝܡܬܗ ܚܕܬܬܐ ܘܥܬܝܩܬܐ. 53 ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܝܫܘܥ ܡܬܠܐ ܗܠܝܢ: ܫܢܝ ܡܢ ܬܡܢ. 54 ܘܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܗ. ܘܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܒܟܢܘܫܬܗܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܕܡܪܘܢ ܘܢܐܡܪܘܢ. ܡܢܐ ܠܗ ܠܗܢܐ ܚܟܡܬܐ ܗܕܐ ܘܚܝܠܐ. 55 ܠܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܗܘ ܒܪܗ ܕܢܓܪܐ: ܠܐ ܐܡܗ ܡܬܩܪܝܐ ܡܪܝܡ: ܘܐܚܘܗܝ ܝܥܩܘܒ ܘܝܘܣܐ ܘܫܡܥܘܢ ܘܝܗܘܕܐ: 56 ܘܐܚܘܬܗ ܟܠܗܝܢ ܠܐ ܗܐ ܠܘܬܢ ܐܝܬܝܗܝܢ. ܡܢܐ ܠܗ ܠܗܢܐ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ. 57 ܘܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܝܬ ܢܒܝܐ ܕܫܝܛ: ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܘܒܒܝܬܗ. 58 ܘܠܐ ܥܒܕ ܬܡܢ ܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ. ܡܛܠ ܠܐ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ ܀

ܦܨܠܐ ܡ

1 ܒܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢܐ: ܫܡܥ ܗܪܘܕܣ ܛܛܪܪܟܐ ܫܡܥܗ ܕܝܫܘܥ: 2 ܘܐܡܪ ܠܥܒܕܘܗܝ. ܗܢܘ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ. ܗܘ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܝܠܐ ܡܬܥܒܕܝܢ ܒܗ. 3 ܗܘ ܓܝܪ ܗܪܘܕܣ ܐܚܕܗ ܗܘܐ ܠܝܘܚܢܢ: ܘܐܣܪܗ ܘܐܪܡܝܗ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ. ܡܛܠ ܗܪܘܕܝܐ ܐܢܬܬ ܦܝܠܝܦܘܣ ܐܚܘܗܝ.

4 Dicebat enim illi Johannes; Non licet ut ea sit tibi uxor.

5 Et voluisset occidere eum, sed metuebat à populo, quia tanquam Prophetam habebant eum.

6 Quum autem esset inter natalia Herodis, saltabat filia Herodiadis coram accumbentibus, & placebat Herodi.

7 Propter hoc juramentis juravit illi, quod daturus esset ei quicquid peteret.

8 Illa autem, quia edocta erat à matre sua, dixit; Da mihi hic in patina caput Johannis Baptistæ.

9 Et indoluit Rex: propter juramenta autem & accumbentes, jussit ut daretur ei.

10 Et mittens amputavit caput Johannis *in* carcere.

11 Et allatum est caput ejus in patina, & datum est puellæ, & attulit ipsum ad matrem suam.

12 Et accedentes discipuli ejus, sustulerunt corpus ejus, & sepelierunt: ac venerunt, & renuntiaverunt Jesu.

13 Jesus autem quum audivisset, secessit illinc in navi ad locum desertum ipse solus. Et quum audiissent turbæ secutæ sunt eum per aridam ab urbibus.

14 Et egressus Jesus vidit turbas multas, & misericordia motus est erga illos, & sanavit morbidos illorum.

15 Quum autem esset vespera, accesserunt ad eum discipuli ejus, & dixerunt ei; Locus desertus est, & tempus præteriit, dimitte turbas hominum, ut abeant in vicos, & emant sibi cibum.

16 Ille autem dixit eis; Non est necesse illis abire; date illis vos ad comedendum.

17 Illi autem dixerunt ei; Nihil est nobis hîc nisi quinque placentæ & duo pisces.

18 Dixit illis Jesus; adferte illos mihi huc.

19 Et præcepit turbis discumbere super terram: & accepit illos quinque panes, &

& duos pisces: & respexit versus cœlos, & benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis: ipsi verò discipuli apposuerunt turbis.

20 Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos.

21 Illi autem homines qui comederant, erant quinque millia, præter mulieres & pueros.

22 Et statim compulit discipulos suos ut conscenderent navim, & abirent ante se ad ulteriorem ripam, dum ipse dimitteret turbas.

23 Et quum dimisisset turbas, ascendit in montem solus ad orandum. Quumque tenebræ jam essent, solus erat illic.

24 Navis autem longè aberat à terra stadiis multis, quum affligeretur multum ab undis: ventus enim contrarius illi erat.

25 Custodia autem quarta noctis venit ad illos Jesus ambulans super aquas.

26 Et viderunt eum discipuli ejus, quòd ambularet super aquas, & commoti sunt, & dicebant quòd visio mendax esset: atque præ metu suo exclamaverunt.

27 Ipse autem Jesus eadem hora loquutus est cum illis, & dixit; Bono animo sitis: ego sum, ne timeatis.

28 Et respondit Cephas, & dixit illi; Domine mi, si tu es, jube me venire ad te super aquas.

29 Jesus autem dixit illi; Veni. Et descendit Cephas è navi, & ambulavit super aquas, ut veniret ad Jesum.

30 Quumque vidisset ventum vehementem, timuit, & cœpit demergi, & sustulit vocem suam, & dixit; Domine mi, serva me.

31 Et eadem hora extendit manum suam Dominus noster, & apprehendit eum, & dixit ei; Pusille fide, quare hæsitasti?

32 Quumque conscendissent navim, conquievit ventus.

33 Et venientes qui erant in navi, adoraverunt eum, & dixerunt; Verè filius es Dei.

34 Et

34 ܘܪܕܘ ܘܐܬܘ ܠܐܪܥܐ ܕܓܢܝܣܪ. 35 ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ ܐܢܫܐ ܕܐܬܪܐ ܗܘ. ܘܫܕܪܘ ܠܟܠܗܘܢ ܩܘܪܝܐ ܕܚܕܪܝܗܘܢ: ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܝܫ ܒܝܫ ܥܒܝܕܝܢ. 36 ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ: ܕܢܩܪܒܘܢ ܐܦܢ ܠܟܢܦܐ ܕܠܒܫܗ ܒܠܚܘܕ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܩܪܒܘ ܐܬܐܣܝܘ ❖

34 Et navigarunt, & venerunt ad terram Genesar.

35 Et agnoverunt eum viri loci illius, & miserunt ad omnes vicos qui erant circa illos: & adduxerunt ad eum omnes illos qui pessimè afficiebantur.

36 Et petebant ab eo ut tangerent saltem extremitatem vestimenti ipsius. Et qui tetigerunt, sanati sunt.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܗ

CAPUT XV.

1 ܗܝܕܝܢ ܩܪܒܘ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܦܪܝܫܐ ܘܣܦܪܐ ܕܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܘܐܡܪܝܢ: 2 ܠܡܢܐ ܬܠܡܝܕܝܟ ܥܒܪܝܢ ܥܠ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܩܫܝܫܐ: ܘܠܐ ܡܫܝܓܝܢ ܐܝܕܝܗܘܢ ܡܐ ܕܐܟܠܝܢ ܠܚܡܐ. 3 ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܡܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܥܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܠ ܦܘܩܕܢܗ ܕܐܠܗܐ ܡܛܠ ܡܫܠܡܢܘܬܟܘܢ: 4 ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܐܡܪ: ܝܩܪ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐܡܟ. ܘܡܢ ܕܡܨܚܐ ܠܐܒܘܗܝ ܘܠܐܡܗ ܡܘܬܐ ܢܡܘܬ. 5 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܟܠ ܡܢ ܕܢܐܡܪ ܠܐܒܐ ܐܘ ܠܐܡܐ: ܩܘܪܒܢܝ ܡܕܡ ܕܬܬܗܢܐ ܡܢܝ. ܘܠܐ ܢܝܩܪ ܠܐܒܘܗܝ ܐܘ ܠܐܡܗ. 6 ܘܒܛܠܬܘܢ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܛܠ ܡܫܠܡܢܘܬܟܘܢ. 7 ܢܣܒܝ ܒܐܦܐ: ܫܦܝܪ ܐܬܢܒܝ ܥܠܝܟܘܢ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ. 8 ܥܡܐ ܗܢܐ ܒܣܦܘܬܗ ܗܘ ܡܝܩܪ ܠܝ. ܠܒܗܘܢ ܕܝܢ ܣܓܝ ܪܚܝܩ ܡܢܝ. 9 ܘܣܪܝܩܐܝܬ ܕܚܠܝܢ ܠܝ. ܟܕ ܡܠܦܝܢ ܡܘܠܦܢܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. 10 ܘܩܪܐ ܠܟܢܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܫܡܥܘ ܘܐܣܬܟܠܘ. 11 ܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܕܥܐܠ ܠܦܘܡܐ ܡܣܝܒ ܠܒܪܢܫܐ. ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܘܡܐ: ܗܘ ܗܘ ܡܣܝܒ ܠܒܪܢܫܐ. 12 ܗܝܕܝܢ ܩܪܒܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܦܪܝܫܐ

ܕܫܡܥܘ

1 Tunc accesserunt ad Jesum Pharisæi & legisperiti, qui erant ex Hierusalem, & dixerunt:

2 Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum, & non lavant manus suas quum comedunt panem?

3 Respondit Jesus, & dixit illis; Quare etiam vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?

4 Deus enim dixit; Honora patrem tuum, & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri suo vel matri suæ, morte moriatur.

5 Vos autem dictis; Quicunque dixerit patri aut matri; Oblatio mea *est* id unde utilitatem capias à me: & non honorabit patrem suum aut matrem suam.

6 Atque irritum fecistis verbum Dei propter traditionem vestram.

7 Hypocritæ, benè vaticinatus fuit de vobis Esaias propheta, & dixit:

8 Populus hic labiis suis honorat me, cor autem eorum admodum remotum est à me.

9 Et frustrà timent me, quum docent doctrinas mandatorum filiorum hominum.

10 Et advocavit turbas, & dixit illis; Audite, & intelligite.

11 Nequaquam quod ingreditur in os contaminat filium hominis; sed quod egreditur ex ore, illud ipsum contaminat filium hominis.

12 Tunc accesserunt discipuli ejus, & dixerunt ei; Nosti tu quòd Pharisæi,

qui

qui audiciunt sermonem istum, offensi sunt?

13 Ille autem respondit, & dixit illis; Omnis planta illa, quam non plantavit pater meus qui est in cœlis, eradicabitur.

14 Omittite illos: cæci sunt, duces cæcorum. Cæcus autem cæcum si ducat, ambo in foveam cadunt.

15 Et respondit Simon Petrus, & dixit illi; Domine mi, expone nobis parabolam illam.

16 Ille autem dixit eis; Usque nunc etiam vos non intelligitis?

17 Nescitis vos quod quicquid ingreditur in os, in ventrem abit, & inde purgatione ejicitur foras?

18 Id verò quod ex ore prodit, ex corde egreditur, & illud contaminat filium hominis.

19 Ex corde enim ipso exeunt cogitationes malæ, adulterium, cædes, scortatio, furtum, testimonium falsum, convitium.

20 Hæc sunt quæ contaminant filium hominis. Si quis autem comedat quum non lotæ sint manus ejus, non contaminatur.

21 Et egressus est inde Jesus, & venit in confinium Tyri & Sidonis.

22 Et ecce, mulier Chananæa ex finibus illis prodiit clamans & dicens: Miserere mei, Domine mi, fili Davidis, filia mea malè agitur à dæmonio.

23 Ipse verò non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus petierunt ab eo, & dixerunt; Dimitte illam: quia clamat post nos.

24 Ille autem respondit, & dixit illis. Non sum missus, nisi ad oves quæ erraverunt è domo Israël.

25 Illa autem venit, & adoravit eum, & dixit; Domine mi, succurre mihi.

26 Ait illi Jesus: Non est bonum accipere panem filiorum, & projicere canibus.

27 Illa verò dixit; Certè Domine mi, etiam canes comedunt de micis quæ cadunt,

dunt è mensis dominorum suorum, & vivunt.

28 Tunc dixit illi Jesus; O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.

29 Et digressus est illinc Jesus, & venit juxta mare Galilææ, & ascendit in montem, & sedit illic:

30 Et accesserunt ad eum turbæ multæ, cum quibus erant claudi, & cæci, & muti, & mutili, & alii multi, & abjecerunt eos ad pedes Jesu, & sanavit eos.

31 Adeò ut mirarentur turbæ illæ, quòd viderent, quod muti loquerentur, & quod mutili redderentur sani, & quod claudi ambularent, & quod cæci viderent: & glorificaverunt Deum Israel.

32 Jesus autem ipse vocavit discipulos suos, & dixit illis; Misereor hujus turbæ, quia ecce tres dies perseverârunt apud me, & non est illis quod edant; & ut dimittam eos jejunos nolo, ne fatigatione deficiant in via.

33 Dicunt ei discipuli ejus; Unde essent nobis in deserto panes, ut saturemus turbam hanc universam?

34 Dixit illis Jesus; quot panes sunt vobis? Dicunt ei; Septem, & paucum piscium minutorum.

35 Et præcepit turbis ut discumberent super terram.

36 Et accepit illos septem panes & pisces, & gratias egit, ac fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt turbis.

37 Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt reliquias fragmentorum, plenas septem sportas.

38 Illi verò qui comederant fuerunt quatuor millia virorum, exceptis mulieribus & pueris.

39 Et quum dimisisset turbas, ascendit in navim, & venit in terminum Magodu.

CAPUT

CAPUT XVI.

1 ET accesserunt Pharisæi & Saducæi tentantes eum, & petebant ab eo, ut signum è cœlis ostenderet sibi.

2 Ipse autem respondit, & dixit illis: Quum fuerit vespera, dicitis Serenitas futura est: rubet enim cœlum.

3 Et manè dicitis: Hodiè hyemalis tempestas futura est: rubet enim cœlum tristè. Hypocritæ, faciem cœli nostis scrutari, signa hujus temporis non nostis discernere?

4 Generatio prava & adultera signum quærit, sed signum non dabitur illi, nisi signum Jonæ prophetæ. Et reliquit illos, & abiit.

5 Quumque venissent discipuli ejus in ulteriorem ripam, obliti sunt accipere secum panem.

6 Ipse autem dixit illis; Videte, diligenter cavete à fermento Pharisæorum & Saducæorum.

7 Illi verò reputabant intra sese, & dicebant; quia panem non accepissent.

8 Jesus autem cognovit, & dixit illis; Quid cogitatis intra vos ipsos, pusilli fide, eo quod panem non accepistis?

9 Non intellexistis hucusque? Non memores estis vos illorum quinque panum quinque millium, & quot cophinos sustuleritis?

10 Neque illorum septem panum quatuor millium, & quot sportas sustuleritis?

11 Quomodo non intellexistis, quod nequaquam de pane loquutus sum vobis, sed ut caveretis diligenter à fermento Pharisæorum & Saducæorum?

12 Tunc intellexerunt quòd non dixisset ut diligenter caverent à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum & Saducæorum.

13 Quum autem venisset Jesus in locum Cæsareæ Philippi, interrogavit discipulos

ܠܗܘܢ . ܕܠܡܐ ܫܪܓܐ ܐܬܐ ܕܬܚܝܬ ܣܐܬܐ ܢܬܬܣܝܡ
ܐܘ ܬܚܝܬ ܥܪܣܐ : ܠܐ ܗܘܐ ܕܥܠ ܡܢܪܬܐ ܢܬܬܣܝܡ :
22 ܠܝܬ ܓܝܪ ܡܕܡ ܕܟܣܐ ܕܠܐ ܢܬܓܠܐ . ܘܠܐ ܗܘܐ
ܕܒܛܘܫܝܐ ܘܠܐ ܢܬܓܠܐ . 23 ܐܢ ܐܢܫ ܐܝܬ ܠܗ
ܐܕܢܐ ܕܢܫܡܥ ܢܫܡܥ ܀ 24 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܚܙܘ ܡܢܐ ܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܒܗܝ ܟܝܠܬܐ
ܕܟܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܟܝܠܐ ܠܟܘܢ ܘܡܬܬܘܣܦܐ
ܠܟܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ . 25 ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܢܬܝܗܒ ܠܗ . ܘܡܢ ܕܠܝܬ ܠܗ : ܐܦ
ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܫܬܩܠ ܡܢܗ . 26 ܘܐܡܪ
ܗܘܐ . ܗܟܢܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ : ܐܝܟ ܐܢܫ
ܕܢܪܡܐ ܙܪܥܐ ܒܐܪܥܐ : 27 ܘܢܕܡܟ . ܘܢܩܘܡ
ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ : ܘܙܪܥܐ ܢܢܒܛ ܘܢܐܪܟ ܟܕ ܗܘ ܠܐ
ܝܕܥ . 28 ܐܪܥܐ ܓܝܪ ܡܝܬܝܐ ܠܗ ܠܦܐܪܐ
ܘܠܘܩܕܡ ܗܘܝܐ ܥܣܒܐ . ܘܒܬܪܗ ܫܒܠܐ . ܐܚܪܝܬ
ܕܝܢ . ܚܛܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܒܫܒܠܐ . 29 ܡܐ
ܕܫܡܢ ܕܝܢ ܦܐܪܐ : ܒܪܫܥܬܗ ܐܬܐ ܡܓܠܐ ܕܡܛܐ ܚܨܕܐ .
30 ܘܐܡܪ . ܠܡܢܐ ܢܕܡܝܗ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ .
ܘܒܐܝܢܐ ܡܬܠܐ ܢܡܬܠܝܗ . 31 ܐܝܟ ܦܪܕܬܐ ܗܝ
ܕܚܪܕܠܐ . ܗܝ ܕܡܐ ܕܐܙܕܪܥܬ ܒܐܪܥܐ ܒܨܝܪܐ ܗܝ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ ܙܪܥܘܢܐ ܕܥܠ ܐܪܥܐ . 32 ܘܡܐ ܕܐܙܕܪܥܬ :
ܣܠܩܐ ܘܗܘܝܐ ܪܒܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܝܪܩܘܢܐ .
ܘܥܒܕܐ ܣܘܟܐ ܪܘܪܒܬܐ : ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܝܢ ܕܒܛܠܠܗ
ܦܪܚܬܐ ܢܓܢܢ . 33 ܒܡܬܠܐ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ
ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܝܫܘܥ . ܡܬܠܐ ܐܝܟ
ܕܫܡܥܝܢ

& seductiones divitiarum, & reliquiæ cupiditatum aliarum ingredientes suffocant sermonem, & infructuosus fit.

20 Et ii qui in terram bonam seminati sunt, illi sunt qui audiunt sermonem, & accipiunt, & edunt fructus tricenos, & sexagenos, & centenos.

21 Et dixit eis; Num venit lucerna ut subter modium ponatur, aut subter lectum? Nonne fit ut super candelabrum ponatur?

22 Non enim est quicquam quod occultum sit; quod non sit revelandum: neque fit *quicquam* in abscondito, & non reveletur.

23 Si cui sunt aures quibus audiat, audiat.

24 Et dixit eis; Videte quid audiatis: ea mensura qua vos metimini, remetietur vobis, & adjicietur vobis ipsis qui auditis.

25 Ei enim cui est, eidem dabitur: & cui non est, etiam id quod est ipsi, aufe retur ab eo.

26 Et dicebat; Ita est regnum Dei, ut homo quum jaciat semen in terram:

27 Et dormiat, & surgat nocte & die, & semen crescat & longum fiat, quum ipse nesciat.

28 Terra enim producit fructum, & primùm fit herba, & deinde spica, postremò autem triticum impletur in spica.

29 Postquam autem impinguatus fuerit fructus, statim venit falx, quia venit messis.

30 Et dicebat; Cui assimilabimus regnum Dei? Et quanam comparatione comparabimus illud?

31 Velut granum est sinapi, quod quum seminatum est in terra, minus est omnibus seminibus quæ *sunt* supra terram.

32 Et, ex quo seminatum est, assurgit, & fit majus omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita ut possit in umbra ejus habitare avis.

33 Parabolis, quæ sunt sicut hæ, loquebatur cum eis Jesus: parabolis *inquam* prout

prout poterant audire.

34 Et absque parabolis non loquebatur cum eis: discipulis verò suis, inter se & illos, interpretabatur omnia.

35 Et ait eis illo die vespere; Transeamus in littus oppositum.

36 Et dimiserunt turbas, & deduxerunt eum quum in navigio esset, & navigia alia erant cum eis.

37 Et factus est turbo magnus, & ventus ac fluctus irruebant in navigium, & proximum erat ut impleretur.

38 Ipse autem Jesus super cervicali dormierat in posteriore parte navigii. & venientes excitaverunt eum, & dixerunt ei; Domine noster, non est cura tibi quòd perimus?

39 Et surrexit, & repressit ventum; & ait mari; Desine, obmutesce tu. Et desiit ventus, & facta est tranquillitas magna.

40 Et dixit eis; Quare timidi fuistis ita? & quare non est in vobis fides?

41 Et timuerunt timore magno: ac dicebant alius ad alium; Quisnam iste est, cui venti & mare auscultant?

ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܠܡܫܡܥ. 34 ܘܕܠܐ ܡܬܠܐ ܠܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ. ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܝܢ ܒܝܢܘܗܝ ܠܒܝܢܝܗܘܢ ܡܦܫܩ ܗܘܐ ܟܠܡܕܡ.

35 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܒܗܘ ܝܘܡܐ ܒܪܡܫܐ. ܢܥܒܪ ܠܥܒܪܐ. 36 ܘܫܒܩܘ ܠܟܢܫܐ: ܘܕܒܪܘܗܝ ܟܕ ܒܣܦܝܢܬܐ ܗܘܐ. ܘܣܦܝܢܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܐܝܬ ܗܘܝ ܥܡܗܘܢ. 37 ܘܗܘܐ ܥܠܥܠܐ ܘܪܘܚܐ ܪܒܬܐ. ܘܓܠܠܐ ܢܦܠܝܢ ܗܘܘ ܒܣܦܝܢܬܐ. ܘܩܪܝܒܐ ܗܘܬ ܠܡܬܡܠܝܘ. 38 ܘܗܘ ܝܫܘܥ ܥܠ ܒܣܕܝܐ ܕܡܟ ܗܘܐ ܒܚܪܬܗ ܕܣܦܝܢܬܐ. ܘܐܬܘ ܐܥܝܪܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܪܒܢ ܠܐ ܒܛܝܠܐ ܠܟ ܕܐܒܕܝܢܢ: 39 ܘܩܡ ܟܐܐ ܒܪܘܚܐ ܘܐܡܪ ܠܝܡܐ. ܫܠܝ ܐܬܟܠܝ. ܘܐܫܬܠܝܬ ܪܘܚܐ ܘܗܘܐ ܫܠܝܐ ܪܒܐ. 40 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܡܢܐ ܕܚܠܬܬܢܢ ܗܟܢܐ ܘܠܡܢܐ ܠܝܬ ܒܟܘܢ ܗܝܡܢܘܬܐ. 41 ܘܕܚܠܘ ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܠܚܕ: ܡܢܘ ܟܝ ܗܢܐ ܕܪܘܚܐ ܘܝܡܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘

CAPUT V.

1 ET venit ultra mare in locum Gadaræorum.

2 Et quum egressus esset è navigio, occurrit ei è loco sepulcrorum vir in quo erat spiritus impurus.

3 Et habitabat *in* loco sepulcrorum, & catenis nemo poterat vincire eum.

4 Quia quoties compedibus & catenis vinciebatur, catenas frangebat, & compedes rumpebat, & nemo poterat domare eum.

5 Et omni tempore, nocte & die in loco sepulcrorum & in montibus erat, & vociferabatur, & collidebat seipsum in lapides.

6 Quum

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

1 ܘܐܬܘ ܠܥܒܪܐ ܕܝܡܐ ܠܐܬܪܐ ܕܓܕܪܝܐ. 2 ܘܟܕ ܢܦܩ ܡܢ ܣܦܝܢܬܐ: ܦܓܥ ܒܗ ܡܢ ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ: ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܪܘܚܐ ܛܢܦܬܐ. 3 ܘܡܥܡܪܗ ܗܘܐ ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ. ܘܒܫܫܠܬܐ ܐܢܫ ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܐܣܪܗ. 4 ܡܛܠ ܕܟܠ ܐܡܬܝ ܕܒܩܝܕܐ ܘܒܫܫܠܬܐ ܡܬܐܣܪ ܗܘܐ: ܫܫܠܬܐ ܡܦܣܩ ܗܘܐ: ܘܩܝܕܐ ܡܬܒܪ ܗܘܐ: ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܟܒܫܗ. 5 ܘܒܟܠܙܒܢ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ ܒܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܘܒܛܘܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܩܥܐ ܗܘܐ ܘܡܚܒܠ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܒܟܐܦܐ.

6 ܟܕ

6 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܠܝܫܘܥ ܡܢ ܪܘܚܩܐ: ܪܗܛ ܣܓܕ ܠܗ. 7 ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ. ܡܢܐ ܠܝ ܘܠܟ ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ. ܡܘܡܐ ܐܢܐ ܠܟ ܒܐܠܗܐ ܕܠܐ ܬܫܢܩܝܢܝ. 8 ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܝܫܘܥ: ܦܘܩ ܡܢ ܒܪܢܫܐ ܪܘܚܐ ܛܢܦܬܐ. 9 ܘܫܐܠܗ ܡܢܐ ܫܡܟ. ܐܡܪ ܠܗ ܠܓܝܘܢ ܫܡܢ. ܡܛܠ ܕܣܓܝܐܝܢ ܚܢܢ. 10 ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܣܓܝ: ܕܠܐ ܢܫܕܪܝܘܗܝ ܠܒܪ ܡܢ ܐܬܪܐ. 11 ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܬܡܢ ܠܘܬ ܛܘܪܐ ܒܩܪܐ ܕܚܙܝܪܐ ܪܒܐ ܕܪܥܐ. 12 ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܫܐܕܐ ܘܐܡܪܝܢ. ܫܕܪܝܢ ܥܠ ܗܠܝܢ ܚܙܝܪܐ ܕܒܗܘܢ ܢܥܘܠ. 13 ܘܐܦܣ ܠܗܘܢ. ܘܢܦܩܘ ܪܘܚܐ ܗܠܝܢ ܛܢܦܬܐ ܘܥܠܝ ܒܚܙܝܪܐ. ܘܪܗܛ ܗܘ ܒܩܪܐ ܠܫܩܝܦܐ: ܘܢܦܠܘ ܒܝܡܐ ܐܝܟ ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܘܐܬܚܢܩܘ ܒܡܝܐ. 14 ܘܗܢܘܢ ܕܪܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ: ܥܪܩܘ ܘܐܡܪܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܘܐܦ ܒܩܘܪܝܐ. ܘܢܦܩܘ ܠܡܚܙܐ ܡܕܡ ܕܗܘܐ. 15 ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܝܫܘܥ. ܘܚܙܐܘܗܝ ܠܗܘ ܕܫܐܕܐ ܒܗ: ܟܕ ܠܒܝܫ ܘܡܢܟܦ ܘܝܬܒ. ܗܘ ܕܠܓܝܘܢ ܗܘܐ ܒܗ. ܘܕܚܠܘ. 16 ܘܐܫܬܥܝܘ ܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܚܙܘ: ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܠܗܘ ܕܫܐܕܐ ܒܗ. ܘܐܦ ܥܠ ܗܢܘܢ ܚܙܝܪܐ. 17 ܘܫܪܝܘ ܒܥܝܢ ܡܢܗ: ܕܢܐܙܠ ܠܗ ܡܢ ܬܚܘܡܗܘܢ. 18 ܘܟܕ ܣܠܩ ܠܣܦܝܢܬܐ: ܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܗܘ ܕܫܐܕܐ ܗܘܘ ܒܗ ܕܥܡܗ ܢܗܘܐ. 19 ܘܠܐ ܫܒܩܗ. ܐܠܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܙܠ ܠܒܝܬܟ ܠܘܬ ܐܢܫܝܟ: ܘܐܫܬܥܐ ܠܗܘܢ ܡܢܐ ܥܒܕ ܠܟ ܡܪܝܐ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܟ. 20 ܘܐܙܠ ܘܫܪܝ ܡܟܪܙ ܒܥܣܪܐ ܡܕܝܢܢ ܡܢܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܘܟܠܗܘܢ ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ. 21 ܘܟܕ ܥܒܪ ܝܫܘܥ ܒܣܦܝܢܬܐ ܠܗܘ ܥܒܪܐ: ܬܘܒ ܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ

6 Quum vidisset autem Jesum eminus, cucurrit, & adoravit eum:

7 Et exclamavit voce elata, ac dixit; Quid mihi & tibi Jesu Fili Dei excelsi? Adjuro ego te per Deum, ut non torqueas me.

8 (Dixerat enim ei; Exi a filio hominis, spiritus impure.)

9 Et interrogavit eum; Quomodo est nomen tuum? Dixit ei; Legio est nomen nostrum, eo quod multi sumus.

10 Et petebat ab eo valdè ne emitteret se extra illum locum.

11 Erat autem illic ad montem grex magnus porcorum qui pascebat.

12 Et petebant ab eo dæmones illi, & dicebant: Mitte nos in hos porcos ut in eos introeamus

13 Et permisit eis, & egressi sunt spiritus illi impuri, & introiverunt in porcos: & cucurrit grex ille in rupem, & corruit in mare, circiter bis mille, & suffocati sunt *porci* in aquis.

14 Et qui pascebant eos, fugerunt, & dixerunt in civitate, & etiam in pagis: & egressi sunt ad videndum id quod factum fuerat.

15 Veneruntque ad Jesum, & viderunt illum cujus *fuerant* dæmonia, vestitum & sobrium, & sedentem, illum *inquam* in quo fuerat legio, & timuerunt.

16 Et narraverunt eis ii qui viderant, quomodo factum esset ei cujus *erant* dæmonia, & etiam de illis porcis.

17 Et cœperunt petere ab eo ut abiret à limite ipsorum.

18 Et quum ascendisset in navigium, petebat ab eo is cujus *fuerant* dæmonia, ut cum ipso esset.

19 Et non permisit ei, sed dixit ei: Abi domum tuam ad homines tuos, & renuncia eis id quod fecit tibi Dominus: & quòd misertus est tui.

20 Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli id quod fecisset sibi Jesus: & omnes mirabantur.

21 Quumque transivisset Jesus navigio in littus oppositum, rursus congregatæ

gregata fuit ad eum turba multa, quum esset juxta mare.

22 Et venit quidam cujus nomen *erat* Jairus ex Principibus synagogæ: quumque vidisset eum, procidit ad pedes ejus:

23 Et petebat ab eo valdè, & dicebat ei; Filia mea malè affecta est: veni, pone manum tuam super eam, & sanabitur, ac vivet:

24 Et abiit cum eo Jesus; & adhærebat ei turba multa, premebantque eum.

25 (Mulier autem quædam, quæ fuerat in fluxu sanguinis annis duodecim:

26 Quæ multum perpessa fuerat à medicis multis, & insumserat quicquid erat sibi, & nihil fuerat adjuta, sed etiam magis affligebatur.

27 Quum audisset de Jesu, venit in compressione turbæ à tergo ejus, & tetigit vestimentum ejus.

28 Dicebat enim: Si modò vestimentum ejus tetigero, salva ero.

29 Et illicò aruit fons sanguinis ejus, & sensit in corpore suo quòd sanata esset à flagello suo.

30 Jesus autem statim cognovit in seipso quòd à se vis exivisset: & conversus est ad turbam, & ait; Quis tetigit vestimenta mea?

31 Dicunt ei discipuli ejus; Vides turbas quæ opprimunt te, & dicis; Quis tetigit me?

32 Et circumspiciebat ut videret quisnam hoc fecisset.

33 Mulier autem ipsa timens & tremens, quæ sciebat id quod factum esset sibi, veniens procidit ante faciem ejus, & dixit ei omnem veritatem.

34 Ille autem dixit ei; Filia mea, fides tua servavit te: abi in pace, & esto sanata à flagello tuo.)

35 Et, adhuc eo loquente, venerunt ex domesticis Principis synagogæ, & dixerunt; Filia tua mortua est, ad quid igitur fatigas Magistrum?

36 Jesus autem audivit sermonem quem dixerunt: & dixit illi Principi synagogæ,

nagogæ; Ne metuas, solummodò crede.

37 Neque permisit cuiquam ut iret secum, nisi Simoni Cephæ, & Jacobo, ac Johanni fratri Jacobi.

38 Et venerunt isti ædes illius Principis synagogæ, & vidit quòd tumultuarentur, & flerent, & ejularent.

39 Ingressusque est, & dixit eis; Cur tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit.

40 Et deridebant eum. Ipse autem Jesus exire fecit omnes eos, & accepit patrem puellæ & matrem ejus & eos qui secum erant, & intravit illuc ubi jacebat puella.

41 Et apprehendit manum puellæ, & dixit ei: Puella surge.

42 Et illo momento surrexit puella, & ambulabat: erat enim filia annorum duodecim, & admirabantur admiratione magna.

43 Et præcepit eis multùm, ne quis cognosceret illud, dixitque ut darent ei ad comedendum.

CAPUT VI.

1 ET egressus est illinc Jesus, ac venit in civitatem suam, & adhærebant ei discipuli ejus.

2 Quumque esset sabbathum, cœpit docere in synagoga; & multi, qui audierunt, admirati sunt, & dicebant; Unde huic ista: Et quæ est sapientia quæ data est ei, ut virtutes hujusmodi per manus ejus fiant?

3 Nonne erat iste faber, filius Mariæ, & frater Jacobi, & Jose, & Judæ, & Simonis? Et nonne sorores ejus hîc sunt apud nos? Et scandalizabantur in illo.

4 Dixitque eis Jesus; Non est Propheta qui sit parvus, nisi in urbe sua & inter cognatos suos, & domi suæ.

5 Et non poterat facere illic ne unam quidem

[illegible], nisi quod ægrotis paucis imposuit manum suam, & sanavit eos.

6 Et mirabatur ob defectum fidei eorum. Et circuibat per pagos, docens.

7 Et vocavit suos duodecim, cœpitque mittere eos binos: & dedit eis potestatem adversus spiritus impuros, ut ejicerent eos.

8 Et præcepit eis ut non acciperent quicquam ad iter, nisi virgam tantùm: non viatorium saccum, neque panem, neque æs in crumenis suis.

9 Sed calcearent sandalia, neque induerent duas tunicas.

10 Et dixit eis; quamcunque domum ingressi fueritis, illic estote usquedum exiveritis illinc.

11 Et quicumque non receperint vos, neque audiverint vos, quum egrediemini inde, excutite pulverem qui *est* in imis pedibus vestris in testimonium illorum. Et Amen dico vobis, quòd erit tolerabilius Sodomæ & Gomorræ in die judicii quàm urbi illi.

12 Et egressi sunt, & prædicaverunt ut converterent se.

13 Et dæmonia multa ejiciebant: ac ungebant oleo ægrotos multos, & sanabant *eos*.

14 Et audivit Herodes Rex de Jesu (innotuerat enim ei nomen ejus) & dicebat: Johannes Baptista surrexit à mortuis, propterea virtutes fiunt per eum.

15 Alii dicebant; Elias est: & alii; Propheta est sicut unus ex Prophetis.

16 Quum autem audivisset Herodes, dixit; Johannes est, cujus ego amputavi caput: ipse surrexit à mortuis.

17 Ipse enim Herodes miserat, ac apprehenderat Johannem, ac conjecerat in locum vinctorum, propter Herodiadem uxorem fratris sui Philippi quam acceperat.

18 Dicebat

18 ܐܡܪ ܗܘܐ ܓܝܪ ܝܘܚܢܢ ܠܗܪܘܕܣ. ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܟ ܕܬܣܒ ܐܢܬܬܐ ܕܐܚܘܟ. 19 ܗܝ ܕܝܢ ܗܪܘܕܝܐ ܥܩܐ ܗܘܬ ܠܗ. ܘܨܒܝܐ ܗܘܬ ܠܡܩܛܠܗ ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ. 20 ܗܪܘܕܣ ܓܝܪ ܕܚܠ ܗܘܐ ܡܢ ܝܘܚܢܢ. ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܕܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ ܗܘ ܘܩܕܝܫܐ. ܘܢܛܪ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܣܓܝܐܬܐ ܫܡܥ ܗܘܐ ܠܗ ܘܥܒܕ. ܘܒܣܝܡܐܝܬ ܫܡܥ ܗܘܐ ܠܗ ܀ 21 ܘܗܘܐ ܝܘܡܐ ܝܕܝܥܐ: ܟܕ ܗܪܘܕܣ ܒܝܘܡܐ ܕܝܠܕܗ ܚܫܡܝܬܐ ܥܒܕ ܗܘܐ ܠܪܘܪܒܢܘܗܝ ܘܠܟܝܠܝܪܟܐ ܘܠܪܫܢܐ ܕܓܠܝܠܐ: 22 ܘܥܠܬ ܒܪܬܗ ܕܗܪܘܕܝܐ ܪܩܕܬ: ܘܫܦܪܬ ܠܗ ܠܗܪܘܕܣ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܣܡܝܟܝܢ ܥܡܗ ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܠܛܠܝܬܐ. ܫܐܠܝ ܡܢܝ ܡܕܡ ܕܨܒܝܐ ܐܢܬܝ ܘܐܬܠ ܠܟܝ. 23 ܘܝܡܐ ܠܗ ܕܡܕܡ ܕܬܫܐܠܝܢܢܝ ܐܬܠ ܠܟܝ. ܥܕܡܐ ܠܦܠܓܗ ܕܡܠܟܘܬܝ. 24 ܗܝ ܕܝܢ ܢܦܩܬ ܘܐܡܪܐ ܠܐܡܗ. ܡܢܐ ܐܫܐܠܝܘܗܝ. ܐܡܪܐ ܠܗ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ. 25 ܘܡܚܕܐ ܥܠܬ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ: ܘܐܡܪܐ ܠܗ. ܨܒܝܐ ܐܢܐ ܕܗܫܐ ܒܫܥܬܐ ܬܬܠ ܠܝ ܥܠ ܦܝܢܟܐ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ. 26 ܘܟܪܝܬ ܠܗ ܛܒ ܠܡܠܟܐ. ܡܛܠ ܕܝܢ ܡܘܡܬܐ ܘܡܛܠ ܣܡܝܟܐ: ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܕܓܠܝܗ: 27 ܐܠܐ ܡܚܕܐ ܫܕܪ ܡܠܟܐ ܐܣܦܘܩܠܛܪܐ. ܘܦܩܕ ܕܢܝܬܐ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ. ܘܐܙܠ ܦܣܩܗ ܠܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ. 28 ܘܐܝܬܝܗ ܒܦܝܢܟܐ ܘܝܗܒܗ ܠܛܠܝܬܐ. ܘܗܝ ܛܠܝܬܐ ܝܗܒܬܗ ܠܐܡܗ. 29 ܘܫܡܥܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܘܐܬܘ ܫܩܠܘ ܫܠܕܗ ܘܩܒܪܘܗܝ ܒܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܀ 30 ܘܐܬܟܢܫܘ ܫܠܝܚܐ ܠܘܬ ܝܫܘܥ: ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕܘ. ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܐܠܦܘ. 31 ܘܐܡܪ

18 Dixerat enim Johannes Herodi: Non licet tibi ducere uxorem fratris tui.

19 Ipsa autem Herodias impugnabat eum, & volebat interficere eum, nec poterat.

20 Herodes enim timebat Johannem, quia sciebat quod vir esset justus & sanctus, & observabat eum, & multa audiebat ab eo, & faciebat, & libenter audiebat eum.

21 Et factum est certo quodam die, quum Herodes domi nativitatis suæ cœnam fecisset Proceribus suis, & Chiliarchis, & Primoribus Galilææ:

22 Et ingressa filia Herodiadis saltaret, placeretque Herodi & iis qui discumbebant cum eo: & dixit Rex puellæ: Pete à me id quod volueris, & dabo tibi.

23 Et juravit ei; Quicquid petieris à me, dabo tibi, usque ad dimidium regni mei

24 Tunc egressa est, & dixit matri suæ; Quid petam ab eo? Dixit ei; Caput Johannis Baptistæ.

25 Et illico ingressa est cum cupiditate ad Regem, & dixit ei: Volo hac hora ut des mihi in patina caput Johannis Baptistæ.

26 Et tristitia fuit multa Regi: tamen propter juramenta & propter accumbentes noluit fraudare eam.

27 Sed illico misit Rex spiculatorem, & præcepit ut adferret caput Johannis. Et abiit, & amputavit caput Johannis in loco vinctorum.

28 Et attulit in patina, ac dedit puellæ, & ipsa puella dedit matri suæ.

29 Et audiverunt discipuli ejus, & venientes acceperunt cadaver eius, & posuerunt in sepulchro.

30 Et congregati sunt Apostoli ad Jesum, & retulerunt ei quicquid fecissent, & quicquid docuissent.

31 Et

31 Et ait eis: Venite, abeamus in desertum nos soli, & quiescite paululum. Erant enim multi qui abibant & veniebant: nec erat eis opportunitas, ne ad comedendum quidem.

32 Et abierunt in locum desertum navigio ipsi soli.

33 Et viderunt eos multi abeuntes, & agnoverunt eos, & in aridam concurrerunt ex omnibus civitatibus, *&* anteverterunt eum illuc.

34 Et egressus Jesus vidit turbas multas, & misertus est earum, quòd similes essent ovibus quibus non est pastor. Et incipiebat docere eos multa.

35 Quumque esset tempus multum, accesserunt ad eum discipuli ejus, & dixerunt ei; Hic locus desertus est, & tempus multum *est*.

36 Dimitte eos, ut abeant in agros qui circum nos *sunt*, & in pagos, & emant sibi panem: non enim est eis aliquid ad comedendum.

37 Ille autem dixit eis; Date ipsis vos ad edendum. Dicunt ei; Ibimus, *&* ememus ducentorum denariorum panem, & dabimus eis edere?

38 Ille autem dixit eis; Abite, videte quot panes sint vobis hîc. Et quum vidissent, dicunt ei; Quinque panes & duo pisces *sunt nobis*.

39 Et præcepit eis ut discumbere facerent omnes per accubitus super herba.

40 Et discubuerunt per discubitus centeni, & quinquageni.

41 Et accepit quinque illos panes, & duos pisces, & suspexit in cœlum, & benedixit, ac fregit panem, deditque discipulis suis ut apponerent illis: & illos duos pisces partiti sunt omnibus.

42 Et comederunt omnes, & saturati sunt.

43 Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

44 Erant autem qui comederant panem,

ܓܒܪ̈ܝܢ ܚܡܫܐ ܐܠܦܝ̈ܢ. 45 ܘܡܚܕܐ ܐܠܨ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܢܣܩܘܢ ܠܐܠܦܐ: ܘܢܐܙܠܘܢ ܩܕܡܘܗܝ ܠܥܒܪܐ ܠܒܝܬ ܨܝܕܐ: ܥܕ ܗܘ ܫܪܐ ܗܘܐ ܠܟܢܫܐ. 46 ܘܟܕ ܫܪܐ ܐܢܘܢ: ܐܙܠ ܠܛܘܪܐ ܠܡܨܠܝܘ. 47 ܘܟܕ ܗܘܐ ܪܡܫܐ: ܐܠܦܐ ܗܘܬ ܒܡܨܥܬ ܝܡܐ. ܘܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܥܠ ܝܒܫܐ. 48 ܘܚܙܐ ܐܢܘܢ ܕܡܫܬܢܩܝܢ ܟܕ ܡܩܕܦܝܢ. ܡܛܠ ܕܪܘܚܐ ܣܩܘܒܠܝܗܘܢ ܗܘܬ. ܘܒܡܛܪܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܕܠܠܝܐ ܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܡܗܠܟ ܥܠ ܡܝ̈ܐ. ܘܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܥܒܪ ܐܢܘܢ. 49 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܚܙܐܘܗܝ ܕܡܗܠܟ ܥܠ ܡܝ̈ܐ: ܘܣܒܪܘ ܕܚܙܝܐ ܕܓܠܐ ܗܘ. ܘܩܥܘ. 50 ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܚܙܐܘܗܝ ܘܐܬܕܠܚܘ. ܘܡܚܕܐ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܬܠܒܒܘ: ܐܢܐ ܐܢܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ. 51 ܘܣܠܩ ܠܘܬܗܘܢ ܠܐܠܦܐ ܘܫܠܝܬ ܪܘܚܐ. ܘܛܒ ܬܡܝܪܐܝܬ ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܒܢܦܫܗܘܢ. 52 ܠܐ ܓܝܪ ܐܣܬܟܠܘ ܗܘܘ ܒܗܝ ܠܚܡܐ. ܡܛܠ ܕܠܒܗܘܢ ܥܒܝܐ ܗܘܐ. 53 ܘܟܕ ܥܒܪܘ ܠܥܒܪܐ: ܐܬܘ ܠܐܪܥܐ ܕܓܢܣܪ. 54 ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܡܢ ܐܠܦܐ: ܡܚܕܐ ܐܫܬܘܕܥܘܗܝ ܐܢܫܐ ܕܐܬܪܐ. 55 ܘܪܗܛܘ ܒܟܠܗ ܐܬܪܐ ܗܘ. ܘܫܪܝܘ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܠܗܢܘܢ ܕܒܝܫܐܝܬ ܥܒܝܕܝܢ: ܟܕ ܫܩܝܠܝܢ ܠܗܘܢ ܒܥܪ̈ܣܬܐ ܠܐܬܪܐ ܕܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܬܘܗܝ. 56 ܘܐܝܟܐ ܕܥܐܠ ܗܘܐ ܠܩܘܪ̈ܝܐ ܘܠܡܕܝ̈ܢܬܐ: ܒܫܘܩ̈ܐ ܣܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܟܪ̈ܝܗܐ. ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ: ܕܐܦܢ ܠܟܢܦܐ ܕܠܒܘܫܗ ܢܬܩܪܒܘܢ. ܘܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܚܠܝܡܝܢ ܗܘܘ.

nem, quinque millia virorum.

45 Et statim coëgit discipulos suos ut ascenderent in navigium, & abirent ante se in adversum littus Beth-zaidæ, dum ipse dimitteret turbas.

46 Et quum dimisisset eas, abiit in montem ad prandum.

47 Quum autem esset vespera, navigium erat *in* medio maris, & ipse solus in terra.

48 Et vidit eos quòd seipsos vexarent remigantes: ventus enim eis contrarius erat: & custodia quarta noctis venit ad eos Jesus ambulans super aquas, & volebat præterire eos.

49 Illi autem viderunt eum quòd ambularet super aquas, & reputaverunt quòd visio esset falsa, & clamaverunt.

50 Omnes enim viderunt eum, & timuerunt. Et statim loquutus est cum eis, & dixit eis; Bono animo estote, ego sum: ne timeatis.

51 Et ascendit ad eos in navigium, & desiit ventus: & valdè admirabantur, & & stupescebant apud seipsos.

52 Non enim intellexerant ex pane illo, propereà quòd cor eorum crassum erat.

53 Et quum transivissent *ad* oppositum littus, venerunt in terram Genesareth.

54 Et quum egressi essent è navigio, statim cognoverunt eum homines ejus loci.

55 Et cucurrerunt per totam illam regionem, & cœperunt adducere eos qui pessimè affecti erant, ferentes eos in grabbatis eò ubi audiebant quòd ille esset.

56 Et quocunque introibat in pagos & in urbes, in plateis ponebant infirmos, & petebant ab eo ut tantum fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et omnes illi qui tangebant eum, sanabantur.

CAPUT

CAPUT VII.

1 ET congregati sunt ad eum Pharisæi & Legisperiti, qui venerant Hierosolyma.

2 Et viderunt quosdam ex discipulis ejus qui comedebant panem non lavantes manus suas, & conquesti sunt.

3 (Omnes enim Judæi & Pharisæi, nisi diligenter laverint manus suas, non edunt, quia retinent traditionem Seniorum.

4 Etiã foro *venientes* nisi abluant se, non edunt. Et multa alia sunt quæ acceperunt ut observent, *nempe* lotiones poculorum, & lagenarum, & vasorum æneorum, & lectorum)

5 Et interrogaverunt eum Legisperiti & Pharisæi; Quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem Seniorum, sed non lotis manibus suis comedunt panem?

6 Ipse autem dixit eis; Bene de vobis vaticinatus est Esaias Propheta, hypocritæ, sicut scriptum est; Populus iste labiis suis honorat me, cor autem eorum valdè remotum est à me.

7 Et frustra reverentiam exhibent mihi, docentes doctrinas mandatorum hominum.

8 Dereliquistis enim mandatum Dei, & retinetis traditionem hominum, *nempe* lotiones poculorum & lagenarum, & multa quæ his similia sunt.

9 Dixit *etiam* eis; Egregiè rejicitis mandatum Dei, ut stabiliatis traditionem vestram.

10 Moses enim dixit; Honora patrem tuum & matrem tuam; &, is qui maledicit patri aut matri, morte moriatur.

11 Vos autem dicitis; Si dixerit quispiam patri suo aut matri suæ; Oblatione mea quæ est à me lucraberis.

12 Et non sinitis eum ut faciat aliquid patri suo aut matri suæ.

13 Et rejicitis sermonem Dei propter

propter traditionem quam tradidiftis: & fimilia his multa facitis.

14 Et vocavit Jefus turbam univerfam, & ait eis; Audite me, vos omnes, & intelligite.

15 Non eft quicquam quod extra hominem eft, & ingreditur in eum, quod poffit polluere eum: fed id quod egreditur ab eo, id eft quod polluit hominem.

16 Is cui funt aures ut audiat, audiat.

17 Quum autem introiviffet Jefus domum à turba, interrogaverunt eum difcipuli ejus de parabola illa:

18 Dixit eis; fic etiam vos hebetes eftis? Ignoratis quod quicquid extrinfecùs ingreditur in hominem, non poteft polluere eum?

19 Quia in cor ejus non introit, fed in ventrem ejus, & ejicitur in feceffum, qui purgat omnem efcam.

20 Id autem quod egreditur ab homine, illud polluit filium hominis.

21 E medio enim, *hoc eft*, è corde hominum exeunt cogitationes malæ, adulterium, fcortatio, furtum, cædes,

22 Avaritia, malitia, fraus, fœtor, oculus malus, blafphemia, fuperbia, amentia.

23 Hæc omnia mala ab interno exeunt, & polluunt hominem.

24 Inde furrexit Jefus, & venit in confinium Tyri & Sidonis, & ingreffus eft domum quandam, nec volebat ut quifquam hoc fciret, & non potuit latere.

25 Illico enim audivit mulier quædam de eo, cujus filiæ fpiritus erat impurus, & veniens procidit ante pedes ejus:

26 (Illa autem mulier gentilis erat ex Phœnicia Syriæ) & petebat ab eo ut ejiceret dæmonium ex filia fua.

27 Et dixit ei Jefus; Sine prius

prius saturari filios: non enim bonum est accipere panem filiorum & projicere canibus.

28 Ipsa autem respondit, & dixit ei; Imo, Domine mi, etiam canes sub mensa comedunt micas filiorum.

29 Dixit ei Jesus; Abi: propter istum sermonem exiit dæmon à filia tua.

30 Et abiit domum suam, & invenit filiam suam jacentem in lecto: & exiverat ab eo dæmonium ejus.

31 Rursus egressus est Jesus è confinio Tyri & Sidonis, & venit ad mare Galilææ in confinium Decapolis.

32 Et adduxerunt ad eum surdum quendam balbutientem, & petebant ab eo ut poneret super eum manum.

33 Et extraxit eum à turba solum, & injecit digitos suos in aures ejus, & spuit, & tetigit linguam ejus.

34 Et suspexit in cœlum, & ingemuit, dixitque ei; Adaperitor.

35 Et eadem hora adapertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquutus est planè.

36 Et admonuit eos ut hoc nemini dicerent: & quo magis ipse admonebat eos, illi magis prædicabant.

37 Et vehementer mirabantur, & dicebant, Omnia benè facit: surdos facit ut audiant, & qui non loquuntur ut loquantur.

CAPUT VIII.

1 Illis autem diebus, quum turba multa esset, nec esset aliquid quod comederent, advocavit discipulos suos, & dixit eis:

2 Miseret me turbæ hujus, quia ecce tribus diebus manserunt apud me; nec est eis quod comedant.

3 Et si eveniat ut dimittam eos jejunos in domos suas, deficient in

in via: quidam enim ex eis è longinquo venerant.

4 Dicunt ei discipuli ejus; Undenam potest quis hîc in solitudine saturare pane hos omnes?

5 Et interrogavit eos ipse; Quot panes sunt vobis? Dicunt ei; Septem.

6 Et præcepit turbis ut discumberent super terram: & accepit septem illos panes, & benedixit, & fregit, ac dedit discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbis.

7 Et erant pisces pauci, & etiam super eis benedixit: & dixit ut apponerent eos.

8 Et comederunt, & saturati sunt, & sustulerunt reliquias fragmentorum sportas septem.

9 Erant autem hominum, qui comederunt, quasi quatuor millia.

10 Et dimisit eos, & ascendit statim in navigium cum discipulis suis, & venit in locum Dalmanuthæ.

11 Et egressi sunt Pharisæi, & cœperunt disputare cum eo, & petebant ab eo signum è cœlo; tentantes eum.

12 Et ingemuit spiritu suo, & dixit; Quid quærit signum generatio hæc? amen dico vobis quòd non dabitur signum generationi huic.

13 Et reliquit eos, & ascendit in navigium, & abierunt in illud ulterius littus.

14 Et obliti fuerant ut acciperent secum panem; alioqui una placenta erat cum eis in navigio.

15 Et præcepit eis, dixitque eis; Videte, cavete à fermento Pharisæorum & à fermento Herodis.

16 Et disceptabant unus cum altero, ac dicebant; Quia panis non est nobis.

17 Jesus autem id cognovit, & dixit eis; Quid disceptatis vos quòd panis non sit vobis? Non usque nunc intelligitis, & non consideratis? Quousque cor durum erit vobis?

18 Et

18 Et oculi sunt vobis, & non videtis? & aures sunt vobis, & non auditis? neque memores estis?

19 Quum illos quinque panes frangerem quinque millibus quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei; Duodecim.

20 Dixit eis; Et quum septem quatuor millibus, quot sportas fragmentorum plenas sustulistis? Dicunt; Septem.

21 Dicit eis; Quomodo non usque nunc consideratis?

22 Et venit Bethzaidam, & adduxerunt ad eum cæcum, petebantque ab eo ut eum tangeret.

23 Et apprehendit manum cæci, & eduxit eum extra pagum, & spuit in oculos ejus, ac imposuit manum suam, & interrogavit eum quidnam videret.

24 Et aspexit, & ait; Video homines sicut arbores, ambulantes.

25 Iterum posuit manum suam super oculos ejus, & restitutus est, & videbat omnia dilucidè.

26 Et dimisit eum domum suam, & dixit; Neque in pagum istum ingredieris, neque dices cuiquam in pago.

27 Et ingressus est Jesus & discipuli ejus in pagos Cæfareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos in via, ac dicebat eis; Quid dicunt homines de me quòd sim?

28 Illi autem dixerunt; Quod *es* Johannes Baptista: & alii, quod *es* Elia: & alii, unus ex Prophetis.

29 Dicit eis Jesus; Vos autem quid dicitis de me quòd sim? Respondit Simon Cephas, & dixit ei; Tu es Christus filius Dei viventis.

30 Et inhibuit eis ne cui *hoc* dicerent de se.

31 Et incipiebat docere eos quòd futurum esset ut Filius hominis pateretur multum, & ut reprobaretur à Senioribus & à Principibus Sacerdotum & à Legi-

Legisperitis, & occideretur, & tertio die resurgeret.

32 Et apertè eum sermonem loquebatur. Et accepit eum Cephas, & cœpit increpare eum.

33 Ille verò conversus est, & intuitus est discipulos suos, ac reprehendit Simonem, & ait; Abi post me Satana: quia non cogitas quod Dei *est*, sed quod *est* hominum.

34 Et vocavit Jesus turbas cum discipulis suis, & dixit eis: is qui vult venire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & veniat post me.

35 Quicunque enim voluerit servare animam suam, perdet eam: & quicunque perdiderit animam suam propter me & Euangelium meum, servabit eam.

36 Quo enim juvatur homo si mundum universum lucretur, & animæ suæ jacturam faciat?

37 Aut quam dabit homo compensationem animæ suæ?

38 Quemcunque enim puduerit mei, & sermonum meorum in generatione hac peccatrice & adultera, Filium quoque hominis pudebit ejus, quum venerit in gloria Patris sui cum Angelis suis sanctis.

CAPUT IX.

1 ET dicebat eis; Amen dico vobis quòd sunt quidam qui hîc stant, qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei venisse cum potestate.

2 Et post sex dies accepit Jesus Cepham & Jacobum & Johannem, & subduxit eos in montem excelsum seorsim, & transformatus est ante oculos eorum.

3 Et resplendebat vestimentum ejus, candidumque erat valde, sicut nix: sicut homines candidum facere in terra non possunt.

4 Et conspecti sunt illis Moses & Elias loquentes cum Jesu.

5 Et dixit ei Cephas; Domine mi, bonum est nobis ut hic simus, & faciamus tria taber-

tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum.

6 Non autem sciebat quid diceret: erant enim in timore.

7 Et extitit nubes, & obumbrabat eos: & vox facta est è nube, dicens; Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.

8 Et repente, quum aspicerent discipuli, neminem viderunt, nisi Jesum solum secum.

9 Et quum descenderent de monte, præcipiebat eis ut nemini dicerent id quod viderant, nisi postquam resurrexisset Filius hominis à mortuis.

10 Et continuerunt sermonem istum apud sese: & quærebant quisnam esset hic sermo; quum resurrexisset à mortuis.

11 Et interrogabant eum, & dicebant; Quid igitur dicunt Legisperiti, Eliam oportere prius venire?

12 Dixit eis; Elias venturus est prius, ut omnia restituat: & sicut scriptum est de Filio hominis, ut multum patiatur & contemnatur.

13 Sed dico vobis quòd etiam Elias venit, & fecerunt adversus eum quicquid voluerunt, sicut scriptum est de eo.

14 Et quum venisset ad discipulos suos, vidit apud eos turbam multam, & Legisperitos disputantes cum eis.

15 Et illico universa turba viderunt eum, & stupuerunt, & accurrentes salutaverunt eum.

16 Et interrogavit Legisperitos; Quid altercamini cum eis?

17 Et respondit unus è turba, & dixit; Magister, adduxi filium meum ad te, cui est spiritus qui non loquitur.

18 Et quum apprehendit eum, concutit eum, & lacerat, & frendet dentibus suis, & arescit: dixique discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt.

19 Respondit Jesus, & dixit ei; O generatio incredula: usquequo ero vobiscum? & usquequo tolerabo vos? Adducite illum ad me.

20 Et

20 ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܘܬܗ. ܘܡܢ ܕܚܙܬܗ ܪܘܚܐ ܡܚܕܐ ܫܓܫܬܗ. ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܡܬܦܠܒܠ ܗܘܐ ܘܡܪܓܙ. 21 ܘܫܐܠ ܝܫܘܥ ܠܐܒܘܗܝ. ܟܡܐ ܙܒܢܐ ܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܕܗܟܢܐ ܗܘܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܗܐ ܡܢ ܛܠܝܘܬܗ. 22 ܘܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܐܪܡܝܬܗ ܒܢܘܪܐ ܘܒܡܝܐ ܕܬܘܒܕܝܘܗܝ. ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܡܫܟܚ ܐܢܬ ܥܕܪܝܢܝ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝ. 23 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܗܝܡܢܘ: ܟܠ ܡܕܡ ܡܫܟܚ ܕܢܗܘܐ ܠܡܢ ܕܡܗܝܡܢ. 24 ܘܡܚܕܐ ܩܥܐ ܐܒܘܗ ܕܛܠܝܐ ܒܕܡܥܐ ܘܐܡܪ. ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܥܕܪ ܠܚܣܝܪܘܬ ܗܝܡܢܘܬܝ. 25 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܕܪܗܛ ܥܡܐ ܘܡܬܟܢܫ ܠܘܬܗ: ܟܐܐ ܒܪܘܚܐ ܛܢܦܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܪܘܚܐ ܚܪܫܬܐ ܕܠܐ ܡܡܠܠܐ: ܐܢܐ ܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟܝ ܦܘܩܝ ܡܢܗ ܘܬܘܒ ܠܐ ܬܥܠܝܢ ܒܗ. 26 ܘܩܥܬ ܛܒ ܘܐܪܓܙܬܗ ܘܢܦܩܬ. ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܡܝܬܐ. ܐܝܟ ܕܣܓܝܐܐ ܢܐܡܪܘܢ ܕܡܝܬ. 27 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܚܕܗ ܒܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ. 28 ܟܕ ܥܠ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܠܒܝܬܐ: ܫܐܠܘܗܝ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ. ܠܡܢܐ ܚܢܢ ܠܐ ܐܫܟܚܢ ܠܡܦܩܘܬܗ. 29 ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܢܐ ܓܢܣܐ ܒܡܕܡ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܦܩ: ܐܠܐ ܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ. 30 ܘܡܢ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܬܡܢ: ܥܒܪܝܢ ܗܘܘ ܒܓܠܝܠܐ. ܘܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܐܢܫ ܢܕܥ ܒܗ. 31 ܡܠܦ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܡܫܬܠܡ ܒܐܝܕܝ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܩܛܠܝܢ ܠܗ: ܘܡܐ ܕܐܬܩܛܠ ܒܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܢܩܘܡ. 32 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܡܠܬܐ. ܘܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܐܠܘܢܝܗܝ ܀

33 ܘ

20 Et adduxerunt illum ad eum. Quumque vidisset eum spiritus, statim concussit eum, & cecidit super terram, & volvebat se, & lacerabat.

21 Et interrogavit Jesus patrem ejus, quantum ei tempus est ex quo sic fuit. Dixit ei; Ecce a pueritia sua.

22 Et temporibus multis abjecit eum in ignem & aquas, ut perdat eum: sed, quod possis, juva me, & miserere mei.

23 Dixit ei Jesus; Si potes credere, omnis res potest fieri ei qui credit.

24 Et confestim exclamavit pater pueri flens, & dicens; Credo: succurre defectui fidei meæ.

25 Quum vidisset autem Jesus quod accurreret populus & congregaretur ad se, objurgavit illum spiritum impurum, & dixit ei; Spiritus surde, qui non loqueris, ego præcipio tibi, egredere ab eo, & rursus ne ingrediaris in eum.

26 Et clamavit dæmonium illud multum, & contudit eum, & exivit: factusque est tanquam mortuus, adeò ut multi dicerent, quod mortuus esset.

27 Ipse verò Jesus apprehendit eum manu ejus, & erexit eum.

28 Quum ingressus autem esset Jesus domum, interrogaverunt eum discipuli ejus seorsim; Quare nos non potuimus ejicere illum?

29 Dixit eis; Hoc genus ulla re exire non potest, nisi jejunio & oratione.

30 Et quum egressus esset inde, transibant per Galilæam, & nolebat ut quisquam sciret de se.

31 Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis; Filius hominis traditur in manus hominum, & interficient eum, & quum interfectus fuerit, die tertio resurget.

32 Illi autem nesciebant eum sermonem, & timebant interrogare eum.

33 Et

33 Et venerunt Capernaum: & quum intrassent domum, interrogabat eos; Quidnam disputabatis in via inter vos?

34 Ipsi verò silebant: contenderant enim in via unus cum altero, quis maximus esset inter eos.

35 Et sedit Jesus, vocavitque duodecim, & dixit eis; Is qui vult esse primus, erit postremus omnium, & minister omnium.

36 Et accepit puerum unum, & statuit eum in medio, accepitque eum in ulnas suas, & dixit eis:

37 Quisquis excipit *aliquem qui est* sicut hic puer, in nomine meo, me ipse excipit: & is qui me excipit, nequaquam me excipit, sed eum qui me misit.

38 Dixit ei Johannes; Domine mi, vidimus quendam ejicientem dæmonia per nomen tuum, & prohibuimus eum propterea quòd non adhæserit nobis.

39 Dixit eis Jesus; Ne prohibeatis ei; non est enim quisquam qui faciat virtutes per nomen meum, & possit cito dicere adversum me id quod malum *est*.

40 Qui non est igitur contra vos pro vobis est.

41 Quisquis enim bibendum præbuerit vobis poculum aquæ duntaxat eo nomine quòd Christi estis, amen dico vobis quòd non peribit merces ejus.

42 Et quisquis offenderit unum ex istis parvulis qui credunt in me, tolerabilius esset ei si injecta esset mola asinaria ad collum ejus, & projiceretur in mare.

43 Si autem offendiculo est tibi manus tua, abscinde eam: tolerabilius est tibi mutilum ingredi in vitam, quàm, dum sunt tibi ambæ manus, abire in gehennam;

44 Ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.

45 Et, si pes tuus offendiculo est tibi, abscinde eum: tolerabilius est tibi ingredi ad vitam claudum, quàm, dum sunt tibi ambo pedes, ruere in Gehennam:

46 Ubi

[illegible]

46 ܐܝܟܐ ܕܬܘܠܥܝܗܘܢ ܠܐ ܡܝܬܐ ܘܢܘܪܗܘܢ ܠܐ ܕܥܟܐ܂ 47 ܘܐܢ ܥܝܢܟ ܡܟܫܠܐ ܠܟ ܣܡܝܗ̇܂ ܦܩܚ ܗܘ ܠܟ ܕܒܚܕܐ ܥܝܢܐ ܬܥܘܠ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܂ ܐܘ ܕܟܕ ܐܝܬ ܠܟ ܬܪܬܝܢ ܥܝܢܝܢ ܬܦܠ ܒܓܗܢܐ ܕܢܘܪܐ܂ 48 ܐܝܟܐ ܕܬܘܠܥܝܗܘܢ ܠܐ ܡܝܬܐ ܘܢܘܪܗܘܢ ܠܐ ܕܥܟܐ܂ 49 ܟܠ ܓܝܪ ܒܢܘܪܐ ܡܬܡܠܚ܂ ܘܟܠ ܕܒܚܬܐ ܒܡܠܚܐ ܬܬܡܠܚ܂ 50 ܛܒܐ ܗܝ ܡܠܚܐ܂ ܐܢ ܕܝܢ ܡܠܚܐ ܬܦܟܗ ܒܡܢܐ ܬܬܡܠܚ܂ ܢܗܘܐ ܒܟܘܢ ܡܠܚܐ܂ ܘܒܫܝܢܐ ܗܘܘ ܚܕ ܥܡ ܚܕ܂ ܀ ܀ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܝ

1 ܘܩܡ ܡܢ ܬܡܢ܂ ܘܐܬܐ ܠܬܚܘܡܐ ܕܝܗܘܕ ܠܥܒܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ܂ ܘܐܙܠܘ ܠܘܬܗ ܬܡܢ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ܂ ܘܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܬܘܒ ܐܝܟ ܕܡܥܕ ܗܘܐ܂ 2 ܘܩܪܒܘ ܦܪܝܫܐ ܡܢܣܝܢ ܠܗ ܘܡܫܐܠܝܢ܂ ܕܐܢ ܫܠܝܛ ܠܓܒܪܐ ܕܢܫܪܐ ܐܢܬܬܗ܂ 3 ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܡܢܐ ܦܩܕܟܘܢ ܡܘܫܐ܂ 4 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ܂ ܡܘܫܐ ܐܦܣ ܠܢ܂ ܕܢܟܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܢܐ ܘܢܫܪܐ܂ 5 ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܠܘܩܒܠ ܩܫܝܘܬ ܠܒܟܘܢ ܟܬܒ ܠܟܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܗܢܐ܂ 6 ܡܢ ܪܫܝܬܐ ܕܝܢ ܕܟܪܐ ܘܢܩܒܬܐ ܥܒܕ ܐܢܘܢ ܐܠܗܐ܂ 7 ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܫܒܘܩ ܓܒܪܐ ܠܐܒܘܗܝ ܘܠܐܡܗ܂ ܘܢܩܦ ܠܐܢܬܬܗ܂ 8 ܘܢܗܘܘܢ ܬܪܝܗܘܢ ܚܕ ܒܣܪ܂ ܡܟܝܠ ܠܐ ܗܘܘ ܬܪܝܢ܂ ܐܠܐ ܚܕ ܒܣܪ܂ 9 ܡܕܡ ܕܐܠܗܐ ܙܘܓ܂ ܒܪܢܫܐ ܠܐ ܢܦܪܘܫ܂ 10 ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ ܬܘܒ ܫܐܠܘܗܝ ܒܒܝܬܐ ܥܠ ܗܕܐ܂ 11 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܟܠ ܡܢ ܕܢܫܪܐ ܐܢܬܬܗ ܘܢܣܒ ܐܚܪܬܐ ܓܐܪ܂

12 ܘܐ

46 Ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.

47 Et, si oculus tuus offendiculo est tibi, erue eum: tolerabilius est tibi uno oculo ingredi in regnum Dei, quàm, dum sunt tibi duo oculi, ruere in gehennam ignis:

48 Ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.

49 Omnis enim *res* igne salietur, & omnis victima sale salietur.

50 Bonus est sal: si autem sal infatuatus fuerit, quonam salietur? Sit in vobis sal, & in tranquillitate sitis unus cum altero.

CAPUT X.

1 ET surrexit inde, & venit in confinium Judææ, in adversam ripam Jordanis: & venerunt illuc ad eum turbæ multæ; docebatque eos rursum sicut consuetus erat.

2 Et accesserunt Pharisæi tentantes eum, & interrogantes, num liceret viro dimittere uxorem suam?

3 Dixit eis; Quid præcepit vobis Moses?

4 Ipsi autem dixerunt; Moses permisit nobis scribere libellum repudii, & dimittere.

5 Respondit Jesus, & dixit eis; propter duritiem cordis vestri scripsit vobis mandatum istud.

6 A principio autem masculum & fœminam fecit eos Deus.

7 Propter hoc deseret vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ.

8 Eruntque ambo una caro. Igitur non sunt duo, sed una caro.

9 Quod itaque Deus conjunxit, homo ne separet.

10 Et interrogaverunt eum rursus discipuli ejus domi super hoc.

11 Et dixit eis; Quisquis reliquerit uxorem suam, & acceperit aliam, adulterium committit.

12 Et

12 Et si mulier reliquerit maritum suum, & facta fuerit alterius, committit adulterium.

13 Et offerebant ei infantulos, ut tangeret eos: discipuli autem ejus reprimebant eos qui offerebant illos.

14 Jesus autem quum vidisset, indignatus est, & dixit eis; Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibeatis eos: illorum enim, qui sicut isti sunt, est regnum Dei.

15 Amen dico vobis, quod quisquis non acceperit regnum Dei sicut parvulus, non ingredietur in illud.

16 Et sustulit eos in ulnas suas, & posuit manum suam super eos, & benedixit eis.

17 Et quum iter faceret, accurrit quidam, procidit super genua sua, & petebat ab eo, & dixit; Præceptor bone, quid faciam ut hæres sim vitæ æternæ?

18 Dixit ei Jesus; Quid voces me bonum? non est bonus, nisi unus Deus.

19 Mandata nosti; Non adulterium committas; Ne fureris; Ne occidas, & ne proferas testimonium falsum; Ne inique agas; Honora patrem tuum & matrem tuam.

20 Ille autem respondit, & dixit ei; Præceptor, hæc omnia custodivi à pueritia mea.

21 Jesus autem intuitus est eum, & dilexit eum, & dixit ei; Unum deest tibi: Abi, vende quicquid est tibi, & da pauperibus; & erit tibi thesaurus in cœlo: & accipe crucem tuam, & veni post me.

22 Ille verò mœstus factus est hoc sermone, & abiit afflictus: erant enim ei divitiæ multæ.

23 Intuitus est autem Jesus discipulos suos, & dixit eis; Quàm difficile est illis, quibus sunt divitiæ, ingredi in regnum Dei!

24 Discipuli autem mirabantur sermones ipsius. Et respondit rursus Jesus, & dixit eis; Filii mei, quàm difficile est eis

eis, qui confidunt in divitiis suis, ingredi in regnum Dei!

25 Facilius est camelo ingredi per foramen acus, quàm divitem ingredi in regnum Dei.

26 Illi verò amplius admirabantur, & dicebant inter sese; Quis potest salvus esse?

27 Intuitus est autem eos Jesus, & dixit eis; Apud homines hoc non est possibile, sed apud Deum: cuncta enim possibilia sunt apud Deum.

28 Et cœpit Cephas dicere; Ecce, nos reliquimus omnia, & adhæsimus tibi.

29 Respondit Jesus, & dixit; Amen dico vobis; Nemo est qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros propter me, & propter Euangelium meum:

30 Quin accipiat pro uno centum; nunc tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, cum persequutionibus, & in seculo venturo vitam quæ est in æternum.

31 Multi autem primi *sunt*, qui erunt postremi; & postremi, primi.

32 Quum ascenderent autem in via Hierosolymam; Jesus ipse antecedebat eos; & mirabantur, & ibant post eum timentes. Et accepit duodecim suos, & cœpit dicere eis id quod futurum *erat* evenire sibi.

33 Quia ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum & Legisperitis: & condemnabunt eum ad mortem, & tradent eum Gentibus.

34 Et illudent eum, & flagellabunt eum, & conspuent in faciem ejus, & occident eum; & die tertio resurget.

35 Et accesserunt ad eum Jacobus & Johannes filii Zebedæi, & dixerunt ei; Præceptor, volumus ut quicquid petierimus facias nobis.

36 Dixit

36 Dixit eis; Quid cupitis ut faciam vobis?

37 Dixerunt ei; Da nobis ut unus sedeat à dextra tua, & alter à sinistra tua in gloria tua.

38 Ipse autem dixit eis; Nescitis quid petatis: potestis vos bibere poculum quod ego bibo, & baptismo quo ego baptizor, baptizari?

39 Dicunt ei; Possumus. Dixit eis Jesus; Poculum quod ego bibo, bibetis; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini:

40 Ut autem sedeatis à dextra mea & à sinistra mea, non est meum dare, nisi illis quibus paratum est.

41 Et quum audivissent decem, cœperunt murmurare adversus Jacobum & Johannem.

42 Et vocavit eos Jesus, & dixit eis; Scitis quod ii qui reputantur Principes Gentium, Domini earum sint, & Magnates earum dominentur super eas.

43 Non autem sic erit inter vos: sed qui vult inter vos fieri magnus, erit vobis minister.

44 Et qui ex vobis vult esse primus, erit servus omnium.

45 Et enim Filius quoque hominis non venit ut ministraretur *sibi*, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

46 Et venerunt Jericho. Et quum egressus esset Jesus Jericho, ipse & discipuli ejus, & turba multa, Timæus filius Timæi, cæcus, sedebat juxta viam, & mendicabat.

47 Et audivit quòd Jesus Nazarenus esset, & cœpit clamare, & dicere; Fili David, miserere mei.

48 Et reprimebant eum multi ut sileret: ille autem magis clamabat, & dicebat; Fili David, miserere mei.

49 Et stetit Jesus, & præcepit ut vocarent eum. Et vocarunt cæcum, & dixerunt ei; Bono sis animo: surge vocat te.

50 Ipse

50 ܗܘ ܕܝܢ ܣܡܝܐ ܫܕܐ ܠܬܟܣܝܬܗ : ܘܩܡ ܐܬܐ ܠܘܬ ܝܫܘܥ. 51 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܡܢܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܐܥܒܕ ܠܟ. ܗܘ ܕܝܢ ܣܡܝܐ ܐܡܪ ܠܗ. ܪܒܝ ܕܐܚܙܐ. 52 ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗ. ܚܙܝ. ܗܝܡܢܘܬܟ ܐܚܝܬܟ. ܘܡܚܕܐ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܒܐܘܪܚܐ ⁘ ⁘ ⁘

50 Ipse autem cæcus abjecit vestimentum suum: & surrexit, & venit ad Jesum.
51 Dixit ei Jesus; Quid vis ut faciam tibi? Ipse autem cæcus dixit ei; Domine mi, ut videam.
52 Et Jesus dixit ei; Videto: fides tua servavit te. Et statim visum recepit: & ambulabat per viam.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܐ

CAPUT XI.

1 ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܐܘܪܫܠܡ : ܠܘܬ ܒܝܬ ܦܐܓܐ ܘܒܝܬ ܥܢܝܐ. ܠܘܬ ܛܘܪܐ ܕܒܝܬ ܙܝܬܐ : ܫܕܪ ܬܪܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 2 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܙܠܘ ܠܩܪܝܬܐ ܗܝ ܕܠܘܩܒܠܢ. ܘܡܚܕܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ : ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܝܠܐ ܕܐܣܝܪ. ܕܐܢܫ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܠܐ ܪܟܒܗ. ܫܪܘ ܐܝܬܘܗܝ. 3 ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܠܟܘܢ ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܕܐ. ܐܡܪܘ ܠܗ ܕܠܡܪܢ ܡܬܒܥܐ. ܘܡܚܕܐ ܡܫܕܪ ܠܗ ܠܟܐ. 4 ܘܐܙܠܘ ܐܫܟܚܘ ܥܝܠܐ ܕܐܣܝܪ ܥܠ ܬܪܥܐ ܠܒܪ ܒܫܘܩܐ. ܘܟܕ ܫܪܝܢ ܗܘܘ. 5 ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ. ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܫܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܝܠܐ. 6 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܐܢܘܢ ܝܫܘܥ. ܘܫܒܩܘ ܐܢܘܢ. 7 ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܥܝܠܐ ܠܘܬ ܝܫܘܥ. ܘܐܪܡܝܘ ܥܠܘܗܝ ܢܚܬܝܗܘܢ : ܘܪܟܒ ܥܠܘܗܝ ܝܫܘܥ. 8 ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܡܫܘܝܢ ܗܘܘ ܢܚܬܝܗܘܢ ܒܐܘܪܚܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܦܣܩܝܢ ܗܘܘ ܣܘܟܐ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܘܡܫܘܝܢ ܒܐܘܪܚܐ. 9 ܘܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡܘܗܝ ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܬܪܗ : ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ. ܐܘܫܥܢܐ. ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܐܬܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ. 10 ܘܡܒܪܟܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܝܐ ܕܐܒܘܢ ܕܘܝܕ. ܐܘܫܥܢܐ ܒܡܪܘܡܐ. 11 ܘܥܠ

1 Et quum appropinquaret Hierosolymam juxta Bethphagen & Bethaniam ad montem Olivarum, misit duos ex discipulis suis.
2 Et dixit eis; Ite in pagum illum qui est nobis è regione: & statim, quum ingrediemini in eum, invenietis pullum alligatum, cui nemo hominum insedit, solvite, adducite eum.
3 Et si quis dixerit vobis; quid facitis hoc? Dicite ei; Quia pro Domino nostro petitur. & huc statim mittet eum.
4 Et abeuntes invenerunt pullum vinctum ad januam foris in platea. Et quum solverent,
5 Quidam ex eis qui adstabant dixerunt eis; Quid facitis quòd solvitis pullum?
6 Ipsi verò dixerunt eis sicut mandaverat eis Jesus: & dimiserunt eos.
7 Et adduxerunt pullum ad Jesum, & injecerunt super eum vestimenta sua, & sedit in eo Jesus.
8 Multi autem ponebant vestimenta sua in via: & alii cædebant ramos ex arboribus, & ponebant in via.
9 Et qui ante eum & qui post eum erant clamabant, & dicebant; Hosanna, benedictus est qui venit in nomine Domini.
10 Et benedictum sit regnum veniens patris nostri David: Hosanna in excelsis.
11 Et

11 Et ingressus est Jesus Hierosolymam in templum, & circumspexit omnia. Quum esset autem tempus vespertinum, egressus est ad Bethaniam cum duodecim.

12 Et die postero, quum egrederetur è Bethania, esuriit.

13 Et vidit ficum unam è longinquo, in qua erant folia, & venit ad eam, num inveniret in ea aliquid: & quum venisset, non invenit in ea nisi folia: non enim erat tempus ficuum.

14 Et dixit illi; Deinceps & in perpetuum nemo ex te fructus comedat. Et audiverunt discipuli ejus, & venerunt Hierosolymam.

15 Ac ingressus est Jesus templum Dei, & cœpit ejicere eos qui emebant & vendebant in templo: & evertit mensas numulariorum, & cathedras eorum qui vendebant columbas.

16 Neque sinebat ut quisquam transferret vasa per templum.

17 Et docebat, & dicebat eis; Nonne scriptum est; Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem fecistis eam speluncam latronum.

18 Et audiverunt Principes Sacerdotum & Legisperiti, & quærebant quomodo perderent eum: timebant enim ab eo, quia universus populus mirabantur doctrinam ejus.

19 Et quum vespera esset, egressi sunt extra urbem.

20 Et manè, quum transirent, viderunt ficum illam aridam à radice sua.

21 Et recordatus est Simon, & dixit ei; Domine mi; Ecce ficus illa, quam exsecratus es, aruit.

22 Et respondit Jesus & dixit eis; Sit in vobis fides Dei.

23 Amen dico vobis, quòd is qui dixerit monti huic; Tolle te, & cade in mare, nec hæsitaverit in corde suo, sed crediderit quòd fiet id quod dixit, fiet ei quicquid dixerit.

24 Propter

24 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܡܨܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܫܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܗܝܡܢܘ ܕܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܢܗܘܐ ܠܟܘܢ. 25 ܘܡܐ ܕܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܨܠܝܘ܆ ܫܒܘܩܘ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ ܥܠ ܐܢܫ. ܕܐܦ ܐܒܘܟܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܢܫܒܘܩ ܠܟܘܢ ܣܟܠܘܬܟܘܢ. 26 ܐܢ ܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܫܒܩܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܐܦܠܐ ܐܒܘܟܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܢܫܒܘܩ ܠܟܘܢ ܣܟܠܘܬܟܘܢ. 27 ܘܐܬܘ ܬܘܒ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܟܕ ܡܗܠܟ ܗܘܐ ܒܗܝܟܠܐ܆ ܐܬܘ ܠܘܬܗ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܘܩܫܝܫܐ. 28 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܒܐܝܢܐ ܫܘܠܛܢܐ ܗܠܝܢ ܥܒܕ ܐܢܬ. ܘܡܢܘ ܝܗܒ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ ܕܗܠܝܢ ܬܥܒܕ܆ 29 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܫܐܠܟܘܢ ܐܦ ܐܢܐ ܡܠܬܐ ܚܕܐ ܕܬܐܡܪܘܢ ܠܝ. ܘܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܐܝܢܐ ܫܘܠܛܢܐ ܗܠܝܢ ܥܒܕ ܐܢܐ. 30 ܡܥܡܘܕܝܬܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܢ ܐܝܟܐ ܗܝ. ܡܢ ܫܡܝܐ ܐܘ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܐܡܪܘ ܠܝ. 31 ܘܐܬܚܫܒܘ ܒܢܦܫܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ܆ ܐܢ ܢܐܡܪ ܠܗ ܕܡܢ ܫܡܝܐ܆ ܐܡܪ ܠܢ ܘܡܛܠܡܢܐ ܠܐ ܗܝܡܢܬܘܢܝܗܝ. 32 ܘܐܢ ܢܐܡܪ ܕܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ܆ ܕܚܠܬܐ ܗܝ ܡܢ ܥܡܐ. ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܝܘܚܢܢ܆ ܕܫܪܝܪܐܝܬ ܢܒܝܐ ܗܘ. 33 ܘܥܢܘ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܠܝܫܘܥ. ܠܐ ܝܕܥܝܢܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܘܐܦ ܠܐ ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܐܝܢܐ ܫܘܠܛܢܐ ܗܠܝܢ ܥܒܕ ܐܢܐ ✣ ✣ ✣ ✣

24 Propter hoc dico vobis, quòd quicquid oratis & petitis, credite quòd accipitis: & fiet vobis.

25 Et quum ſtatis ad orandum, remittite id quod eſt vobis adverſus aliquem; ut etiam Pater veſter, qui *eſt* in cœlo, remittat vobis delicta veſtra.

26 Si verò vos non remittitis, etiam Pater veſter, qui *eſt* in cœlo, non remittet vobis delicta veſtra.

27 Et venerunt rurſus Hieroſolymam, & quum ambularet in templo, venerunt ad eum Principes Sacerdotum, & Scribæ & Seniores.

28 Et dicunt ei; Qua poteſtate hæc facis? & quiſnam dedit tibi poteſtatem hanc, ut hæc facias?

29 Ipſe autem Jeſus dixit eis; Interrogabo ego vos quoque verbum unum, ut dicatis mihi; & ego dicam vobis qua poteſtate hæc facio.

30 Baptiſmus Johannis undenam eſt? E cœlo, aut ex hominibus? Dicite mihi.

31 Et ratiocinabantur in ſeipſis, & dicebant; Si dixerimus ei, quod eſt è cœlo, dicet nobis; Et quare non credidiſtis ei?

32 Et ſi dixerimus: Ex hominibus, eſt à populo timor: omnes enim habebant Johannem pro vero Propheta.

33 Et reſponderunt & dixerunt Jeſu; Neſcimus. Dixit eis; Nec ego quoque dico vobis, qua poteſtate hæc facio.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܒ

CAPUT XII.

1 ܘܫܪܝ ܕܢܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܒܡܬܠܐ. ܓܒܪܐ ܚܕ ܢܨܒ ܟܪܡܐ. ܘܐܚܕܗ ܣܝܓܐ. ܘܚܦܪ ܒܗ ܡܥܨܪܬܐ. ܘܒܢܐ ܒܗ ܡܓܕܠܐ ܘܐܘܚܕܗ ܠܦܠܚܐ ܘܐܙܠ.

1 ET cœpit loqui cum eis per parabolas. Vir quidam plantavit vineam, & circumdedit eam ſepimento, & fodit in ea torcular, & exſtruxit in ea turrim, & poſſidendam eam tradidit agricolis, & peregre profectus eſt.

2 Et misit ad agricolas servum suum tempore, ut de fructibus vineæ acciperet.

3 Illi autem percusserunt eum, & dimiserunt eum vacuum.

4 Et misit rursus ad eos servum alium, & etiam illum lapidaverunt, & contuderunt eum, & remiserunt eum cum ignominia.

5 Et misit rursus alium, & etiam illum occiderunt: & multos servos alios misit, & *aliquos* ex eis percusserunt, *aliquos* autem ex eis occiderunt.

6 Tandem autem unus filius dilectus erat ei, & misit eum ad illos postremò: dicebat enim; Jam reverebuntur filium meum.

7 Illi verò agricolæ dixerunt apud seipsos: Hic est hæres: venite, occidamus eum, & erit nostra hæreditas.

8 Et accipientes occiderunt eum, & ejecerunt eum extra vineam.

9 Quid igitur faciet dominus vineæ? Veniens perdet illos agricolas, & dabit vineam aliis.

10 Atque etiam non legistis Scripturam hanc? Lapis quem reprobaverunt ædificantes, factus est in caput anguli:

11 A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?

12 Et quærebant prehendere eum, ac timebant populum: norant enim quod adversus ipsos dixisset parabolam hanc, & reliquerunt eum, & abierunt.

13 Et miserunt ad eum quosdam ex Scribis, & ex domesticis Herodis, ut illaquearent eum in sermone.

14 Illi autem venerunt, & interrogaverunt eum; Magister, scimus quòd verax es, neque suscipis curam cujusquam: non enim respicis vultus hominum; sed in veritate viam Dei doces. Licet dare argentum capitationis Cæsari, aut non? Dabimus, aut non dabimus?

15 Ipse autem novit dolum eorum, & dixit eis; Quid tentatis me? Afferte mihi denarium, *ut* videam.

16 Et attulerunt ei: *&* dixit eis: Cujus est imago hæc, & inscriptio? Illi autem dixe-

2 ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܦܠܚܐ ܥܒܕܗ ܒܙܒܢܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܦܐܪܐ ܕܟܪܡܐ܂ 3 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܚܐܘܗܝ ܘܫܕܪܘܗܝ ܣܦܝܩܐܝܬ܂ 4 ܘܫܕܪ ܬܘܒ ܠܘܬܗܘܢ ܥܒܕܐ ܐܚܪܢܐ܂ ܘܐܦ ܠܗܘ ܪܓܡܘܗܝ ܘܦܨܥܘܗܝ ܘܫܕܪܘܗܝ ܒܨܥܪܐ܂ 5 ܘܫܕܪ ܬܘܒ ܐܚܪܢܐ܂ ܘܐܦ ܠܗܘ ܩܛܠܘܗܝ܂ ܘܠܥܒܕܐ ܣܓܝܐܐ ܐܚܪܢܐ ܫܕܪ܂ ܘܡܢܗܘܢ ܡܚܘ ܘܡܢܗܘܢ ܕܝܢ ܩܛܠܘ܂ 6 ܠܚܪܬܐ ܕܝܢ ܚܕ ܒܪܐ ܚܒܝܒܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ܂ ܘܫܕܪܗ ܠܘܬܗܘܢ ܐܚܪܝܐ܂ ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܢܒܟܦܘܢ ܡܢ ܒܪܝ܂ 7 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܦܠܚܐ ܐܡܪܘ ܒܝܢܝܗܘܢ܂ ܗܢܘ ܝܪܬܐ ܬܘ ܢܩܛܠܝܘܗܝ ܘܕܝܠܢ ܬܗܘܐ ܝܪܬܘܬܐ܂ 8 ܘܢܣܒܘܗܝ ܩܛܠܘܗܝ ܘܐܦܩܘܗܝ ܠܒܪ ܡܢ ܟܪܡܐ܂ 9 ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܢܥܒܕ ܡܪܐ ܟܪܡܐ܂ ܢܐܬܐ ܢܘܒܕ ܠܗܢܘܢ ܦܠܚܐ܂ ܘܢܬܠܝܘܗܝ ܠܟܪܡܐ ܠܐܚܪܢܐ܂ 10 ܘܐܦܠܐ ܗܕܐ ܟܬܒܐ ܩܪܝܬܘܢ܂ ܕܟܐܦܐ ܕܐܣܠܝܘܗ ܒܢܝܐ܂ ܗܝ ܗܘܬ ܠܪܫܐ ܕܩܪܢܬܐ܂ 11 ܡܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܗܘܬ ܗܕܐ܂ ܘܐܝܬܝܗ ܬܕܡܘܪܬܐ ܒܥܝܢܝܢ܂ 12 ܘܒܥܘ ܗܘܘ ܠܡܐܚܕܗ ܘܕܚܠܘ ܡܢ ܟܢܫܐ܂ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܥܠܝܗܘܢ ܐܡܪ ܡܬܠܐ ܗܢܐ܂ ܘܫܒܩܘܗܝ ܘܐܙܠܘ܂ 13 ܘܫܕܪܘ ܠܘܬܗ ܐܢܫܐ ܡܢ ܣܦܪܐ ܘܡܢ ܒܝܬ ܗܪܘܕܣ܂ ܕܢܨܘܕܘܢܗ ܒܡܠܬܐ܂ 14 ܘܐܬܘ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܘܫܐܠܘܗܝ܂ ܡܠܦܢܐ ܝܕܥܝܢܢ ܕܫܪܝܪ ܐܢܬ܂ ܘܠܐ ܡܨܦܐ ܠܟ ܡܕܡ ܕܐܢܫ܂ ܠܐ ܓܝܪ ܢܣܒ ܐܢܬ ܒܐܦܐ ܕܒܢܝܢܫܐ܂ ܐܠܐ ܒܩܘܫܬܐ ܐܘܪܚܗ ܕܐܠܗܐ ܡܠܦ ܐܢܬ܂ ܫܠܝܛ ܠܡܬܠ ܟܣܦ ܪܫܐ ܠܩܣܪ܂ ܐܘ ܠܐ܂ ܢܬܠ ܐܘ ܠܐ ܢܬܠ܂ 15 ܗܘ ܕܝܢ ܝܕܥ ܢܟܠܗܘܢ܂ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܡܢܐ ܡܢܣܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ܂ ܐܝܬܘ ܠܝ ܕܝܢܪܐ ܐܚܙܐ܂ 16 ܘܐܝܬܝܘ ܠܗ܂ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܕܡܢ ܗܝ ܨܠܡܐ ܗܢܐ ܘܟܬܒܐ ܗܢܐ܂ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ

ܕܩܣܪ

ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܕܩܣܪ. 17 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ.
ܕܩܣܪ ܗܒܘ ܠܩܣܪ ܘܕܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܐܬܕܡܪܘ
ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ✤ 18 ܘܐܬܘ ܙܕܘܩܝܐ ܠܘܬܗ.
ܗܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܩܝܡܬܐ ܠܐ ܗܘܝܐ. ܘܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ
ܠܗ ܘܐܡܪܝܢ. 19 ܡܠܦܢܐ: ܡܘܫܐ ܟܬܒ
ܠܢ: ܕܐܢ ܢܡܘܬ ܐܚܘܗܝ ܕܐܢܫ ܘܢܫܒܘܩ ܐܢܬܬܐ
ܘܒܢܝܐ ܠܐ ܢܫܒܘܩ. ܢܣܒ ܐܚܘܗܝ ܐܢܬܬܗ ܘܢܩܝܡ
ܙܪܥܐ ܠܐܚܘܗܝ. 20 ܫܒܥܐ ܐܚܝܢ ܗܘܘ.
ܩܕܡܝܐ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܘܡܝܬ ܘܠܐ ܫܒܩ ܙܪܥܐ.
21 ܘܕܬܪܝܢ ܢܣܒܗ. ܘܡܝܬ ܟܕ ܐܦ ܠܐ ܗܘ
ܫܒܩ ܙܪܥܐ. ܘܕܬܠܬܐ ܗܟܘܬ. 22 ܘܫܒܥܬܝܗܘܢ
ܢܣܒܘܗ ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܙܪܥܐ. ܐܚܪܝܬ ܕܟܠܗܘܢ ܡܝܬܬ
ܐܦ ܗܝ ܐܢܬܬܐ. 23 ܒܩܝܡܬܐ ܗܟܝܠ ܕܐܝܢܐ
ܡܢܗܘܢ ܬܗܘܐ ܐܢܬܬܐ. ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܫܒܥܬܝܗܘܢ
ܢܣܒܘܗ. 24 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܠܐ ܗܘܐ
ܡܛܠ ܗܕܐ ܛܥܝܬܘܢ: ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܬܒܐ
ܘܠܐ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ: 25 ܟܕ ܓܝܪ ܢܩܘܡܘܢ ܡܢ
ܡܝܬܐ ܠܐ ܢܣܒܝܢ ܢܫܐ. ܐܦ ܠܐ ܢܫܐ ܗܘܝ
ܠܓܒܪܐ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܕܒܫܡܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ.
26 ܥܠ ܡܝܬܐ ܕܝܢ ܕܩܝܡܝܢ: ܠܐ ܩܪܝܬܘܢ
ܒܟܬܒܐ ܕܡܘܫܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܣܢܝܐ ܐܡܪ ܠܗ
ܐܠܗܐ: ܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܐܠܗܗ
ܕܐܝܣܚܩ ܘܐܠܗܗ ܕܝܥܩܘܒ. 27 ܘܠܐ ܗܘܐ
ܐܠܗܐ ܕܡܝܬܐ ܐܠܐ ܕܚܝܐ. ܐܢܬܘܢ ܗܟܝܠ ܣܓܝ
ܛܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ✤ 28 ܘܩܪܒ ܚܕ ܡܢ ܣܦܪܐ
ܘܫܡܥ ܐܢܘܢ ܕܕܪܫܝܢ ܘܚܙܐ ܕܫܦܝܪ ܐܦܢܝ ܠܗܘܢ
ܦܬܓܡܐ. ܘܫܐܠܗ. ܐܝܕܐ ܗܝ ܦܘܩܕܢܐ
ܩܕܡܝܬܐ ܕܟܠܗܘܢ. 29 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܩܕܡܝܬ
ܕܟܠܗܘܢ ܦܘܩܕܢܐ. ܫܡܥ ܐܝܣܪܝܠ. ܡܪܝܐ
ܐܠܗܢ ܡܪܝܐ ܚܕ ܗܘ.

dixerunt; Cæsaris.

17 Dixit eis Jesus; Quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari date; & *quæ* Dei, Deo. Et admirati sunt super eo.

18 Et venerunt Zadducæi ad eum, qui dicunt quòd resurrectio non sit: & interrogabant eum, & dicebant:

19 Præceptor, Moses scripsit nobis; Quod si moriatur frater alicujus, & relinquat uxorem, & filios non relinquat, accipiat frater ejus uxorem ejus, & exsuscitet semen fratri suo.

20 Septem fratres erant: primus duxit uxorem, & mortuus est, & non reliquit semen.

21 Et secundus duxit eam, & mortuus est, quum etiam ipse non reliquisset semen: & tertius similiter.

22 Et septem illi acceperunt eam, neque reliquerunt semen. Ultima omnium mortua est etiam ipsa mulier.

23 In resurrectione ergo cujus ex eis erit uxor? Ipsi enim septem acceperunt eam.

24 Dixit eis Jesus; Nonne propterea erratis vos, quòd non sciatis Scripturas, neque virtutem Dei?

25 Quum enim surrexerint à mortuis, non accipiunt uxores, neque uxores etiam sunt viris; sed sicut Angeli qui sunt in cœlo ipsi sunt.

26 De mortuis verò quòd resurgant, nonne legistis in libro Mosis, quomodo è rubo dixerit ei Deus; Ego sum Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Jacobi?

27 Neque est Deus mortuorum, sed viventium. Vos igitur multùm erratis.

28 Et accessit quidam ex Scribis, & audivit eos quòd disputarent, & vidit quòd benè reddidisset eis responsum: & interrogavit eum; Quodnam est mandatum primum omnium?

29 Dixit ei Jesus; Primum ex omnibus mandatis *est*; Audi Israel; Dominus Deus noster Dominus unus est,

30 Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex tota virtute tua. Hoc est mandatum primum.

31 Et secundum quod simile est ei; Diliges proximum tuum sicut teipsum. Mandatum aliud quod majus sit istis non est.

32 Dixit ei ille Scriba; Pulchrè, Domine mi, & veritatem dixisti, quod unus est *Deus*, & non alius præter eum.

33 Et quòd diliget eum homo ex toto corde, & ex tota cogitatione, & ex tota anima, & ex tota virtute; & quod diliget proximum suum sicut seipsum, majus sit quàm omnia holocausta & victimæ.

34 Jesus autem vidit eum quòd sapienter redderet responsum: & respondit, & dixit ei; Non es procul à regno Dei. Et nemo ausus est rursus interrogare eum.

35 Et respondit Jesus, & dixit docens in templo; Quomodo dicunt Scribæ, quòd Christus sit Filius Davidis?

36 Ipse enim David dixit per Spiritum sanctum; Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextra mea usquedum posuero inimicos tuos scabellum sub pedibus tuis.

37 Ipse igitur David vocat eum Dominum meum: & quomodo Filius ejus est? Et universa turba audiebat eum libenter.

38 Et in doctrina sua dicebat eis; Cavete à Scribis, qui affectant in stolis ambulare, & amant salutatioem in plateis;

39 Et primos consessus in synagogis, & primos accubitus in cœnis.

40 Qui comedunt domos viduarum, ea occasione quòd prolixas faciant precationes suas: ipsi accipient judicium majus.

41 Et quum sederet Jesus è regione gazophylacii, spectabat quomodo turbæ injicerent nummos in gazophylacium; & multi divites injiciebant multum.

42 Et

42 ܘܐܬܬ ܐܪܡܠܬܐ ܚܕܐ ܡܣܟܢܬܐ ܘܐܪܡܝܬ ܬܪܬܝܢ ܡܢܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܫܡܘܢܐ܂ 43 ܘܩܪܐ ܝܫܘܥ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܕܗܕܐ ܐܪܡܠܬܐ ܡܣܟܢܬܐ ܐܪܡܝܬ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܪܡܝܢ ܒܝܬ ܓܙܐ܂ 44 ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܡܢ ܡܕܡ ܕܐܝܬܪ ܠܗܘܢ ܐܪܡܝܘ܂ ܗܕܐ ܕܝܢ ܡܢ ܒܨܝܪܘܬܗ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܐܪܡܝܬܗ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗ܂

ܩܦܠܐܘܢ ܝܓ

1 ܘܟܕ ܢܦܩ ܝܫܘܥ ܡܢ ܗܝܟܠܐ܂ ܐܡܪ ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ܂ ܡܠܦܢܐ܂ ܚܙܝ ܐܝܠܝܢ ܟܐܦܐ ܘܐܝܠܝܢ ܒܢܝܢܐ܂ 2 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ܂ ܚܙܐ ܐܢܬ ܗܠܝܢ ܒܢܝܢܐ ܪܘܪܒܐ܂ ܠܐ ܡܫܬܒܩܐ ܗܪܟܐ ܟܐܦܐ ܥܠ ܟܐܦܐ ܕܠܐ ܡܣܬܬܪܐ܂ 3 ܘܟܕ ܝܬܒ ܝܫܘܥ ܒܛܘܪܐ ܕܒܝܬ ܙܝܬܐ ܠܘܩܒܠ ܗܝܟܠܐ܂ ܫܐܠܘܗܝ ܟܐܦܐ ܘܝܥܩܘܒ ܘܝܘܚܢܢ ܘܐܢܕܪܐܘܣ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ܂ 4 ܐܡܪ ܠܢ ܐܡܬܝ ܢܗܘܝܢ ܗܠܝܢ܂ ܘܡܢܐ ܗܝ ܐܬܐ ܡܐ ܕܡܛܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܠܡܫܬܡܠܝܘ܂ 5 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܫܪܝ ܠܡܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܚܙܘ ܕܠܡܐ ܐܢܫ ܢܛܥܝܟܘܢ܂ 6 ܣܓܝܐܐ ܓܝܪ ܢܐܬܘܢ ܒܫܡܝ܂ ܘܢܐܡܪܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ܂ ܘܠܣܓܝܐܐ ܢܛܥܘܢ܂ 7 ܡܐ ܕܝܢ ܕܫܡܥܬܘܢ ܩܪܒܐ ܘܫܘܥܐ ܕܩܪܒܐ܂ ܠܐ ܬܬܕܠܚܘܢ܂ ܥܬܝܕܐ ܓܝܪ ܕܗܘܝܢ܂ ܐܠܐ ܠܐ ܥܕܟܝܠ ܫܘܠܡܐ܂ 8 ܢܩܘܡ ܓܝܪ ܥܡܐ ܥܠ ܥܡܐ܂ ܘܡܠܟܘܬܐ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ܂ ܘܢܗܘܘܢ ܙܘܥܐ ܒܕܘܟܝܢ ܕܘܟܝܢ܂ ܘܢܗܘܘܢ ܟܦܢܐ ܘܫܓܘܫܝܐ܂ ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܪܫܝܬܐ ܕܚܒܠܐ܂

ܚܙܘ 9 P 3

42 Et venit vidua quædam pauper, injecit duo minuta, quæ sunt Chalci.

43 Et vocavit Jesus discipulos suos, & dixit eis; Amen dico vobis, quòd hæc vidua pauper plus quàm omnes homines qui injiciunt, injecit in gazophylacium:

44 Omnes enim ex eo quod superest eis injecerunt; hæc verò ex penuria sua, quicquid erat ei, injecit totam possessionem suam.

CAPUT XIII.

1 ET quum egrederetur Jesus è templo, dixit ei unus ex discipulis suis; Præceptor, ecce vide hos lapides, & hæc ædificia.

2 Jesus autem dixit ei; Vides tu hæc ædificia magna? non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui non diruatur.

3 Et quum sederet Jesus in monte Olivarum è regione templi, interrogaverunt eum Cephas & Jacobus & Johannes, & Andreas seorsim:

4 Dic nobis quando hæc fient, & quod est signum, quum appropinquabunt hæc omnia, ut consummentur.

5 Ipse autem Jesus cœpit dicere eis; Videte ne quis fallat vos:

6 Multi enim venient in nomine meo, & dicent; Ego sum: & multos fallent.

7 Quum autem audieritis prælia, & rumorem bellorum, ne timeatis: futurum enim est ut *id* fiat, sed nondum finis:

8 Surget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt terræ motûs in singulis locis, & erunt fames & tumultus. Hæc sunt principium dolorum.

9 Re-

9 Respicite autem vosmet ipsos: tradent enim vos judiciis, & in synagogis eorum flagellabimini, & ante Reges & Præsides stabitis propter me in testimonium illorum.

10 Priùs autem futurum est ut promulgetur Euangelium meum in omnibus populis.

11 Quum adduxerint autem vos, ut tradant vos, ne ante soliciti sitis quid loquuturi sitis, neque meditemini: sed id quod datum fuerit vobis in illa hora, hoc loquimini: non enim vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus.

12 Tradet autem frater fratrem suum ad mortem, & pater filium suum: & insurgent filii adversus patres suos, & morte afficient eos.

13 Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque ad finem, ipse salvus erit.

14 Quum autem videritis signum immundum desolationis, id quod dictum *est* in Daniele Propheta, stans ubi non oportet: (qui legit animadvertat) tunc illi qui in Judæa erunt, fugiant in montem:

15 Et qui in tecto est, non descendat, nec ingrediatur ad tollendum aliquid ex ædibus suis.

16 Et is qui in agro est, non convertat se retro, ut tollat vestem suam.

17 Væ autem gravidis, & eis quæ lactant, illis diebus.

18 Orate autem, ne sit fuga vestra hyeme:

19 Erit enim diebus illis afflictio qualis non fuit à principio creaturæ quam creavit Deus, & usque nunc, neque erit.

20 Et nisi Dominus decurtasset dies illos, non viveret ulla caro: sed propter electos, quos elegit, decurtavit dies illos.

21 Tunc si quis dixerit vobis; Ecce hoc ipso in loco est Christus, & ecce illo ipso in loco, ne credatis.

22 Surgent enim Christi falsi & Prophetæ

ܕܕܓܠܘܬܐ. ܘܢܬܠܘܢ ܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ: ܘܢܛܥܘܢ ܐܢ ܡܫܟܚܝܢ ܐܦ ܠܓܒܝܐ. 23 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܐܙܕܗܪܘ. ܗܐ ܩܕܡܬ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܟܠ ܡܕܡ. 24 ܒܗܢܘܢ ܕܝܢ ܝܘܡܬܐ ܒܬܪ ܐܘܠܨܢܐ ܗܘ: ܫܡܫܐ ܢܚܫܟ. ܘܣܗܪܐ ܠܐ ܢܬܠ ܢܘܗܪܗ. 25 ܘܟܘܟܒܐ ܢܦܠܘܢ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܘܚܝܠܬܐ ܕܫܡܝܐ ܢܬܬܙܝܥܘܢ: 26 ܘܗܝܕܝܢ ܢܚܙܘܢ ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܟܕ ܐܬܐ ܒܥܢܢܐ: ܥܡ ܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ ܘܥܡ ܫܘܒܚܐ: 27 ܘܗܝܕܝܢ ܢܫܕܪ ܡܠܐܟܘܗܝ: ܘܢܟܢܫ ܠܓܒܝܘܗܝ ܡܢ ܐܪܒܥ ܪܘܚܝܢ. ܡܢ ܪܫܗ ܕܐܪܥܐ ܘܥܕܡܐ ܠܪܫܗ ܕܫܡܝܐ. 28 ܡܢ ܬܐܬܐ ܕܝܢ ܝܠܦܘ ܡܬܠܐ. ܕܡܐ ܕܪܟܟܘ ܣܘܟܝܗ: ܘܐܦܪܥܘ ܛܪܦܝܗ: ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܡܛܐ ܩܝܛܐ: 29 ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ. ܡܐ ܕܚܙܝܬܘܢ ܗܠܝܢ ܕܗܘܝܢ: ܕܥܘ ܕܩܪܝܒܐ ܗܝ ܠܬܪܥܐ. 30 ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܠܐ ܬܥܒܪ ܫܪܒܬܐ ܗܕܐ: ܥܕܡܐ ܕܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܢܗܘܝܢ. 31 ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܢܥܒܪܘܢ: ܘܡܠܝ ܠܐ ܢܥܒܪܢ. 32 ܥܠ ܝܘܡܐ ܕܝܢ ܗܘ ܘܥܠ ܫܥܬܐ ܗܝ: ܐܢܫ ܠܐ ܝܕܥ. ܐܦܠܐ ܡܠܐܟܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܠܐ ܒܪܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܒܐ. 33 ܚܙܘ ܐܬܬܥܝܪܘ ܘܨܠܘ. ܠܐ ܓܝܪ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܡܬܝ ܗܘ ܙܒܢܐ. 34 ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܗܘ ܕܡܫܢܐ. ܘܫܒܩ ܒܝܬܗ ܘܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ ܠܥܒܕܘܗܝ. ܘܠܐܢܫ ܐܢܫ ܥܒܕܗ. ܘܠܬܪܥܐ ܦܩܕ ܕܢܗܘܐ ܥܝܪ. 35 ܐܬܬܥܝܪܘ ܗܟܝܠ. ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܡܬܝ ܐܬܐ ܡܪܗ ܕܒܝܬܐ. ܒܪܡܫܐ ܐܘ ܒܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ. ܐܘ ܒܩܠܐ ܕܬܪܢܓܠܐ ܐܘ ܒܨܦܪܐ. 36 ܕܠܡܐ ܢܐܬܐ ܡܢ ܫܠܝ ܢܫܟܚܟܘܢ ܟܕ ܕܡܟܝܢ ܐܢܬܘܢ. 37 ܡܕܡ ܕܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܠܟܘܢ ܗܘ ܐܡܪ ܐܢܐ ܗܘܘ ܥܝܪܝܢ ✣ ✣ ✣

ܩܦܠܐܘܢ

phetæ mendaces: ac dabunt signa ac prodigia, & in errorem inducent (si possibile esset) etiam electos.

23 Vos autem cavete; ecce, antea dixi vobis omnia.

24 Illis autem diebus post afflictionem istam sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum.

25 Et stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœli commovebuntur.

26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potentia magna & cum gloria.

27 Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, ab extremo terræ, & usque ad extremum cœli.

28 A ficu autem discite parabolam; quum tener est ramis suis, & germinant folia ejus, cognoscitis quod appropinquavit æstas.

29 Sic etiam vos, quum videritis hæc quod fiant, scitote quòd propè est ad januam.

30 Amen dico vobis, quòd non præteribit generatio hæc usquequo omnia fiant.

31 Cœlum & terra præteribunt, & verba mea non præteribunt.

32 De die autem illo, & de horâ illa nemo novit, nec etiam Angeli cœlorum, neque Filius, nisi Pater.

33 Videte, vigilate, & orate: non enim nostis quando sit tempus.

34 Est enim sicut vir qui peregrè profectus est, & reliquit domum suam, deditque potestatem servis suis, & unicuique opus suum, & janitori præcepit ut esset vigilans.

35 Vigilate igitur, quia ignoratis quando venit Dominus domus, vespere, aut medio noctis, aut in gallicinio, aut manè.

36 Ne veniat repentè, & inveniat vos dormientes

37 Id autem quod vobis dico, omnibus vobis dico; Estote vigilantes.

CA-

CAPUT XIV.

1 Post duos autem dies futurum erat Pascha azymorum: & quærebant Principes Sacerdotum & Scribæ, quomodo dolo prehenderent eum, & occiderent eum.

2 Ac dicebant; Non festo, ne tumultus sit in populo.

3 Et quum ipse esset in Beth-Ania, in ædibus Simonis Leprosi, quum accumberet, venit ad eum mulier, penes quam erat alabastrum unguenti nardi præstantis, magni pretii: & illa aperuit illud, & effudit ipsum super caput Jesu.

4 Erant autem quidam ex discipulis quibus displicuit apud sese, ac dixerunt; Ad quid facta est perditio hujus unguenti?

5 Poterat enim vendi pluris quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et irascebantur ei.

6 Ipse autem Jesus dixit; Sinite eam: cur molesti estis ei? Opus bonum operata est in me.

7 Omni tempore enim pauperes habetis vobiscum, & quando vultis, potestis benefacere eis: ego autem non omni tempore sum vobiscum.

8 Id quod erat ei, hoc fecit: & antevertit, tanquam ad sepulturam, aromate condiit corpus meum.

9 Et amen dico vobis, quòd ubicunque prædicabitur Euangelium meum hoc in universo mundo, & id quoque quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipsius.

10 Judas autem Iscariot, unus ex duodecim, abiit ad Principes Sacerdotum, ut proderet eis Jesum.

11 Illi verò quum audivissent, gavisi sunt, & polliciti sunt argentum dare ei: & quærebat sibi opportunitatem, ut proderet eum.

12 Et

ܩܦܠܐܘܢ ܝܕ

1 ܒܬܪ ܕܝܢ ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ: ܗܘܐ ܗܘܐ ܦܨܚܐ ܕܦܛܝܪܐ. ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܒܢܟܠܐ ܢܐܚܕܘܢܝܗܝ ܘܢܩܛܠܘܢܝܗܝ. 2 ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܐ ܒܥܐܕܐ. ܕܠܡܐ ܢܗܘܐ ܫܓܘܫܝܐ ܒܥܡܐ. 3 ܘܟܕ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܥܢܝܐ ܒܒܝܬܗ ܕܫܡܥܘܢ ܓܪܒܐ. ܟܕ ܣܡܝܟ. ܐܬܬ ܐܢܬܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܛܝܦܬܐ ܕܡܫܚܐ ܕܢܪܕܝܢ ܪܫܐ ܣܓܝ ܕܡܝܐ. ܘܦܬܚܬܗ ܘܐܫܦܥܬܗ ܥܠ ܪܫܗ ܕܝܫܘܥ. 4 ܐܝܬ ܗܘܘ ܕܝܢ ܐܢܫܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܕܐܬܐܟܪܝ ܠܗܘܢ ܒܢܦܫܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ. ܠܡܢܐ ܗܘܐ ܐܒܕܢܐ ܕܗܢܐ ܡܫܚܐ. 5 ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܡܙܕܒܢܘ ܝܬܝܪ ܡܢ ܬܠܬ ܡܐܐ ܕܝܢܪܝܢ ܘܠܡܬܝܗܒܘ ܠܡܣܟܢܐ. ܘܡܬܚܪܡܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. 6 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܡܪ. ܫܒܘܩܘܗ. ܥܡܠܐ ܡܪܝܡܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܠܗ. ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܥܒܕܬ ܠܘܬܝ. 7 ܒܟܠܙܒܢ ܓܝܪ ܡܣܟܢܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܥܡܟܘܢ. ܘܐܡܬܝ ܕܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܥܒܕ ܠܗܘܢ ܛܒܬܐ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܒܟܠܙܒܢ ܐܝܬܝ ܠܘܬܟܘܢ. 8 ܗܕܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܥܒܕܬ ܗܕܐ. ܘܩܕܡܬ ܐܝܟ ܕܠܡܩܒܪܐ ܒܣܡܬ ܦܓܪܝ. 9 ܘܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܟܠ ܐܝܟܐ ܕܬܬܟܪܙ ܣܒܪܬܝ ܗܕܐ ܒܟܠܗ ܥܠܡܐ ܐܦ ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ ܗܕܐ ܬܬܡܠܠ ܠܕܘܟܪܢܗ. 10 ܝܗܘܕܐ ܕܝܢ ܣܟܪܝܘܛܐ ܚܕ ܡܢ ܬܪܥܣܪ. ܐܙܠ ܠܘܬ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܐܝܟ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ ܠܗܘܢ ܠܝܫܘܥ. 11 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥܘ ܚܕܝܘ. ܘܐܫܬܘܕܝܘ ܟܣܦܐ ܕܢܬܠܘܢ ܠܗ. ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ ܦܠܚܐ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ.

12 ܘܒܝܘܡܐ

12 ܘܒܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܕܦܛܝܪܐ : ܕܒܗ ܕܒܚܝܢ ܗܘܘ ܝܗܘܕܝܐ ܦܨܚܐ : ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܝܟܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܢܐܙܠ ܢܛܝܒ ܠܟ ܕܬܐܟܘܠ ܦܨܚܐ. 13 ܘܫܕܪ ܬܪܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܙܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ : ܘܗܐ ܦܓܥ ܒܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܫܩܝܠ ܡܐܢܐ ܕܡܝܐ. ܙܠܘ ܒܬܪܗ : 14 ܘܐܝܟܐ ܕܥܐܠ ܐܡܪܘ ܠܡܪܐ ܒܝܬܐ. ܪܒܢ ܐܡܪ : ܐܝܟܘ ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ ܐܝܟܐ ܕܐܟܘܠ ܥܡ ܬܠܡܝܕܝ ܦܨܚܐ. 15 ܘܗܘ ܡܚܘܐ ܠܟܘܢ ܥܠܝܬܐ ܪܒܬܐ ܕܫܘܝܐ ܘܡܛܝܒܐ : ܬܡܢ ܛܝܒܘ ܠܢ. 16 ܘܢܦܩܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܬܘ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܫܟܚܘ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܘܛܝܒܘ ܦܨܚܐ. 17 ܘܟܕ ܗܘܐ ܪܡܫܐ : ܐܬܐ ܥܡ ܬܪܥܣܪܬܗ. 18 ܘܟܕ ܣܡܝܟܝܢ ܘܠܥܣܝܢ ܐܡܪ ܝܫܘܥ. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ : ܕܚܕ ܡܢܟܘܢ ܕܠܥܣ ܥܡܝ ܗܘ ܢܫܠܡܢܝ. 19 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܪܝܘ ܠܡܬܟܪܝܘ. ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܚܕ ܚܕ . ܠܡܐ ܐܢܐ : 20 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܚܕ ܡܢ ܬܪܥܣܪܬܐ ܕܨܒܥ ܥܡܝ ܒܠܓܝܢܬܐ. 21 ܘܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܐܙܠ ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ܥܠܘܗܝ. ܘܝ ܕܝܢ ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܡܫܬܠܡ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. ܦܩܚ ܗܘܐ ܠܗ ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܐܠܘ ܠܐ ܐܬܝܠܕ. 22 ܘܟܕ ܗܢܘܢ ܠܥܣܝܢ : ܢܣܒ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ : ܘܒܪܟ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܣܒܘ. ܗܢܘ ܦܓܪܝ. 23 ܘܢܣܒ ܟܣܐ ܘܐܘܕܝ. ܘܒܪܟ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ. ܘܐܫܬܝܘ ܡܢܗ ܟܠܗܘܢ. 24 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܢܘ ܕܡܝ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ : ܕܚܠܦ ܣܓܝܐܐ ܡܬܐܫܕ. 25 ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ : ܕܬܘܒ ܠܐ ܐܫܬܐ ܡܢ ܝܠܕܐ ܕܓܦܬܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܘ ܕܒܗ ܐܫܬܝܘܗܝ ܚܕܬܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ.

12 Et die primo Azymorum, quo immolant Judæi Pascha, dicunt ei discipuli ejus; Ubi vis ut abeamus, & præparemus tibi, ut comedas Pascha?

13 Et misit duos è discipulis suis, & dixit eis; Abite in civitatem, & ecce, occurret vobis vir, qui bajulat vas aquæ: Abite post eum.

14 Et quò ingressus fuerit, dicite domino domus; Dominus noster dicit; Ubi est domus convivii, ubi comedam cum discipulis meis Pascha?

15 Et ecce, indicabit vobis cœnaculum magnum, quod stratum *est*, & paratum: ibi præparate nobis.

16 Et egressi sunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem, & iuvenerunt, sicut dixerat eis, & paraverunt Pascha.

17 Et quum esset vespera, venit cum duodecim suis.

18 Quumque accumberent, & ederent, ait Jesus; Amen dico vobis, quòd unus ex vobis, qui comedit mecum, ipse proditurus est me.

19 Ipsi verò cœperunt tristitia affici, & dixerunt ei quisque sigillatim; Nunquid ego?

20 Ipse autem dixit eis; Unus ex duodecim, qui intingit mecum in catinum.

21 Et Filius hominis abit, sicut scriptum est de eo: væ autem viro illi per quem proditur Filius hominis: tolerabilius fuisset illi viro, si non fuisset natus.

22 Et quum ipsi ederent, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, ac dedit eis, dixitque eis; Accipite: hoc est corpus meum.

23 Et accepit poculum, & gratias egit, ac benedixit, ac dedit eis: & biberunt ex eo omnes.

24 Et dixit eis: Hic est sanguis meus Testamenti novi, qui pro multis effunditur.

25 Amen dico vobis, quod rursus non bibam de fructu vitis usque ad diem illum, quo bibam eum recenter in regno Dei.

26 Et laudes dixerunt, ac egressi sunt in montem Olivarum.

27 Et ait eis Jesus; Vos omnes offendemini in me hac nocte: scriptum enim est; Percutiam Pastorem, & dispergentur oves ejus.

28 Sed quum surrexero, præcedam vobis in Galilæam.

29 Dixit ei Cephas; Si omnes offensi fuerint, at non ego.

30 Dixit ei Jesus; Amen dico tibi; Tu hodie nocte hac, antequam cantaverit gallus duabus vicibus, tribus negabis me.

31 Ille autem ampliùs dicebat; Si fuerit mihi moriendum tecum, non negabo te, Domine mi. Et sicut ipse, etiam omnes discipuli dixerunt.

32 Et venerunt in locum eum qui vocatur Gethsemane, & dixit discipulis suis; Sedete hic, donec oravero.

33 Et accepit secum Cepham & Jacobum & Johannem; & cœpit mœstus esse & angi.

34 Et dixit eis; Tristis est anima mea usque ad mortem: Exspectate me hic, & vigilate.

35 Et accessit paululùm, & procidit in terram, & orabat, ut, si posset, transiret à se hora illa:

36 Et dixit: Pater, mi Pater, omnia potes, transire fac à me poculum hoc: veruntamen non voluntas mea *fiat*, sed tua.

37 Et veniens invenit eos dormientes: & dixit Cephæ; Simon dormivisti? Non potuisti una hora vigilare?

38 Vigilate, & orate; ut non intretis in tentationem; spiritus voluntarius & promptus est, sed corpus infirmum.

39 Et abiens rursus, oravit, & eundem sermonem dixit.

40 Et reversus est rursum veniens invenit eos dormientes, quia oculi eorum gravati erant, neque sciebant, quid dicerent ei.

41 Et

26 ܘܫܒܚܘ ܘܢܦܩܘ ܠܛܘܪܐ ܕܙܝܬܐ ܀ 27 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ܂ ܕܟܠܟܘܢ ܬܬܟܫܠܘܢ ܒܝ ܒܗܢܐ ܠܠܝܐ܂ ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܕܐܡܚܐ ܠܪܥܝܐ ܘܢܬܒܕܪܘܢ ܐܡܪܘܗܝ܂ 28 ܐܠܐ ܡܐ ܕܩܡܬ ܩܕܡ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܓܠܝܠܐ܂ 29 ܐܡܪ ܠܗ ܟܐܦܐ ܐܢ ܟܠܗܘܢ ܢܬܟܫܠܘܢ܂ ܐܠܐ ܠܐ ܐܢܐ܂ 30 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ܂ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ܂ ܕܐܢܬ ܝܘܡܢܐ ܒܗܢܐ ܠܠܝܐ܂ ܩܕܡ ܕܢܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ܂ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܬܟܦܘܪ ܒܝ܂ 31 ܗܘ ܕܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܡܪ ܗܘܐ܂ ܕܐܢ ܡܡܬ ܗܘ ܠܝ ܥܡܟ܂ ܠܐ ܐܟܦܘܪ ܒܟ ܡܪܝ܂ ܘܐܟܘܬܗ ܐܦ ܟܠܗܘܢ ܬܠܡܝܕܐ ܐܡܪܘ܂

32 ܘܐܬܘ ܠܕܘܟܬܐ ܐܝܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܓܕܣܡܢܝ܂ ܘܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ܂ ܬܒܘ ܗܪܟܐ ܥܕ ܡܨܠܐ ܐܢܐ܂ 33 ܘܕܒܪ ܥܡܗ ܠܟܐܦܐ ܘܠܝܥܩܘܒ ܘܠܝܘܚܢܢ܂ ܘܫܪܝ ܠܡܬܟܡܪܘ ܘܠܡܬܥܩܬܘ܂ 34 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܟܪܝܐ ܗܝ ܠܗ ܠܢܦܫܝ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ܂ ܩܘܘ ܠܝ ܗܪܟܐ ܘܐܬܬܥܝܪܘ܂ 35 ܘܩܪܒ ܩܠܝܠ ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ܂ ܘܡܨܠܐ ܗܘܐ ܕܐܢ ܡܫܟܚܐ ܬܥܒܪ ܡܢܗ ܫܥܬܐ܂ 36 ܘܐܡܪ ܐܒܐ ܐܒܝ܂ ܟܠ ܡܕܡ ܡܫܟܚ ܐܢܬ܂ ܐܥܒܪ ܡܢܝ ܟܣܐ ܗܢܐ܂ ܐܠܐ ܠܐ ܨܒܝܢܝ ܐܠܐ ܕܝܠܟ܂ 37 ܘܐܬܐ ܐܫܟܚ ܐܢܘܢ ܟܕ ܕܡܟܝܢ܂ ܘܐܡܪ ܠܟܐܦܐ܂ ܫܡܥܘܢ ܕܡܟܬ܂ ܠܐ ܐܫܟܚܬ ܚܕܐ ܫܥܐ ܠܡܬܬܥܝܪܘ܂ 38 ܐܬܬܥܝܪܘ ܘܨܠܘ ܕܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܢܣܝܘܢܐ܂ ܪܘܚܐ ܨܒܝܐ ܘܡܛܝܒܐ܂ ܐܠܐ ܦܓܪܐ ܟܪܝܗ܂ 39 ܘܐܙܠ ܬܘܒ ܨܠܝ܂ ܘܗܝ ܡܠܬܐ ܐܡܪ܂ 40 ܘܗܦܟ ܬܘܒ ܐܬܐ ܐܫܟܚ ܐܢܘܢ ܟܕ ܕܡܟܝܢ܂ ܡܛܠ ܕܥܝܢܝܗܘܢ ܝܩܝܪܢ ܗܘܝ܂ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܐ ܢܐܡܪܘܢ ܠܗ܂

41 ܘܐܬܐ

41 ܘܐܬܐ ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܕܡܟܘ ܡܟܝܠ ܘܐܬܬܢܝܚܘ܂ ܡܛܐ ܫܘܠܡܐ ܘܐܬܬ ܫܥܬܐ܂ ܘܗܐ ܡܫܬܠܡ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܒܐܝܕܝ ܚܛܝܐ܂ 42 ܩܘܡܘ ܢܐܙܠ܂ ܗܐ ܡܛܐ ܗܘ ܕܡܫܠܡ ܠܝ܂ 43 ܘܥܕ ܗܘ ܡܡܠܠ܂ ܐܬܐ ܝܗܘܕܐ ܣܟܪܝܘܛܐ ܚܕ ܡܢ ܬܪܥܣܪ܂ ܘܥܡܗ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܥܡ ܣܦܣܪܐ ܘܚܘܛܪܐ܂ ܡܢ ܠܘܬ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܘܩܫܝܫܐ܂ 44 ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܬܐ ܡܫܠܡܢܐ ܗܘ ܘܐܡܪ܂ ܗܘ ܕܢܫܩ ܐܢܐ ܗܘܝܘ܂ ܐܚܘܕܘܗܝ ܙܗܝܪܐܝܬ ܘܐܘܒܠܘܗܝ܂ 45 ܘܡܚܕܐ ܩܪܒ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܪܒܝ ܪܒܝ܂ ܘܢܫܩܗ܂ 46 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܪܡܝܘ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܝܐ ܘܐܚܕܘܗܝ܂ 47 ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ܂ ܫܡܛ ܣܦܣܪܐ ܘܡܚܝܗܝ ܠܥܒܕܗ ܕܪܒ ܟܗܢܐ ܘܫܩܠܗ ܐܕܢܗ܂ 48 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܐܝܟ ܕܥܠ ܓܝܣܐ ܢܦܩܬܘܢ ܥܠܝ ܒܣܦܣܪܐ ܘܒܚܘܛܪܐ ܕܬܐܚܕܘܢܢܝ܂ 49 ܟܠܝܘܡ ܠܘܬܟܘܢ ܗܘܝܬ ܟܕ ܡܠܦ ܐܢܐ ܒܗܝܟܠܐ ܘܠܐ ܐܚܕܬܘܢܢܝ܂ ܐܠܐ ܕܢܫܠܡܘܢ ܟܬܒܐ܂ 50 ܗܝܕܝܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܫܒܩܘܗܝ ܘܥܪܩܘ܂ 51 ܘܥܠܝܡܐ ܚܕ ܐܙܠ ܗܘܐ ܒܬܪܗ ܘܥܛܝܦ ܗܘܐ ܣܕܘܢܐ ܥܪܛܠܝܐ܂ ܘܐܚܕܘܗܝ܂ 52 ܗܘ ܕܝܢ ܫܒܩ ܣܕܘܢܐ ܘܥܪܩ ܥܪܛܠܝܐ܂ 53 ܘܐܘܒܠܘܗܝ ܠܝܫܘܥ ܠܘܬ ܩܝܦܐ ܪܒ ܟܗܢܐ܂ ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ ܟܠܗܘܢ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܘܩܫܝܫܐ܂ 54 ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܐܬܐ ܗܘܐ ܒܬܪܗ܂ ܥܕܡܐ ܠܓܘ ܕܪܬܐ ܕܪܒ ܟܗܢܐ܂ ܘܝܬܒ ܗܘܐ ܥܡ ܡܫܡܫܢܐ ܘܫܚܢ ܠܘܩܒܠ ܢܘܪܐ܂ 55 ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܕܝܢ ܘܟܠܗ ܟܢܘܫܬܗܘܢ܂ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܝܫܘܥ ܣܗܕܘܬܐ ܠܡܡܝܬܘܬܗ܂ ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ܂

56 ܟܕ

41 Et venit tertia vice, & dixit eis; Dormite quod superest, & requiescite: appropinquavit finis, & venit hora: & ecce traditur Filius hominis in manus peccatorum.

42 Surgite, abeamus: ecce appropinquavit is qui prodit me.

43 Et dum ipse loqueretur, venit Judas Iscariot, unus ex duodecim, & populus multus cum gladiis & fustibus, à Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus.

44 Et dedit eis signum proditor ille qui prodebat, ac dixit; Ille quem osculor, is est: apprehendite eum cautè, & abducite eum.

45 Et statim accessit, & dixit ei; Rabbi, Rabbi, & osculatus est eum.

46 Illi verò injecerunt in eum manus, & apprehenderunt eum.

47 Unus autem ex illis qui adstabant strinxit gladium, & percussit servū Principis Sacerdotum, & abstulit auriculam ejus.

48 Ipse autem Jesus respondit, & dixit illis: Sicut contra grassatorem egressi estis contra me cum gladiis & fustibus; ut apprehenderetis me.

49 Quotidiè apud vos fui, quum docerem in templo, & non apprehendistis me: Sed, ut complerentur Scripturæ, factum est hoc.

50 Tunc deseruerunt eum discipuli ejus, & fugerunt.

51 Et adolescens quidam veniebat post eum, & amictus erat sindone nudus, & apprehenderunt eum.

52 Ipse verò reliquit sindonem, & effugit nudus.

53 Et adduxerunt Jesum ad Cajapham Principem Sacerdotum: & congregati sunt ad eum omnes Principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores.

54 Simon autem è longinquo veniebat post eum, usque in medium atrii Principis Sacerdotum, & sedebat cum ministris, & calefaciebat se è regione ignis.

55 Principes autem Sacerdotum, & tota congregatio eorum quærebant contra Jesum testimonium; ut morti traderent eum: & non invenerunt.

56 Quum

56 Quum enim multi testarentur contra eum, non erant paria testimonia eorum.

57 Quidam autem surrexerunt contra eum testes mendaces, & dixerunt:

58 Nos audivimus eum, quòd dixerit: Ego dissoluturus sum templum hoc, quod est factum manibus, & tribus diebus ædificaturus sum aliud, quod non erit factum manibus.

59 Neque etiam sic par erat testimonium eorum.

60 Et surrexit Princeps Sacerdotum in medium, & interrogavit Jesum, ac dixit: Non reddis responsum? Quid testantur contra te isti?

61 Ipse verò Jesus tacebat, & nihil respondebat ei. Et rursus interrogavit eum Princeps Sacerdotum, ac dixit: Es tu Christus Filius illius Benedicti?

62 Ipse autem Jesus dixit ei: Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentem à dextra Virtutis *Dei*, & venientem in nubibus cœli.

63 Princeps verò Sacerdotum laceravit tunicam suam, & dixit: Quid deinceps nobis necessarii sunt testes?

64 Ecce ex ore ejus audivistis blasphemiam. Quid videtur vobis? Illi verò omnes judicaverunt, quod reus esset mortis.

65 Et cœperunt quidam exspuere in faciem ejus, & obtegere vultum ejus, & colaphis percutere eum, & dicere: Vaticinare. Et ministri cædebant eum super maxillas ejus.

66 Et quum Simon *esset* inferius in atrio, venit una puella Principis Sacerdotum,

67 Vidit eum, quòd calefaceret se, & intuita est eum, & dixit ei: Et tu quoque cum Jesu eras Nazareno.

68 Ipse verò negavit, & dixit: Non novi quid dicas. Et exivit foras ad vestibulum: & cantavit gallus.

69 Et vidit eum rursus puella illa, & cœpit dicere illis qui adstabant, quòd etiam hic ex ipsis esset.

70 Ipse verò rursum negavit. Et paulo post iterum ii qui adstabant dixerunt Cephæ;

ܩܝܡܝܢ ܐܡܪܝܢ ܠܟܐܦܐ . ܫܪܝܪܐܝܬ ܡܢܗܘܢ ܐܢܬ
ܐܦ ܓܝܪ ܓܠܝܠܝܐ ܐܢܬ ܘܡܡܠܠܟ ܕܡܐ .
71 ܗܘ ܕܝܢ ܫܪܝ ܗܘܐ ܡܚܪܡ ܘܡܝܡܐ . ܕܠܐ
ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ ܕܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ .
72 ܘܡܚܕܐ ܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ ܙܒܢܐ ܕܬܪܬܝܢ .
ܘܐܬܕܟܪ ܫܡܥܘܢ ܡܠܬܐ ܕܝܫܘܥ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ .
ܕܥܕܠܐ ܢܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ ܙܒܢܝܢ ܬܪܬܝܢ : ܬܠܬ
ܬܟܦܘܪ ܒܝ . ܘܫܪܝ ܕܢܒܟܐ

ܩܦܠܐܘܢ ܝܗ

1 ܘܡܚܕܐ ܒܨܦܪܐ ܥܒܕܘ ܡܠܟܐ ܪܒܝ ܟܗܢܐ
ܥܡ ܩܫܝܫܐ ܘܥܡ ܣܦܪܐ ܘܥܡ ܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ .
ܘܐܣܪܘܗܝ ܠܝܫܘܥ ܘܐܘܒܠܘܗܝ . ܘܐܫܠܡܘܗܝ
ܠܦܝܠܛܘܣ ܗܓܡܘܢܐ . 2 ܘܫܐܠܗ ܦܝܠܛܘܣ .
ܐܢܬ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ : ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬ ܐܡܪܬ . 3 ܘܐܟܠܝܢ ܗܘܘ
ܩܪܨܘܗܝ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܒܣܓܝܐܬܐ . 4 ܗܘ ܕܝܢ
ܦܝܠܛܘܣ ܬܘܒ ܫܐܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܠܐ ܡܦܢܐ
ܐܢܬ ܦܬܓܡܐ . ܚܙܝ ܟܡܐ ܡܣܗܕܝܢ ܥܠܝܟ .
5 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܡܕܡ ܦܬܓܡܐ ܠܐ ܝܗܒ
ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܕܡܪ ܦܝܠܛܘܣ . 6 ܡܥܕ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܒܟܠ ܥܐܕܐ . ܠܡܫܪܐ ܠܗܘܢ ܐܣܝܪܐ ܚܕ ܐܝܢܐ
ܕܫܐܠܝܢ . 7 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܐܒܐ :
ܕܐܣܝܪ ܗܘܐ ܥܡ ܥܒܕܝ ܐܣܛܣܝܣ ܐܝܠܝܢ ܕܩܛܠܐ
ܒܐܣܛܣܝܣ ܥܒܕܘ . 8 ܘܩܥܐ ܥܡܐ : ܘܫܪܝ
ܠܡܫܐܠ ܐܝܟ ܕܥܝܕܐ ܗܘܐ ܥܒܕ ܠܗܘܢ . 9 ܗܘ
ܕܝܢ ܦܝܠܛܘܣ ܥܢܐ ܘܐܡܪ . ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܫܪܐ
ܠܟܘܢ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ : 10 ܝܕܥ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܦܝܠܛܘܣ ܕܡܢ ܚܣܡܐ ܐܫܠܡܘܗܝ ܪܒܝ ܟܗܢܐ .
11 ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܕܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܓܪܓܘ ܠܟܢܫܐ :
ܕܠܒܪ

Q 3

phæ; Verè ex ipsis es: nam quoque Galilæus es, & sermo tuus est similis.

71 Ipse autem incepit exsecrari & jurare; Non novi ego hominem hunc, quem dicitis.

72 Et statim cantavit gallus secunda vice. Et recordatus est Simon sermonis Jesu, quem dixerat ei: Antequam cantet gallus duabus vicibus, tribus negabis me: & incepit flere.

CAPUT XV.

1 ET statim manè inierunt consilium Principes Sacerdotum cum Senioribus, & cum Scribis, & cum tota congregatione; & vinxerunt Jesum, & adduxerunt eum, ac tradiderunt eum Pilato Præsidi.

2 Et interrogavit eum Pilatus: Tune es Rex Judæorum? Ipse verò respondit, ac dixit ei; Tu dixisti.

3 Et accusabant eum Principes Sacerdotum in multis.

4 Ipse autem Pilatus rursus interrogavit eum, & dixit ei; Non reddis responsum? Vide quàm multa testificentur contra te.

5 Ipse verò Jesus responsum nullum dedit, ita ut miraretur Pilatus.

6 Solitus erat autem omni festo solvere illis vinctum unum, quem postularent.

7 Et erat quidam, qui vocabatur Barabbas, qui vinctus erat cum seditiosis illis qui cædem in seditione perpetraverant.

8 Et clamavit populus, & cœpit petere, sicut solitus erat, facere eis.

9 Ipse verò Pilatus respondit, & dixit; Vultis, ut dimittam vobis Regem Judæorum?

10 Noverat enim Pilatus quòd ex invidia tradidissent eum Principes Sacerdotum.

11 Principes verò Sacerdotum am-

plius

plùs sollicitaverunt turbas, ut Barabbam solveret eis.

12 Ipse autem Pilatus dixit eis; Quid igitur vultis, *ut* faciam ei, quem vocatis Regem Judæorum?

13 Ipsi verò rursus clamaverunt; Crucifige eum.

14 Ipse verò Pilatus dixit eis; Quid enim mali fecit? Et illi amplius clamabant; Crucifige eum.

15 Pilatus verò voluit facere voluntatem turbarum, & solvit eis Barabbam, & tradidit eis Jesum flagellatum, ut crucifigeretur.

16 Milites autem adduxerunt eum intra atrium, quod erat prætorium, & advocaverunt universam cohortem.

17 Et induerunt eum purpura, & intorserunt, *ac* imposuerunt ei coronam spinarum.

18 Et cœperunt salutare eum: Pax *sit* ô Rex Judæorum.

19 Et percutiebant eum in caput ejus arundine, & expuebant in faciem ejus, & flectebant genua sua, & adorabant eum.

20 Et quum illusissent ei, exuerunt eum purpurâ, & induerunt eum vestimentis suis, & eduxerunt eum, ut crucifigerent eum.

21 Et adegerunt quendam, qui transibat, Simonem Cyrenæum, qui veniebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi, ut ferret crucem ejus.

22 Et adduxerunt eum in Golgotha, locum qui vertitur Cranium.

23 Et dederunt ei bibendum vinum, in quo erat mixta myrrha; ipse verò non accepit.

24 Et quum crucifixissent eum, dispertiverunt vestimenta ejus, & projecerunt super ea sortem, quis quid acciperet.

25 Erat autem hora tertia, quum crucifigerent eum.

26 Et scripta erat causa mortis ejus inscriptione illa: HIC EST REX JUDÆORUM.

27 Et crucifixerunt cum eo duos latrones, unum à dextra ejus, & unum à sinistra ejus.

28 Ac

28 ܘܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܐܡܪ܂ ܕܥܡ ܥܘܠܐ ܐܬܡܢܝ܀ 29 ܘܐܦ ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܥܒܪܝܢ ܗܘܘ ܡܓܕܦܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ܂ ܘܡܢܝܕܝܢ ܪܫܝܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ܂ ܐܘ ܫܪܐ ܗܝܟܠܐ ܘܒܢܐ ܠܗ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ܂ 30 ܦܨܐ ܢܦܫܟ ܘܚܘܬ ܡܢ ܙܩܝܦܐ܂ 31 ܘܗܟܘܬ ܐܦ ܪܒܝ ܟܗܢܐ܂ ܡܓܚܟܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܥܡ ܚܕ ܘܣܦܪܐ ܘܐܡܪܝܢ܂ ܐܚܪܢܐ ܐܚܝ܂ ܢܦܫܗ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܚܝܘ܂ 32 ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܗ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܢܚܘܬ ܗܫܐ ܡܢ ܙܩܝܦܐ ܕܢܚܙܐ ܘܢܗܝܡܢ ܒܗ܂ ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܐܙܕܩܦܘ ܗܘܘ ܥܡܗ܂ ܡܚܣܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ܀ 33 ܘܟܕ ܗܘܬ ܫܬ ܫܥܝܢ܂ ܗܘܐ ܚܫܘܟܐ ܥܠ ܟܠܗ ܐܪܥܐ܂ ܥܕܡܐ ܠܬܫܥ ܫܥܝܢ܂ 34 ܘܒܬܫܥ ܫܥܝܢ܂ ܩܥܐ ܝܫܘܥ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ܂ ܐܝܠ ܐܝܠ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ܂ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ܂ 35 ܘܐܢܫܝܢ ܕܫܡܥܘ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܐܠܝܐ ܩܪܐ܂ 36 ܘܪܗܛ ܚܕ ܘܡܠܐ ܐܣܦܘܓܐ ܚܠܐ܂ ܘܐܪܟܢ ܒܩܢܝܐ ܕܢܫܩܝܘܗܝ܂ ܘܐܡܪܘ܂ ܫܒܘܩܘ ܢܚܙܐ ܐܢ ܐܬܐ ܐܠܝܐ ܠܡܚܬܘܬܗ܂ 37 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܫܠܡ܂ 38 ܘܐܦܝ ܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܐܨܛܪܝ ܠܬܪܝܢ܂ ܡܢ ܠܥܠ ܥܕܡܐ ܠܬܚܬ܂ 39 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܩܢܛܪܘܢܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܠܘܬܗ܂ ܕܗܟܢܐ ܩܥܐ ܘܫܠܡ܂ ܐܡܪ܂ ܫܪܝܪܐܝܬ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܒܪܗ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ܂ 40 ܐܝܬ ܗܘܝ ܕܝܢ ܐܦ ܢܫܐ ܕܡܢ ܪܘܚܩܐ ܚܙܝܢ ܗܘܝ ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ܂ ܘܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܥܩܘܒ ܙܥܘܪܐ ܘܕܝܘܣܐ ܘܫܠܘܡ܂ 41 ܗܢܝܢ ܕܟܕ ܗܘܐ ܒܓܠܝܠܐ ܢܩܦܢ ܗܘܝ ܠܗ ܘܡܫܡܫܢ ܠܗ܂ ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܕܣܠܩ ܗܘܝ ܥܡܗ ܠܐܘܪܫܠܡ܀

42 ܘܟܕ

28 Ac impleta est scriptura quæ dixit; Cum iniquis reputatus est.

29 Et etiam illi verò qui transibant, blasphemabant eum, & movebant capita sua, ac dicebant; Vah qui solvis templum, & ædificas illud tribus diebus.

30 Libera teipsum, & descende de cruce.

31 Et sic etiam Principes Sacerdotum ridebant unus cum alio, & Scribæ, ac dicebant; Alios servavit, seipsum non potest servare.

32 Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus, ac credamus in eum. Et etiam illi verò qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

33 Quumque esset hora sexta, factæ sunt tenebræ supra universam terram usque ad horam nouam.

34 Et hora nona clamavit Jesus voce elata, & dixit: Il, Il, Lemono Schebactoni; quod est, Deus mi, Deus mi, ad quid deseruisti me?

35 Et quidam qui audierunt ex iis qui adstabant, dicebant; Eliam vocavit.

36 Cucurrit autem quidam, & implevit spongiam aceto, & alligavit arundini, ut potum præberet ei. Et dixerunt; Sinite, videamus an veniat Elias depositurus eum.

37 Ipse verò Jesus clamavit voce elata, & exspiravit.

38 Et facies portæ templi fissa est in duo, à summo usque ad imum.

39 Quum vidisset autem Centurio ille qui stabat juxta eum, quòd sic clamasset, & exspirasset, dixit; Verè ille homo Filius erat Dei.

40 Erant autem mulieres procul, quæ spectabant, Maria Magdalena, & Maria mater Jacobi parvi ac Jose, & Salome.

41 Quæ, quum esset in Galilæa, adhærebant ei, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ ascenderant cum eo Hierosolymam.

42 Quum

42 Quumque esset serum Parasceves, quæ est ante sabbathum,

43 Venit Joseph ille, qui *erat* à Rama, honorabilis Senator, qui etiam ipse exspectabat regnum Dei: & confidentiam sumsit, ac ingressus est ad Pilatum, petiitque corpus Jesu.

44 Pilatus autem miratus est, si jam mortuus fuisset: & advocavit Centurionem, ac interrogavit eum, num ante tempus mortuus esset.

45 Et quum didicisset, dedit corpus illius Josepho.

46 Et emit Joseph linteum, & detraxit illum, ac involvit illum in eo, posuitque illum in sepulcro, quod erat effossum in rupe, & devolvit lapidem super ostium sepulcri.

47 Maria verò Magdalena & Maria illa quæ erat Jose *mater* viderunt ubi positus esset.

42 ܘܟܕ ܗܘܐ ܪܡܫܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܩܕܡ
ܫܒܬܐ: 43 ܐܬܐ ܝܘܣܦ ܗܘ ܕܡܢ ܪܡܬܐ ܡܝܩܪܐ
ܒܘܠܘܛܐ: ܐܝܢܐ ܕܐܦ ܗܘ ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܐ
ܕܐܠܗܐ. ܘܐܬܚܪܝ ܘܥܠ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ: ܘܫܐܠ
ܦܓܪܗ ܕܝܫܘܥ. 44 ܦܝܠܛܘܣ ܕܝܢ ܬܡܗ ܕܐܠ
ܡܢ ܟܕܘ ܡܝܬ. ܘܩܪܐ ܠܩܢܛܪܘܢܐ. ܘܫܐܠܗ ܕܐܠ
ܡܢ ܩܕܡ ܙܒܢܗ ܡܝܬ. 45 ܘܟܕ ܝܠܦ ܝܗܒ
ܦܓܪܗ ܠܝܘܣܦ. 46 ܘܙܒܢ ܝܘܣܦ ܟܬܢܐ.
ܘܐܚܬܗ ܘܟܪܟܗ ܒܗ. ܘܣܡܗ ܒܩܒܪܐ ܕܢܩܝܪ
ܗܘܐ ܒܫܘܥܐ. ܘܥܓܠܗ ܟܐܦܐ ܥܠ ܬܪܥܗ ܕܩܒܪܐ.
47 ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܡܓܕܠܝܬܐ ܘܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܘܣܐ:
ܚܙܝ ܐܝܟܐ ܕܐܬܬܣܝܡ ⁘ ⁘ ⁘

CAPUT XVI.

1 ET quum transivisset sabbathum, Maria Magdalena & Maria Jacobi & Salome emerant aromata; ut venirent, & ungerent eum.

2 Aurora autem prima *die* Septimanæ venerunt ad sepulcrum, quum exortus esset sol.

3 Et dicebant apud seipsas; Quis verò devolvit nobis lapidem ab ostio sepulcri?

4 Et intuitæ sunt, & viderunt, quòd devolutus *esset* ille lapis: magnus enim erat valdè.

5 Et ingressæ sunt sepulcrum, ac viderunt adolescentem qui sedebat à dextra, & amictus erat stola candida, & admiratæ fuerunt.

6 Ipse verò dixit eis; Ne timeatis: Jesum Nazarenum quæritis qui crucifixus est: surrexit, non est hîc: ecce locus, ubi positus erat.

7 Sed abite, dicite discipulis ejus, & Cephæ, quòd ecce præcedit vobis in Galilæam, illic videbitis eum, sicut dixit vobis.

8 Et quum audivissent, fugerunt, & egressæ sunt è sepulcro: tenebat enim eas

ܩܦܠܐܘܢ ܝܘ

1 ܘܟܕ ܥܒܪ ܫܒܬܐ: ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ
ܘܡܪܝܡ ܕܝܥܩܘܒ ܘܫܠܘܡ: ܙܒܢ ܗܪܘܡܐ
ܕܢܐܬܝܢ ܢܡܫܚܢܝܗܝ ⁘ 2 ܒܨܦܪܐ ܕܝܢ
ܒܚܕ ܒܫܒܐ: ܐܬܝ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ ܟܕ ܕܢܚ ܫܡܫܐ.
3 ܘܐܡܪܢ ܗܘܝ ܒܢܦܫܗܝܢ: ܡܢ ܕܝܢ ܢܥܓܠ ܠܢ
ܟܐܦܐ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬ ܩܒܪܐ. 4 ܘܚܪܝ ܚܙܝ
ܕܡܥܓܠܐ ܗܝ ܟܐܦܐ. ܪܒܐ ܗܘܬ ܓܝܪ ܛܒ.
5 ܘܥܠܝ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ. ܘܚܙܝ ܠܥܠܝܡܐ
ܕܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܐ: ܘܥܛܝܦ ܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ.
ܘܐܬܕܡܪܝ. 6 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܝܢ. ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ.
ܠܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܒܥܝܢ ܐܢܬܝܢ ܗܘ ܕܐܙܕܩܦ: ܩܡ
ܠܗ ܠܐ ܗܘܐ ܬܢܢ. ܗܐ ܕܘܟܬܐ ܐܝܟܐ ܕܣܝܡ ܗܘܐ.
7 ܐܠܐ ܙܠܝܢ ܐܡܪܝܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܘܠܟܐܦܐ:
ܕܗܐ ܩܕܡ ܠܟܘܢ ܠܓܠܝܠܐ. ܬܡܢ ܬܚܙܘܢܗܝ ܐܝܟܢܐ
ܕܐܡܪ ܠܟܘܢ. 8 ܘܟܕ ܫܡܥܝܢ: ܥܪܩܝ ܘܢܦܩܝ
ܡܢ ܩܒܪܐ. ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܠܗܝܢ ܓܝܪ ܪܬܝܬܐ ܘܬܗܪܐ.
ܘܠܐܢܫ

ſtupor & tremor: & nemini quicquam dicebant: timebant enim.

9 Aurora autem, primo *die* hebdomadis ſurrexit, & conſpectus eſt primùm Mariæ Magdalenæ, illi ex qua ſeptem dæmonia ejecerat.

10 Et illa profecta nunciavit iis qui cum ipſo fuerant, qui lugebant & flebant.

11 Et illi, quum audirent, quod dicerent *mulieres*, quòd viveret, & conſpectus eſſet ſibi, non crediderunt eis.

12 Poſt hæc conſpectus eſt duobus ex ipſis in ſimilitudine alia, quum ambularent, & irent in vicum.

13 Et illi abeuntes dixerunt reliquis; neque illis crediderunt.

14 Poſtremò autem conſpectus eſt undecim accumbentibus, & exprobravit parvitatem fidei eorum, & duritatem cordis eorum; quòd illis, qui vidiſſent ipſum, quod ſurrexiſſet, non credidiſſent.

15 Et ait eis; Abite in mundum univerſum, & prædicate Euangelium meum inter omnem creaturam.

16 Is qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſervabitur; & is qui non crediderit, condemnabitur.

17 Signa autem eos qui credunt hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, & linguis novis loquentur:

18 Et ſerpentes tollent: &, ſi venenum lethale biberint, non moleſtum erit eis, & manus ſuas imponent ſuper infirmos, ac ſanabuntur.

19 Jeſus autem Dominus noſter, poſtquam loquutus fuiſſet cum eis, in cœlum aſcendit, & ſedit à dextera Dei.

20 Illi verò egreſſi ſunt, & prædicaverunt in omni loco: Dominuſque noſter auxilio erat eis, & confirmabat ſermones eorum per ſigna quæ faciebant.

Finitum eſt Euangelium ſanctum Prædicationis Marci: qui loquutus eſt, ac prædicavit Latinè Romæ.

R

EUAN-

EUANGELIUM SANCTUM PRÆDICATIONIS
LUCÆ EUANGELISTÆ.

Qui locutus est, & prædicavit Græcè in Alexandria magna.

CAPUT I.

Quoniam multi voluerunt scribere narrationem rerum gestarum illarum de quibus nos persuasissimus;

2 Prout tradiderunt nobis ii qui à principio fuerunt spectatores & ministri ipsius sermonis:

3 Visum est etiam mihi, propterea quod proximus fui accuratè illis omnibus, ut omnia ordine suo scribam tibi, excellens Theophile:

4 Ut agnoscas veritatem sermonum illorum quos edoctus fuisti.

5 Fuit diebus Herodis Regis Judææ Sacerdos quidam cui nomen erat Zacharias ex ministerio Familiæ Abiæ: & uxor ejus ex filiabus Aaronis, cujus nomen erat Elisabet.

6 Ambo autem justi erant coram Deo, & incedebant in omnibus mandatis ejus, & in rectitudine Domini, sine reprehensione.

7 Filius autem non erat eis, propterea quod Elisabet sterilis esset; & ambo provecti in diebus suis erant.

8 Fuerat autem quum sacerdotio fungeretur in ordine ministerii sui coram Deo:

9 In ritu sacerdotali accidit ei, ut faceret suffitum: & ingressus est in templum Domini.

10 Omnis autem congregatio populi orabat foris tempore suffitus.

11 Et conspectus est Zachariæ Angelus Domini stans à dextra altaris suffitus.

12 Et

ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ
ܕܠܘܩܐ ܡܤܒܪܢܐ

ܕܡܠܠ ܘܐܟܪܙ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܠܟܤܢܕܪܝܐ ܪܒܬܐ.

ܩܦܠܐܘܢ

1 ܡܛܠ ܕܤܓܝܐܐ ܨܒܘ ܕܢܟܬܒܘܢ ܫܘܥܝܐ ܕܤܘܥܪܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܚܢܢ ܡܦܤܝܢܢ ܒܗܘܢ. 2 ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܐܫܠܡܘ ܠܢ ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܗܘܘ ܚܙܝܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܡܠܬܐ: 3 ܐܬܚܙܝ ܐܦ ܠܝ ܡܛܠ ܕܩܪܝܒ ܗܘܝܬ ܝܨܝܦܐܝܬ ܠܟܠܗܘܢ: ܕܟܠ ܡܕܡ ܒܛܟܤܗ ܐܟܬܘܒ ܠܟ ܢܨܝܚܐ ܬܐܘܦܝܠܐ. 4 ܕܬܕܥ ܫܪܪܐ ܕܡܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܬܠܡܕܬ ܒܗܝܢ.

5 ܗܘܐ ܒܝܘܡܬܗ ܕܗܪܘܕܤ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ: ܟܘܡܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܙܟܪܝܐ. ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܒܝܬ ܐܒܝܐ. ܘܐܢܬܬܗ ܡܢ ܒܢܬܗ ܕܐܗܪܘܢ. ܫܡܗ ܗܘܐ ܐܠܝܫܒܥ. 6 ܬܪܝܗܘܢ ܕܝܢ ܟܐܢܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܡܗܠܟܝܢ ܗܘܘ ܒܟܠܗܘܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܘܒܟܐܢܘܬܗ ܕܡܪܝܐ ܕܠܐ ܪܫܝܢ. 7 ܒܪܐ ܕܝܢ ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܠܝܫܒܥ ܥܩܪܬܐ ܗܘܬ. ܘܬܪܝܗܘܢ ܩܫܝܫܝܢ ܒܝܘܡܬܗܘܢ ܗܘܘ. 8 ܗܘܐ ܕܝܢ ܟܕ ܡܟܗܢ ܗܘܐ ܒܛܟܤܐ ܕܬܫܡܫܬܗ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 9 ܒܥܝܕܐ ܕܟܗܢܘܬܐ: ܡܛܝܗ ܕܢܤܝܡ ܒܤܡܐ: ܘܥܠ ܠܗܝܟܠܗ ܕܡܪܝܐ. 10 ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ ܕܥܡܐ: ܡܨܠܐ ܗܘܐ ܠܒܪ ܒܥܕܢܐ ܕܒܤܡܐ. 11 ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܠܙܟܪܝܐ ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ. ܕܩܐܡ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܡܕܒܚܐ ܕܒܤܡܐ.

12 ܘܐܫܬܓܫ

12 ܘܐܫܬܓܫ ܙܟܪܝܐ ܟܕ ܚܙܝܗܝ. ܘܕܚܠܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠܘܗܝ. 13 ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܐܟܐ. ܠܐ ܬܕܚܠ ܙܟܪܝܐ: ܡܛܠ ܕܐܫܬܡܥܬ ܨܠܘܬܟ. ܘܐܢܬܬܟ ܐܠܝܫܒܥ ܬܠܕ ܠܟ ܒܪܐ: ܘܬܩܪܐ ܫܡܗ ܝܘܚܢܢ.
14 ܘܬܗܘܐ ܠܟ ܚܕܘܬܐ ܘܪܘܙܐ. ܘܣܓܝܐܐ ܢܚܕܘܢ ܒܡܘܠܕܗ. 15 ܢܗܘܐ ܓܝܪ ܪܒܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܚܡܪܐ ܘܫܟܪܐ ܠܐ ܢܫܬܐ. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܢܬܡܠܐ ܟܕ ܗܘ ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ. 16 ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܢܦܢܐ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ. 17 ܘܗܘ ܢܐܙܠ ܩܕܡܘܗܝ ܒܪܘܚܐ ܘܒܚܝܠܐ ܕܐܠܝܐ ܢܒܝܐ. ܕܢܦܢܐ ܠܒܐ ܕܐܒܗܐ ܥܠ ܒܢܝܐ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܡܕܥܐ ܕܟܐܢܐ. ܘܢܛܝܒ ܠܡܪܝܐ ܥܡܐ ܓܡܝܪܐ. 18 ܘܐܡܪ ܙܟܪܝܐ ܠܡܠܐܟܐ. ܐܝܟܢܐ ܐܕܥ ܗܕܐ. ܐܢܐ ܓܝܪ ܣܒܬ. ܘܐܢܬܬܝ ܥܠܬ ܒܝܘܡܬܗ.
19 ܘܥܢܐ ܡܠܐܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܢܐ ܓܒܪܝܐܝܠ ܕܩܐܡ ܐܢܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܐܫܬܠܚܬ ܕܐܡܠܠ ܥܡܟ ܘܐܣܒܪܟ ܗܠܝܢ. 20 ܡܟܝܠ ܬܗܘܐ ܫܬܝܩ ܘܠܐ ܬܫܟܚ ܠܡܡܠܠܘ: ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܗܠܝܢ ܢܗܘܝܢ. ܚܠܦ ܕܠܐ ܗܝܡܢܬ ܠܡܠܝ ܗܠܝܢ ܕܡܫܬܡܠܝܢ ܒܙܒܢܗܝܢ. 21 ܥܡܐ ܕܝܢ ܩܐܡ ܗܘܐ ܘܡܣܟܐ ܠܙܟܪܝܐ ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܡܘܚܪܗ ܕܒܗܝܟܠܐ. 22 ܟܕ ܢܦܩ ܕܝܢ ܙܟܪܝܐ: ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܡܠܠܘ ܥܡܗܘܢ. ܘܐܣܬܟܠܘ ܕܚܙܘܐ ܚܙܐ ܒܗܝܟܠܐ. ܘܗܘ ܡܪܡܙ ܪܡܙ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܘܦܫ ܟܕ ܚܪܫ. 23 ܘܟܕ ܡܠܝܘ ܝܘܡܬܐ ܕܬܫܡܫܬܗ. ܐܙܠ ܠܒܝܬܗ. 24 ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ: ܒܛܢܬ ܐܠܝܫܒܥ ܐܢܬܬܗ. ܘܡܛܫܝܐ ܗܘܬ ܢܦܫܗ ܝܪܚܐ ܚܡܫܐ. ܘܐܡܪܐ ܗܘܬ.

12 Et conturbatus est Zacharias quum videret eum, & timor incidit super eum.

13 Et dixit ei Angelus; Ne timeas, Zacharia; quia exaudita est oratio tua, & uxor tua Elisabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Johannem:

14 Eritque tibi gaudium & exsultatio: & multi gaudebunt de ejus nativitate:

15 Erit enim magnus coram Domino; & vinum & siceram non bibet; & Spiritu sancto implebitur adhuc ipse *existens* in ventre matris suæ:

16 Et multos ex filiis Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum.

17 Et ipse procedet coram eo in Spiritu & in virtute Eliæ Prophetæ; ut convertat cor patrum ad filios, & eos qui sunt contumaces, ad cognitionem rectorum; & præparabit Domino populum perfectum.

18 Et dixit Zacharias ad Angelum; Quomodo noscam istud? Ego enim sum senex, & uxor mea provecta in diebus suis est.

19 Et respondit Angelus, & dixit ei; Ego sum Gabriel, qui adsto coram Deo, & missus sum ut loquar tecum, & nunciem tibi hæc.

20 Deinceps silebis, neque poteris loqui usque in diem quo hæc fient, eò quòd non credidisti sermonibus meis, qui implebuntur tempore suo.

21 Populus autem stabat, & exspectabat Zachariam, & mirabatur de mora ejus quæ *fieret* in templo.

22 Quum egressus autem esset Zacharias, non poterat loqui cum eis; & intellexerunt quòd visionem vidisset in templo: & ipse nutu innuebat eis: & mansit mutus.

23 Et quum impleti essent dies ministerii ejus, venit domum suam.

24 Et factum est post dies eos concepit Elisabet uxor ejus: & occultabat seipsam mensibus quinque, ac dicebat:

25 Hæc fecit mihi Dominus diebus quibus respexit me, ad auferendum opprobrium meum inter homines.

26 Mense autem sexto missus est Gabriel Angelus à Deo in Galilæam in civitatem cujus nomen Nazaret,

27 Ad virginem quæ desponsata erat viro, cujus nomen erat Joseph, de domo David; & nomen virgini erat Maria.

28 Et ingressus est ad eam Angelus, & dixit ei: Pax tibi, plena gratia: Dominus noster tecum: benedicta inter mulieres:

29 Illa verò quum vidisset, conturbata est sermone ejus, & cogitabat cujusnam esset salutatio ista.

30 Et dixit ei Angelus; Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum:

31 Ecce enim concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jesum.

32 Hic erit magnus, & Filius Excelsi vocabitur, & dabit ei Dominus Deus solium Davidis patris ipsius.

33 Et regnabit super domum Jacobi in æternum, & regno ejus finis non erit.

34 Dixit Maria ad Angelum; Quomodo fiet istud, quia vir non est cognitus mihi?

35 Respondit Angelus, & dixit ei; Spiritus Sanctus veniet, & virtus Excelsi obteget te: propter hoc is qui nascetur ex te, Sanctus est, & Filius Dei vocabitur.

36 Et ecce Elisabet cognata tua etiam ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est ipsi quæ vocatur sterilis.

37 Quia non est difficile Deo quicquam.

38 Dixit Maria; Ecce ego sum ancilla Domini, fiat mihi juxta sermonem tuum. Et abiit Angelus ab ea.

39 Surrexit autem Maria illis ipsis diebus, & profecta est sedulò in montem, in civitatem Judææ.

25 ܕܗܠܝܢ ܥܒܕ ܠܝ ܡܪܝܐ ܒܝܘܡܬܐ ܕܚܪ ܒܝ ܠܡܣܒ ܚܣܕܝ ܕܒܝܬ ܒܢܝܢܫܐ܀ 26 ܒܝܪܚܐ ܕܝܢ ܕܫܬܐ ܐܫܬܠܚ ܓܒܪܝܐܝܠ ܡܠܐܟܐ ܡܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܠܓܠܝܠܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܗ ܢܨܪܬ܂ 27 ܠܘܬ ܒܬܘܠܬܐ ܕܡܟܝܪܐ ܠܓܒܪܐ ܕܫܡܗ ܝܘܣܦ܂ ܡܢ ܒܝܬܗ ܕܕܘܝܕ܂ ܘܫܡܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ܂ 28 ܘܥܠ ܠܘܬܗ ܡܠܐܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ܂ ܡܪܢ ܥܡܟܝ ܒܪܝܟܬܐ ܒܢܫ̈ܐ܂ 29 ܗܝ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܬ ܐܬܬܙܝܥܬ ܒܡܠܬܗ܂ ܘܡܬܚܫܒܐ ܗܘܬ ܕܡܢܘ ܗܢܐ ܫܠܡܐ܂ 30 ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܐܟܐ܂ ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ ܡܪܝܡ܂ ܐܫܟܚܬܝ ܓܝܪ ܛܝܒܘܬܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ܂ 31 ܗܐ ܓܝܪ ܬܩܒܠܝܢ ܒܛܢܐ ܘܬܐܠܕܝܢ ܒܪܐ ܘܬܩܪܝܢ ܫܡܗ ܝܫܘܥ܂ 32 ܗܢܐ ܢܗܘܐ ܪܒܐ ܘܒܪܗ ܕܡܪܝܡܐ ܢܬܩܪܐ܂ ܘܢܬܠ ܠܗ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܟܘܪܣܝܐ ܕܕܘܝܕ ܐܒܘܗܝ܂ 33 ܘܢܡܠܟ ܥܠ ܒܝܬܗ ܕܝܥܩܘܒ ܠܥܠܡ܂ ܘܠܡܠܟܘܬܗ ܣܘܦܐ ܠܐ ܢܗܘܐ܂ 34 ܐܡܪܐ ܡܪܝܡ ܠܡܠܐܟܐ܂ ܐܝܟܢܐ ܬܗܘܐ ܗܕܐ ܕܓܒܪܐ ܠܐ ܝܕܝܥ ܠܝ܂ 35 ܥܢܐ ܡܠܐܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܬܐܬܐ܂ ܘܚܝܠܗ ܕܡܪܝܡܐ ܢܓܢ ܥܠܝܟܝ܂ ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܕܡܬܝܠܕ ܡܢܟܝ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܘܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܢܬܩܪܐ܂ 36 ܘܗܐ ܐܠܝܫܒܥ ܐܚܝܢܬܟܝ ܐܦ ܗܝ ܒܛܢܐ ܒܪܐ ܒܣܝܒܘܬܗ܂ ܘܗܢܐ ܝܪܚܐ ܫܬܬܐ ܠܗ ܠܗܝ ܕܡܬܩܪܝܐ ܥܩܪܬܐ܂ 37 ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܛܠܐ ܠܐܠܗܐ ܡܕܡ܂ 38 ܐܡܪܐ ܡܪܝܡ ܗܐ ܐܢܐ ܐܡܬܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܢܗܘܐ ܠܝ ܐܝܟ ܡܠܬܟ܂ ܘܐܙܠ ܡܠܐܟܐ ܡܢ ܠܘܬܗ܀ 39 ܩܡܬ ܕܝܢ ܡܪܝܡ ܒܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܘܐܙܠܬ ܒܝܨܝܦܘܬܐ ܠܛܘܪܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܝܗܘܕ܂

40 Et ingressa est domum Zachariæ, & salutavit Elisabet.

41 Et factum est quum audiret Elisabet salutationem Mariæ, exsultavit infans in ventre ejus, & impleta est Spiritu sancto.

42 Et clamavit voce elata, ac dixit Mariæ: benedicta tu inter mulieres, & benedictus est fructus qui *est* in utero tuo.

43 Unde mihi hoc, ut mater Domini mei veniat ad me?

44 Ecce enim, quum incidit vox salutationis tuæ in aures meas, gaudio magno exsultavit infans in utero meo.

45 Et beata ea quæ credidit, quia complementum erit illis quæ dicta sunt illi à Domino.

46 Et dixit Maria: Magnificat anima mea Dominum:

47 Et lætatur spiritus meus in Deo Servatore meo:

48 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim deinceps beatitudinem tribuent mihi generationes omnes:

49 Quia fecit mihi magna is qui potens est, & sanctum nomen ejus:

50 Et gratia ejus in progenies & generationes erga eos qui timent ipsum.

51 Fecit victoriam brachio suo, & dispersit superbos in cogitatione cordis ipsorum.

52 Detraxit potentes è thronis, & exaltavit humiles.

53 Esurientes saturavit bonis, & divites dimisit vacuè.

54 Adjuvit Israelem servum suum; ut recordaretur gratiæ suæ

55 (Sicut loquutus est cum patribus, cum Abrahamo, & cum semine ejus) in æternum.

56 Mansit autem Maria apud Elisabet quasi menses tres, & reversa est domum suam.

57 Advenerat autem Elisabetæ tempus, ut pareret: & peperit filium.

58 Et audiverunt vicini ejus & cognati ejus, quòd magnificasset Deus gratiam suam erga eam: & gaudebant cum ea.

59 Et die octavo venerunt ad circumcidendum puerum: & vocabant eum nomine

nomine patris sui Zachariam.
60 Et respondit mater illius, & dixit eis; Non sic, sed vocabitur Johannes.
61 Et dixerunt ad eam; Non est quisquam qui vocetur in genere tuo nomine hoc.
62 Et innuerunt patri ejus quomodo vellet nominare eum.
63 Et petiit tabellam, & scripsit, ac dixit; Johannes est nomen ejus. Et miratus est quisque.
64 Et illico apertum est os ejus, & lingua ejus, & loquutus est, ac benedixit Deo.
65 Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & in universo monte Judææ ista dicebantur.
66 Et omnes qui audiverunt cogitabant in cordibus suis, & dicebant; Quidnam erit puer iste? Et manus Domini erat cum eò.
67 Et impletus est Zacharias pater ejus Spiritu sancto, prophetavitque, & dixit:
68 Benedictus sit Dominus Deus Israel, qui visitavit populum suum, & fecit ei salutem:
69 Et erexit nobis cornu salutis in domo David servi sui;
70 Sicut loquutus est per os Prophetarum suorum sanctorum, qui *fuerunt* à seculo;
71 Quod redempturus esset nos ab inimicis nostris, & de manu omnium inimicorum nostrorum.
72 Et exercuit gratiam suam cum patribus nostris, & recordatus est pactorum suorum sanctorum,
73 Et juramenti quod juravit Abrahamo patri nostro; quòd daturus esset nobis,
74 Ut servaremur de manu hostium nostrorum, & sine timore serviremus coram eo,
75 Omnibus diebus nostris in rectitudine & justitia.
76 Et tu puer, Propheta Excelsi vocaberis, ibis enim ante faciem Domini, ut pares viam ejus;
77 Ut daret scientiam vitæ populo suo, in remissionem peccatorum eorum:
78 Per viscera gratiæ Dei nostri, quibus visitabit nos oriens ex alto:

79 Ad

ܒܫܡ ܐܒܘܗܝ ܙܟܪܝܐ. 60 ܘܥܢܬ ܐܡܗ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ. ܠܐ ܗܟܢܐ. ܐܠܐ ܢܬܩܪܐ ܝܘܚܢܢ. 61 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܕܠܝܬ ܐܢܫ ܕܡܬܩܪܐ ܒܫܪܒܬܟܝ ܒܫܡܐ ܗܢܐ. 62 ܘܪܡܙܘ ܠܐܒܘܗܝ ܐܝܟܢܐ ܕܨܒܐ ܕܢܫܡܝܘܗܝ. 63 ܘܫܐܠ ܦܢܩܝܬܐ ܘܟܬܒ. ܘܐܡܪ ܝܘܚܢܢ ܗܘ ܫܡܗ. ܘܐܬܕܡܪܘ ܟܠܗܘܢ. 64 ܘܡܚܕܐ ܐܬܦܬܚ ܦܘܡܗ ܘܠܫܢܗ: ܘܡܠܠ ܘܡܒܪܟ ܠܐܠܗܐ. 65 ܘܗܘܬ ܕܚܠܬܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܫܒܒܝܗܘܢ. ܘܒܟܠܗ ܛܘܪܐ ܕܝܗܘܕ. ܡܬܡܠܠܢ ܗܘܝ ܗܠܝܢ. 66 ܘܟܠܗܘܢ ܕܫܡܥܘ ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܒܠܒܗܘܢ: ܘܐܡܪܝܢ. ܡܢܐ ܟܝ ܢܗܘܐ ܛܠܝܐ ܗܢܐ. ܘܐܝܕܗ ܕܡܪܝܐ ܗܘܬ ܥܡܗ. 67 ܘܐܬܡܠܝ ܙܟܪܝܐ ܐܒܘܗܝ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܐܬܢܒܝ ܘܐܡܪ. 68 ܡܒܪܟ ܗܘ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܕܣܥܪ ܥܡܗ ܘܥܒܕ ܠܗ ܦܘܪܩܢܐ. 69 ܘܐܩܝܡ ܠܢ ܩܪܢܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܒܒܝܬܗ ܕܕܘܝܕ ܥܒܕܗ. 70 ܐܝܟ ܕܡܠܠ ܒܦܘܡܐ ܕܢܒܝܘܗܝ ܩܕܝܫܐ ܕܡܢ ܥܠܡ. 71 ܕܢܦܪܩܢ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܢ. ܘܡܢ ܐܝܕܐ ܕܟܠܗܘܢ ܣܢܐܝܢ. 72 ܘܥܒܕ ܚܢܢܗ ܥܡ ܐܒܗܝܢ. ܘܐܬܕܟܪ ܠܩܝܡܘܗܝ ܩܕܝܫܐ: 73 ܘܡܘܡܬܐ ܕܝܡܐ ܠܐܒܪܗܡ ܐܒܘܢ. ܕܢܬܠ ܠܢ 74 ܕܢܬܦܪܩ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝܢ. ܘܕܠܐ ܕܚܠܐ ܢܦܠܘܚ ܩܕܡܘܗܝ. 75 ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܝܢ: ܒܟܐܢܘܬܐ ܘܒܙܕܝܩܘܬܐ. 76 ܘܐܢܬ ܛܠܝܐ ܢܒܝܗ ܕܥܠܝܐ ܬܬܩܪܐ. ܬܐܙܠ ܓܝܪ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܗ ܕܡܪܝܐ ܕܬܛܝܒ ܐܘܪܚܗ. 77 ܕܬܬܠ ܝܕܥܬܐ ܕܚܝܐ ܠܥܡܗ ܒܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ. 78 ܒܪܚܡܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܕܐܠܗܢ. ܕܒܗܘܢ ܢܣܥܪܢ ܕܢܚܐ ܡܢ ܪܘܡܐ.

79 ܠܡܢܗܪܘ

79 ܠܡܢܗܪܘ ܠܝܬܒܝ ܒܚܫܘܟܐ ܘܒܛܠܠܐ ܕܡܘܬܐ ܘܢܬܪܘܨ ܪܓܠܝܢ ܒܐܘܪܚܐ ܕܫܠܡܐ. 80 ܛܠܝܐ ܕܝܢ ܪܒܐ ܗܘܐ ܘܡܬܚܝܠ ܒܪܘܚܐ. ܘܒܡܕܒܪܐ ܗܘܐ: ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܐܬܚܘܝ ܠܝܣܪܝܠ ✤ ✤ ✤ ✤

79 Ad illuminandum eos qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ut dirigeret pedes nostros in viam pacis.

80 Puer autem crescebat, & corroborabatur Spiritu: & in deserto erat usque in diem ostensionis ejus apud Israelem.

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

CAPUT II.

1 ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ: ܢܦܩ ܦܘܩܕܢܐ ܡܢ ܐܓܘܣܛܘܣ ܩܣܪ. ܕܢܬܟܬܒ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܘܚܕܢܗ. 2 ܗܢܐ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܗܘܬ: ܒܗܓܡܘܢܘܬܐ ܕܩܘܪܝܢܘܣ ܒܣܘܪܝܐ. 3 ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܟܠܢܫ ܕܢܬܟܬܒ ܒܡܕܝܢܬܗ. 4 ܣܠܩ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܝܘܣܦ ܡܢ ܢܨܪܬ ܕܓܠܝܠܐ ܠܝܗܘܕ: ܠܡܕܝܢܬܗ ܕܕܘܝܕ ܕܡܬܩܪܝܐ ܒܝܬ ܠܚܡ. ܡܛܠ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܒܝܬܗ ܘܡܢ ܫܪܒܬܗ ܕܕܘܝܕ. 5 ܥܡ ܡܪܝܡ ܡܟܝܪܬܗ ܟܕ ܒܛܝܢܐ ܕܬܡܢ ܢܬܟܬܒ. 6 ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܬܡܢ ܐܢܘܢ: ܐܬܡܠܝܘ ܝܘܡܝܗ ܕܬܐܠܕ. 7 ܘܝܠܕܬ ܒܪܗ ܒܘܟܪܐ: ܘܟܪܟܬܗ ܒܥܙܪܘܪܐ ܘܐܪܡܝܬܗ ܒܐܘܪܝܐ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܘܟܐ ܐܝܟܐ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ. 8 ܪܥܘܬܐ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܘ ܒܗ ܒܐܬܪܐ ܗܘ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ: ܘܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܡܛܪܬܐ ܕܠܠܝܐ ܥܠ ܡܪܥܝܬܗܘܢ. 9 ܘܗܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܬܫܒܘܚܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܢܗܪ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܕܚܠܘ ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ. 10 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܠܐܟܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ ܗܐ ܓܝܪ ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ: ܕܬܗܘܐ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ: 11 ܐܬܝܠܕ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܝܘܡܢܐ ܦܪܘܩܐ: ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܪܝܐ ܡܫܝܚܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܕܕܘܝܕ:

12 ܘܗܕܐ

1 Diebus autem illis exiit edictum ab Augusto Cæsare, ut describeretur universus populus possessionis ejus.

2 Hæc descriptio prima fuit sub præfectura Quirini in Syria.

3 Et ibat quisque, ut describeretur, in urbem suam.

4 Et ascenderat autem Joseph quoque à Nazareth Galilææ in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, (quia erat ex domo & ex genere Davidis)

5 Cum Maria sponsa sua prægnante; ut ibi describeretur.

6 Et quum esset illic complebantur dies ejus ut pareret.

7 Et peperit Filium suum primogenitum, ac involvit eum linteolis, & posuit eum in præsepi: quia non erat eis locus ubi diversabantur.

8 Pastores autem erant in ea regione, qui commorabantur ibi, & custodiebant custodias noctis pro gregibus suis.

9 Et ecce, Angelus Dei venit ad eos, & gloria Domini illuminavit eos, & timuerunt timore magno.

10 Et dixit eis Angelus; Ne timeatis: ecce enim annuncio vobis gaudium magnum, quod erit universo mundo.

11 Natus est enim vobis hodiè Servator, qui est Dominus Christus, in civitate Davidis.

12 Et

12 Et hoc vobis signum: Invenietis infantem involutum linteolis, & positum in præsepi.

13 Et repentè conspecti sunt cum Angelo exercitus multi cœlorum laudantes Deum, & dicentes:

14 Gloria Deo in excelsis, & supra terram pax, & spes bona hominibus.

15 Et factum est, ut, quum abivissent ab eis Angeli in cœlum, loquerentur pastores unus cum alio, & dicerent: Descendamus Bethlehemum, & videamus verbum hoc, quod factum est, quemadmodum Dominus patefecit nobis.

16 Et venerunt festinanter, & invenerunt Mariam & Josephum, & puerum qui positus erat in præsepi.

17 Et quum vidissent, manifestaverunt sermonem, qui dictus fuerat illis de illo puerulo.

18 Et omnes qui audierunt mirati sunt de iis quæ dicebantur sibi à pastoribus.

19 Maria verò conservabat omnia verba hæc, & conferebat in corde suo.

20 Et reversi sunt pastores illi glorificantes & laudantes Deum super omnibus quæ viderant, & audierant, sicut dictum fuerat eis.

21 Et quum implerentur octo dies, ut circumcideretur puerulus, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum fuerat ab Angelo, priusquam conciperetur in utero.

22 Et quum impleti essent dies purificationis eorum secundùm legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, ut sisterent eum coram Domino;

23 Sicut scriptum est in lege Domini; Omnis masculus adaperiens vulvam sanctus Domini vocabitur:

24 Et ut darent victimam secundùm id quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbæ.

25 Vir autem quidam erat Hierosolymis, cujus nomen erat Simeon; & vir iste erat rectus & justus, & exspectabat conso-

solationem Israelis, & Spiritus Sanctus erat super eo.

26 Et dictum fuerat ei à Spiritu Sancto, quòd non visurus esset mortem, usquedum viderit Christum illum Domini.

27 Hic ipse venerat per Spiritum in templum: & quum introducerent parentes Jesum puerum, ut facerent pro eo sicut mandatum est in lege,

28 Accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deo, ac dixit:

29 Deinceps dimitte tu servum tuum, Domine mi, juxta sermonem tuum in pace:

30 Quia ecce viderunt oculi mei Gratiam tuam,

31 Quam parasti ante faciem omnium nationum:

32 Lumen ad revelationem populorum, & gloriam populo tuo Israeli.

33 Josephus autem & mater ejus mirabantur super iis quæ dicebantur de eo.

34 Et benedixit eis Simeon, ac dixit Mariæ matri ejus: Ecce hic positus est in casum & resurrectionem multorum in Israele, & in signum contradictionis.

35 Et animam autem tuam pertransibit lancea, ut revelentur cogitationes cordium multorum.

36 Hanna autem Prophetissa, filia Phanuelis, ex tribu Aser, ipsa quoque provectæ ætatis erat, & septem annos cum viro suo vixerat à virginitate sua.

37 Et erat vidua quasi annorum octoginta & quatuor: & non abscedebat à templo; sed jejunio & oratione colebat *Deum* die & nocte.

38 Et ipsa quoque adstitit eadem hora, & gratias egit Domino, & loquebatur de illo cum quolibet qui exspectabat liberationem Hierosolymæ.

39 Et quum perfecissent omnia prout *est* in lege Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth.

40 Puer

S

40 Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, ac implebatur sapientia, & gratia Dei erat super eo.

41 Et homines (*i. e. parentes*) ejus quolibet anno ibant Hierosolymam festo Paschatis.

42 Quumque esset annorum duodecim, ascenderunt sicut soliti erant ad festum.

43 Et quum complevissent dies, reversi sunt: Jesus autem puer remansit Hierosolymis; & Josephus & mater ejus nesciebant.

44 Existimabant enim quod cum comitibus suis esset: & quum venissent itinere diei unius, quærebant eum apud homines suos, & apud eum qui noverat ipsos.

45 Et non invenerunt eum: & reversi sunt iterum Hierosolymam, & quærebant eum.

46 Et post tres dies invenerunt eum in templo sedentem *in* medio Doctorum, & audientem ex eis, & interrogantem eos.

47 Et admirabantur omnes, qui audiebant eum, sapientiam ejus, & responsa ejus.

48 Quumque vidissent eum, mirati sunt: & dixit ei mater ejus; Fili mi, quare fecisti nobis sic? quoniam ecce ego & pater tuus cum anxietate multa quærebamus te.

49 Dixit eis; Quid quærebatis me? nesciebatis vos quod in domo Patris mei oportet me esse?

50 Ipsi autem non intellexerunt sermonem quem dixit eis.

51 Et descendit cum eis, ac venit Nazareth: & erat subjectus eis. Mater autem ipsius conservabat omnes sermones in corde suo.

52 Jesus autem crescebat statura sua & sapientia sua, ac gratia apud Deum & homines.

CAPUT

CAPUT III.

1 ANno autem quintodecimo regni Tiberii Cæsaris, in præfectura Pontii Pilati in Judæa, quum Tetrarcha *esset* Herodes in Galilæa, & Philippus frater ejus Tetrarcha in Ituria, & in regione Trachonitidis, & Lysanias Tetrarcha Abilenes,

2 In principatu sacerdotii Annæ & Cajaphæ factus est sermo Dei ad Johannem filium Zachariæ in deserto.

3 Et venit in universam regionem quæ est circa Jordanem, prædicans baptismum conversionis in remissionem peccatorum:

4 Sicut scriptum est in libro sermonum Jesaiæ Prophetæ, qui dixit: Vox clamantis in deserto; Parate viam Domini, & dirigite in planitie semitas Deo nostro.

5 Omnes valles implebuntur, & omnes montes & colles deprimentur: & erit tumulus in humilem *locum*, & locus asper in planitiem.

6 Et videbit omnis caro vitam Dei.

7 Et dicebat ad turbas eorum qui veniebant ad ipsum ut baptizarentur; Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira futura?

8 Facite igitur fructus qui digni sint conversione. Et ne cœperitis dicere apud vos ipsos; Pater est nobis Abraham; dico enim vobis, quòd ex istis lapidibus potest Deus suscitare filios Abrahamo.

9 Ecce autem securis posita est ad radicem arborum: omnis igitur arbor quæ fructus bonos non facit, exscinditur, & in ignem ruit.

10 Et interrogabant eum turbæ, ac dicebant; Quid igitur faciemus?

11 Respondit, ac dixit eis; Is cui sunt duæ tunicæ, det illi cui non est: & is

40 Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, ac implebatur sapientia, & gratia Dei erat super eo.

40 ܛܠܝܐ ܕܝܢ ܪܒܐ ܗܘܐ ܘܡܬܚܝܠ ܒܪܘܚܐ ܘܡܬܡܠܐ ܚܟܡܬܐ. ܘܛܝܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܬ ܥܠܘܗܝ.

41 Et homines (*i. e. parentes*) ejus quolibet anno ibant Hierosolymam festo Paschatis.

41 ܘܝܠܘܕܘܗܝ ܒܟܠ ܫܢܐ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܠܐܘܪܫܠܡ ܒܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ.

25 Priùs autem futurum est, ut patiatur multa, & reprobetur à generatione hac.

26 Et sicut factum est diebus Noë, sic erit diebus Filii hominis.

27 Comedebant & bibebant, & ducebant uxores, & dabant maritis, usque in diem quo ingressus est Noë in arcam; & venit diluvium, & perdidit omnes.

28 Et sicut rursus factum est diebus Loti: comedebant & bibebant, & emebant ac vendebant, & plantabant, ac ædificabant:

29 Die autem, quo egressus est Lot Sodom, pluere fecit Dominus ignem & sulphur è cœlo, & perdidit omnes.

30 Sic erit die quo revelabitur Filius hominis.

31 Illo die, qui in tecto fuerit, & vasa ejus in domo, non descendat, ut tollat ea: & qui in agro fuerit, non revertatur ad *ea quæ sunt* post se.

32 Memores estote uxoris Loti.

33 Qui voluerit servare animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam, servabit eam.

34 Dico vobis, quòd illa nocte duo erunt in uno lecto; unus accipietur, & alter relinquetur.

35 Et duæ erunt molentes simul; una accipietur, & altera relinquetur.

36 Duo erunt in agro; unus accipietur, & alter relinquetur.

37 Responderunt, & dixerunt ei; Quò, Domine noster? Dixit eis; Ubi *erit* corpus, illic congregabuntur aquilæ.

ܬܬܪܓܪܓܘܢ ܠܡܚܙܐ ܚܕ ܡܢ ܝܘܡܬܗ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܘܠܐ ܬܚܙܘܢ. 23 ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܠܟܘܢ ܗܐ ܗܪܟܐ ܗܘ: ܘܗܐ ܗܘ ܬܡܢ ܗܘ ܠܐ ܬܐܙܠܘܢ. 24 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܒܪܩܐ ܕܒܪܩ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܟܠܗ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ ܡܢܗܪ: ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܒܝܘܡܗ. 25 ܠܘܩܕܡ ܕܝܢ ܥܬܝܕ ܗܘ ܕܢܚܫ ܣܓܝܐܬܐ. ܘܢܣܬܠܐ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܗܕܐ. 26 ܘܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܒܝܘܡܬܗ ܕܢܘܚ: ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܝܘܡܬܗ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. 27 ܕܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܘܫܬܝܢ. ܘܢܣܒܝܢ ܢܫܐ ܘܝܗܒܝܢ ܠܓܒܪܐ. ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܥܠ ܢܘܚ ܠܟܘܝܠܐ: ܘܐܬܐ ܛܘܦܢܐ ܘܐܘܒܕ ܠܟܠܗܘܢ. 28 ܘܐܝܟܢܐ ܬܘܒ ܕܗܘܐ ܒܝܘܡܬܗ ܕܠܘܛ: ܕܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܘܫܬܝܢ: ܘܙܒܢܝܢ ܘܡܙܒܢܝܢ: ܘܢܨܒܝܢ ܘܒܢܝܢ: 29 ܒܝܘܡܐ ܕܝܢ ܕܢܦܩ ܠܘܛ ܡܢ ܣܕܘܡ: ܐܡܛܪ ܡܪܝܐ ܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܘܒܕ ܠܟܠܗܘܢ: 30 ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܝܘܡܐ ܕܡܬܓܠܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. 31 ܒܗܘ ܝܘܡܐ. ܡܢ ܕܒܐܓܪܐ ܗܘ ܘܡܐܢܘܗܝ ܒܒܝܬܐ: ܠܐ ܢܚܘܬ ܕܢܫܩܘܠ ܐܢܘܢ. ܘܡܢ ܕܒܚܩܠܐ ܗܘ ܠܐ ܢܬܗܦܟ ܠܒܣܬܪܗ. 32 ܐܬܕܟܪܘ ܠܐܢܬܬܗ ܕܠܘܛ. 33 ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܚܐ ܢܦܫܗ ܢܘܒܕܝܗ. ܘܡܢ ܕܢܘܒܕ ܢܦܫܗ ܢܚܝܗ. 34 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܒܗܘ ܠܠܝܐ: ܬܪܝܢ ܢܗܘܘܢ ܒܥܪܣܐ ܚܕܐ. ܚܕ ܢܬܕܒܪ ܘܐܚܪܢܐ ܢܫܬܒܩ. 35 ܘܬܪܬܝܢ ܢܗܘܝܢ ܛܚܢܢ ܐܟܚܕܐ. ܚܕܐ ܬܬܕܒܪ ܘܐܚܪܬܐ ܬܫܬܒܩ. 36 ܬܪܝܢ ܢܗܘܘܢ ܒܚܩܠܐ. ܚܕ ܢܬܕܒܪ ܘܐܚܪܢܐ ܢܫܬܒܩ. 37 ܥܢܘ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܠܐܝܟܐ ܡܪܢ: ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܝܟܐ ܕܦܓܪܐ ܐܦ ܢܫܪܐ ܢܬܟܢܫܘܢ ܀

CAPUT XVIII.

1 Dixit autem eis etiam [illegible] ut omni tempore [illegible] non esset eis tædio.

2 Judex quidam erat in civitate [illegible] qui Deum non timebat, & hom[illegible] reverebatur.

3 Vidua autem quædam erat in civitate illa, & venit ad eum, & dixit; Vindica me ab adversario meo.

4 Et nolebat tempore multo: postea verò dixit apud se; Si Deum non timeo, & homines non verear;

5 Tamen, quia molestiam exhibet mihi hæc vidua, vindicabo eam; ne omni tempore veniens molesta sit mihi.

6 Et dixit Dominus noster; Audite quid dixerit judex iniquus.

7 Deus autem non potiùs vindicabit electos suos, qui clamant ad ipsum die ac nocte, & longanimis erit erga illos?

8 Dico vobis, quòd vindicabit eos citò. Veruntamen veniet Filius hominis, & inventurusne est fidem in terra?

9 Et dicebat parabolam hanc contra quosdam, qui sibi confidunt, quod [illegible] justi, & contemnunt omnes.

10 Duo homines ascenderunt in templum ad orandum, unus Pharisæus & alter publicanus.

11 Et ille Pharisæus stabat [illegible] hæc orabat; Deus, gratias ago tibi [illegible] non fuerim sicut reliqui homines; [illegible] res, injurii, & adulteri; neque [illegible] publicanus.

12 Sed jejuno bis septimana, & [illegible] mo quicquid possideo:

13 Ille verò publicanus stabat [illegible] & non volebat, etiam ne oculos [illegible] suos attollere in cœlum; sed percutiebat [illegible]

pectus suum, & dicebat; Deus, gratiosus esto mihi peccatori.

14 Dico vobis; Descendit hic justificatus domum suam, potiùs quàm ille Pharisæus. Quisquis enim extulerit seipsum, deprimetur: & quisquis depresserit seipsum, extolletur.

15 Offerebant autem ei infantes, ut tangeret eos: & viderunt illos discipuli ejus, & objurgaverunt illos.

16 Ipse verò Jesus vocavit eos, & dixit eis; Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibeatis eos: illorum enim, qui sunt sicut ii, illorum *inquam*, est regnum cœlorum.

17 Amen dico vobis; Is qui non acceperit regnum Dei tanquam parvulus, non intrabit in illud.

18 Et interrogavit eum quidam ex Primoribus, & dixit ei: Præceptor bone, quid faciam, ut hæreditatem consequar vitæ, quæ est in perpetuum?

19 Dixit ei Jesus; Quid vocas me bonum? cum non sit bonus nisi unus Deus.

20 Mandata nosti; Non occides, Nec committes adulterium, Nec furaberis, Nec testaberis testimonium falsum: Honora patrem tuum, & matrem tuam.

21 Dixit ei; Hæc omnia servavi à pueritia mea.

22 Quum audivisset autem Jesus, dixit ei; Unum deest tibi; abi, vende quicquid est tibi, & da pauperibus: & erit tibi thesaurus in cœlo: & veni post me.

23 Ipse autem quum hæc audivisset mœstitia affectus est: dives enim erat valdè.

24 Et quum vidisset Jesus, quòd mœstitia affectus esset, ait; Quàm difficile est iis quibus sunt opes ingredi in regnum Dei.

25 Facilius est camelo per foramen acus ingredi, quàm divitem in regnum Dei.

26 Dicunt ei ii qui audierant; Et quis potest servari?

27 Jesus

27 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܐܝܠܝܢ ܕܠܘܬ ܒܢܝܢܫܐ ܠܐ ܡܫܟܚܢ: ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܡܫܟܚܢ ܠܡܗܘܐ. 28 ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܗܐ ܚܢܢ ܫܒܩܢ ܟܠ ܡܕܡ ܘܐܬܝܢ ܒܬܪܟ. 29 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܠܝܬ ܐܢܫ ܕܫܒܩ ܒܬܐ ܐܘ ܐܒܗܐ ܐܘ ܐܚܐ: ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܐܘ ܒܢܝܐ. ܡܛܠ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. 30 ܘܠܐ ܢܩܒܠ ܥܠ ܚܕ ܣܓܝܐܐ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ. ܘܒܥܠܡܐ ܕܐܬܐ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ.

31 ܘܕܒܪ ܝܫܘܥ ܠܬܪܥܣܪܬܗ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܐ ܣܠܩܝܢܢ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܡܫܬܠܡܢ ܟܠܗܝܢ ܕܟܬܝܒܢ ܒܢܒܝܐ ܥܠ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. 32 ܢܫܬܠܡ ܓܝܪ ܠܥܡܡܐ: ܘܢܒܙܚܘܢ ܒܗ ܘܢܪܩܘܢ ܒܐܦܘܗܝ: 33 ܘܢܢܓܕܘܢܝܗܝ ܘܢܨܥܪܘܢܝܗܝ. ܘܢܩܛܠܘܢܝܗܝ. ܘܠܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܢܩܘܡ. 34 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܠܐ ܐܣܬܟܠܘ. ܐܠܐ ܡܟܣܝܐ ܗܘܬ ܡܢܗܘܢ ܡܠܬܐ ܗܕܐ. ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܗܠܝܢ ܕܡܬܐܡܪܢ ܠܗܘܢ.

35 ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܐܝܪܝܚܘ: ܣܡܝܐ ܚܕ ܝܬܒ ܗܘܐ ܥܠ ܐܘܪܚܐ ܘܡܚܕܪ. 36 ܘܫܡܥ ܩܠܐ ܕܟܢܫܐ ܕܥܒܪ: ܘܡܫܐܠ ܗܘܐ ܕܡܢܘ ܗܢܐ. 37 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܥܒܪ. 38 ܘܩܥܐ ܘܐܡܪ. ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ. 39 ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡܘܗܝ ܕܝܫܘܥ: ܟܐܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܕܢܫܬܘܩ. ܗܘ ܕܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܩܥܐ ܗܘܐ. ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ. ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ. 40 ܘܩܡ ܝܫܘܥ ܘܦܩܕ ܕܢܝܬܘܢܝܗܝ ܠܘܬܗ. ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܘܬܗ ܫܐܠܗ: 41 ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܢܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܐܥܒܕ ܠܟ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܡܪܝ ܕܐܬܚܙܐ. 42 ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗ. ܚܙܝ ܗܝܡܢܘܬܟ

ܐܚܝܬܟ

27 Jesus autem dixit; Ea quæ apud homines non possunt, apud Deum fieri possunt.

28 Dixit ei Simon Cephas; Ecce, nos reliquimus omnia, & venimus post te.

29 Dixit ei Jesus; Amen dico vobis, quod nemo est, qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei,

30 Et non recepturus sit cum duplicationibus multis hoc tempore, & in seculo futuro vitam quæ est in æternum.

31 Et accepit Jesus duodecim suos, & dixit eis; Ecce, ascendimus Hierosolymam, & implebuntur omnia quæ scripta sunt in Prophetis de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudent ei, & spuent in faciem ejus:

33 Et flagellabunt eum, & ignominia afficient eum, & occident eum: & die tertia resurget.

34 Ipsi verò ne unum quidem ex his intellexerunt; sed absconditum erat ab eis verbum hoc, nec cognoscebant ea quæ dicebantur eis.

35 Et quum appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat juxta viam, & mendicabat.

36 Et audivit vocem turbæ transeuntis, & interrogabat, quisnam Hic esset.

37 Dicunt ei; Jesus Nazaræus transit.

38 Et clamavit, & dixit; Jesu Fili David, miserere mei.

39 Et ii qui proficiscebantur ante Jesum objurgabant eum, ut taceret; ipse verò amplius clamabat; Fili David, miserere mei.

40 Et stetit Jesus, & præcepit, ut vocarent eum ad se; & quum accessisset ad ipsum interrogavit eum,

41 Et dixit ei; Quid vis tu, ut faciam tibi? Ipse verò dixit; Domine mi, ut videam.

42 Et Jesus dixit ei; Videto: fides tua servavit te.

servavit te

43 Et confestim vidit, & veniebat post eum, & glorificabat Deum; & universus populus, qui viderat, dabat gloriam Deo.

ܐܚܝܟܝ܂ 43 ܘܡܚܕܐ ܚܙܐ ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܒܬܪܗ܂ ܘܡܫܒܚ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ܂ ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܕܚܙܐ܂ ܝܗܒ ܗܘܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ ܀

CAPUT XIX.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܛ

1 ET quum ingressus esset Jesus, ac transiret per Jericho,

2 Homo quidam, cujus nomen erat Zachæus, dives erat, & princeps publicanorum:

3 Et volebat videre Jesum, quisnam esset: neque poterat præ turba; quia statura sua pusillus erat Zachæus.

4 Et cucurrit, & antevenit Jesum, & ascendit in ficum sylvestrem, ut videret eum: quia ita futurum erat, ut transiret.

5 Quumque venisset ad illum locum Jesus, vidit eum, & dixit ei; Festinanter descende, Zachæe: hodie enim oportet, ut domi tuæ sim.

6 Et festinanter descendit, & excepit eum gaudens.

7 Quum viderent autem omnes, murmurabant, & dicebant; Ad hominem peccatorem ingressus divertit.

8 Stetit autem Zachæus, & dixit Jesu; Ecce, Domine mi, dimidium facultatum mearum do pauperibus, & cuique, id quod injuria abstuli, quadruplo restituo.

9 Dixit ei Jesus; Hodie facta est salus domui huic, eo quòd etiam hic filius est Abrahami.

10 Venit enim Filius hominis; ut quæreret, & servet id quod perierat.

11 Et quum audirent hæc, iterum dixit parabolam; eo quòd propinquus esset Hierosolymis, & putarent, quod illo tempore futurum esset, ut manifestaretur regnum Dei.

12 Et dixit; Homo quidam maximo stemmate natus profectus est in regionem longinquam; ut acciperet sibi regnum, & reverteretur.

13 Et vocavit decem servos suos, ac dedit eis decem minas, ac dixit eis; Negotiamini, donec veniam.

14 Cives

1 ܘܟܕ ܥܠ ܝܫܘܥ ܘܥܒܪ ܒܐܝܪܝܚܘ܂ 2 ܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܙܟܝ܂ ܥܬܝܪܐ ܗܘܐ ܘܪܝܫ ܡܟܣܐ܂ 3 ܘܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܠܝܫܘܥ ܡܢܘ܂ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܡܢ ܟܢܫܐ܂ ܡܛܠ ܕܙܥܘܪ ܗܘܐ ܒܩܘܡܬܗ ܙܟܝ܂ 4 ܘܪܗܛ ܩܕܡ ܠܝܫܘܥ܂ ܘܣܠܩ ܠܗ ܠܬܘܬܐ ܦܟܝܗܬܐ ܕܢܚܙܝܘܗܝ܂ ܡܛܠ ܕܒܗ ܗܘܐ ܥܬܝܕ ܕܢܥܒܪ܂ 5 ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܗ ܠܕܘܟܬܐ ܝܫܘܥ܂ ܚܙܝܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܐܣܬܪܗܒ ܚܘܬ ܙܟܝ܂ ܝܘܡܢܐ ܓܝܪ ܘܠܐ ܕܒܒܝܬܟ ܐܗܘܐ܂ 6 ܘܐܣܬܪܗܒ ܢܚܬ ܘܩܒܠܗ ܟܕ ܚܕܐ܂ 7 ܘܟܕ ܚܙܘ ܟܠܗܘܢ܂ ܪܛܢܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ܂ ܕܠܘܬ ܓܒܪܐ ܚܛܝܐ ܥܠ ܫܪܐ܂ 8 ܩܡ ܕܝܢ ܙܟܝ ܘܐܡܪ ܠܝܫܘܥ܂ ܗܐ ܡܪܝ ܦܠܓܘܬ ܩܢܝܢܝ ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܡܣܟܢܐ܂ ܘܠܟܠܢܫ ܕܥܠܡܬ ܡܕܡ ܒܐܪܒܥܐ ܦܘܪܥܢܐ ܦܪܥ ܐܢܐ܂ 9 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ܂ ܝܘܡܢܐ ܗܘܘ ܚܝܐ ܠܒܝܬܐ ܗܢܐ܂ ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܢܐ ܒܪܗ ܗܘ ܕܐܒܪܗܡ܂ 10 ܐܬܐ ܓܝܪ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܕܢܒܥܐ ܘܢܚܐ ܡܕܡ ܕܐܒܝܕ ܗܘܐ܂ 11 ܘܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܗܠܝܢ܂ ܐܘܣܦ ܐܡܪ ܡܬܠܐ܂ ܡܛܠ ܕܩܪܝܒ ܗܘܐ ܠܐܘܪܫܠܡ܂ ܘܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܒܗ ܒܫܥܬܐ ܥܬܝܕܐ ܕܬܬܓܠܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܂ 12 ܘܐܡܪ܂ ܓܒܪܐ ܚܕ ܒܪ ܛܘܗܡܐ ܪܒܐ܂ ܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܪܚܝܩܐ܂ ܕܢܣܒ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܘܢܗܦܘܟ܂ 13 ܘܩܪܐ ܥܣܪܐ ܥܒܕܘܗܝ܂ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܥܣܪ ܡܢܝܢ܂ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܐܬܬܓܪܘ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ܂

14 ܒܢܝ

14 ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܗ ܕܝܢ ܣܢܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܫܕܪܘ ܐܝܙܓܕܐ ܒܬܪܗ ܘܐܡܪܝܢ: ܠܐ ܨܒܝܢܢ ܕܢܡܠܘܟ ܥܠܝܢ ܗܢܐ. 15 ܘܟܕ ܢܣܒ ܡܠܟܘܬܐ ܘܗܦܟ. ܐܡܪ ܕܢܩܪܘܢ ܠܗ ܥܒܕܘܗܝ ܗܢܘܢ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܟܣܦܐ: ܕܢܕܥ ܡܢܐ ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܬܬܓܪ. 16 ܘܐܬܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ: ܡܢܝܟ ܥܣܪ ܡܢܝܢ ܐܘܬܪ. 17 ܐܡܪ ܠܗ. ܐܘܗ ܥܒܕܐ ܛܒܐ. ܕܒܩܠܝܠ ܐܫܬܟܚܬ ܡܗܝܡܢ: ܬܗܘܐ ܫܠܝܛ ܥܠ ܥܣܪ ܟܪܟܝܢ. 18 ܘܐܬܐ ܬܪܝܢܐ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ: ܡܢܝܟ ܚܡܫ ܡܢܝܢ ܥܒܕ. 19 ܐܡܪ ܐܦ ܠܗܢܐ. ܐܦ ܐܢܬ ܬܗܘܐ ܫܠܝܛ ܥܠ ܚܡܫ ܟܪܟܝܢ. 20 ܘܐܬܐ ܐܚܪܢܐ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ: ܗܐ ܡܢܝܟ ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܠܘܬܝ ܟܕ ܣܝܡܐ ܒܣܘܕܪܐ. 21 ܕܚܠܬ ܓܝܪ ܡܢܟ ܕܓܒܪܐ ܩܫܝܐ ܐܢܬ. ܘܫܩܠ ܐܢܬ ܡܕܡ ܕܠܐ ܣܡܬ. ܘܚܨܕ ܐܢܬ ܡܕܡ ܕܠܐ ܙܪܥܬ. 22 ܐܡܪ ܠܗ. ܡܢ ܦܘܡܟ ܐܕܘܢܟ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ. ܝܕܥ ܗܘܝܬ ܠܝ ܕܓܒܪܐ ܐܢܐ ܩܫܝܐ: ܘܫܩܠ ܐܢܐ ܡܕܡ ܕܠܐ ܣܡܬ. ܘܚܨܕ ܐܢܐ ܡܕܡ ܕܠܐ ܙܪܥܬ: 23 ܠܡܢܐ ܠܐ ܝܗܒܬ ܟܣܦܝ ܥܠ ܦܬܘܪܐ. ܘܐܢܐ ܐܬܐ ܗܘܝܬ ܬܒܥ ܗܘܝܬ ܠܗ ܥܡ ܪܒܝܬܗ. 24 ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡܘܗܝ ܐܡܪ. ܫܩܘܠܘ ܡܢܗ ܡܢܝܐ: ܘܗܒܘ ܠܗܘ ܕܐܝܬ ܠܘܬܗ ܥܣܪ ܡܢܝܢ. 25 ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܪܢ: ܐܝܬ ܠܘܬܗ ܥܣܪ ܡܢܝܢ. 26 ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܬܝܗܒ ܠܗ. ܘܡܢ ܗܘ ܕܠܝܬ ܠܗ: ܐܦ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܫܬܩܠ ܡܢܗ. 27 ܒܪܡ ܠܒܥܠܕܒܒܝ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܨܒܘ ܕܐܡܠܟ ܥܠܝܗܘܢ: ܐܝܬܘ ܐܢܘܢ ܘܩܛܘܠܘ ܐܢܘܢ ܩܕܡܝ. 28 ܘܟܕ ܐܡܪ ܗܠܝܢ ܝܫܘܥ:

ܢܦܩ

14 Cives autem ejus odio prosequebantur eum, & miserunt nuncios post eum, ac dixerunt; Nolumus, ut regnet super nos Hic.

15 Et quum accepisset regnum, & reversus esset, dixit, ut vocarent ad se illos servos suos quibus dederat argentum, ut cognosceret, quid quisque illorum negotiatus esset.

16 Et venit primus, ac dixit; Domine mi, mina tua decem minas lucrifecit.

17 Dixit ei; Euge, serve bone: quia in modico inventus es fidelis, eris potestatem habens super decem oppida.

18 Et venit secundus, ac dixit; Domine mi, mina tua quinque minas protulit.

19 Dixit etiam huic; Etiam tu eris potestatem habens super quinque oppida.

20 Et venit alius, ac dixit; Domine mi, ecce mina tua illa, quæ erat apud me, posita est in sindone.

21 Timui enim te, quòd homo sis durus, & tollas id quod non posuisti, ac metas id quod non seminasti.

22 Dixit ei; Ex ore tuo te judicabo, serve male: nôveras me, quòd homo sim durus, & tollam id quod non posui, & metam id quod non seminavi.

23 Quare non dedisti argentum meum ad mensam; & ego venissem, & exegissem id cum usuris suis?

24 Et illis qui stabant ante se dixit; Accipite ab eo minam, & date ei apud quem sunt decem minæ.

25 Dicunt ei; Domine noster, sunt penes eum decem minæ.

26 Dixit illis; Dico vobis, quòd omni cui est dabitur; ab eo autem cui non est, etiam quod est ei, auferetur ab eo.

27 Veruntamen illos inimicos meos, qui noluerunt, ut regnarem super eos; adducite eos, & interficite eos coram me.

28 Et quum dixisset hæc Jesus, egressus est

egressus est, ipse antè, ut proficisceretur Hierosolymam.

29 Et quum devenisset Bethphage, & Bethaniam, juxta montem, qui vocatur *mons* loci Olivarum, misit duos ex discipulis suis:

30 Ac dixit eis; Ite in pagum illum qui nobis est e regione: & quum intrabitis, ecce, invenietis pullum, qui alligatus est; quo nunquam homo vectus est; solvite, & adducite eum.

31 Et si quis interroget vos; Quare solvitis illum? sic dicite ei; Domino nostro necessarius est.

32 Et abierunt ii qui missi sunt, & invenerunt sicut dixerat eis.

33 Quumque solverent pullum, dixerunt eis domini ejus; Quid solvitis pullum illum?

34 Et dixerunt eis; Domino nostro necessarius est.

35 Et adduxerunt eum ad Jesum, & injecerunt super pullum vestimenta sua, & vexerunt Jesum in eo.

36 Quum autem proficisceretur, expandebant vestimenta sua in via.

37 Et quum appropinquasset ad descensum montis loci Olivarum, cœperunt universa turba discipulorum lætari, & glorificare Deum voce elata super omnibus virtutibus, quas viderant.

38 Et dicebant; Benedictus est Rex qui venit in nomine Domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis.

39 Quidam autem ex Pharisæis è medio turbarum dixerunt ei; Domine mi, objurga discipulos tuos.

40 Dixit eis; Dico vobis, quòd si ii tacuerint, lapides clamabunt.

41 Et quum appropinquasset, & videret urbem, flevit super ea.

42 Ac dixit; O si cognosceres ea quæ sunt pacis tuæ, vel saltem hoc die tuo; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

43 Venient autem tibi dies, quibus circumdabunt te inimici tui, & coarctabunt te

ܢܦܩ ܠܩܕܡܘܗܝ ܕܢܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ܀ 29 ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܒܝܬ ܦܓܐ ܘܠܒܝܬ ܥܢܝܐ܃ ܥܠ ܓܢܒ ܛܘܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܬ ܙܝܬܐ܃ ܫܕܪ ܬܪܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ܂ 30 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܙܠܘ ܠܩܪܝܬܐ ܗܝ ܕܠܘܩܒܠܢ܂ ܘܟܕ ܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ܃ ܗܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܝܠܐ ܕܐܣܝܪ܃ ܕܐܢܫ ܡܢܡ ܠܐ ܪܟܒ ܥܠܘܗܝ܂ ܫܪܘ ܐܝܬܐܘܗܝ܂ 31 ܘܐܢ ܐܢܫ ܡܫܐܠ ܠܟܘܢ ܠܡܢܐ ܫܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ܃ ܗܟܢܐ ܐܡܪܘ ܠܗ܃ ܕܠܡܪܢ ܡܬܒܥܐ܂ 32 ܘܐܙܠܘ ܗܢܘܢ ܕܐܫܬܕܪܘ ܘܐܫܟܚܘ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ 33 ܘܟܕ ܫܪܝܢ ܠܗ ܠܥܝܠܐ܃ ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܡܪܘܗܝ܂ ܡܢܐ ܫܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܝܠܐ ܗܢܐ܂ 34 ܘܐܡܪܘ ܠܗܘܢ܂ ܕܠܡܪܢ ܡܬܒܥܐ܂ 35 ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܘܬ ܝܫܘܥ܂ ܘܐܪܡܝܘ ܥܠ ܥܝܠܐ ܡܐܢܝܗܘܢ܃ ܘܐܪܟܒܘܗܝ ܠܝܫܘܥ ܥܠܘܗܝ܀ 36 ܟܕ ܐܙܠ ܕܝܢ܃ ܡܫܘܝܢ ܗܘܘ ܡܐܢܝܗܘܢ ܒܐܘܪܚܐ܂ 37 ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܡܚܕܬܐ ܕܛܘܪܐ ܕܒܝܬ ܙܝܬܐ܃ ܫܪܝܘ ܟܠܗ ܟܢܫܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܕܚܕܝܢ܃ ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ܂ ܥܠ ܟܠ ܚܝܠܐ ܕܚܙܘ܂ 38 ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܃ ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܐܬܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܫܠܡܐ ܒܫܡܝܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܒܡܪܘܡܐ܂ 39 ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܡܢ ܦܪܝܫܐ ܡܢ ܓܘ ܟܢܫܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ܂ ܪܒܢ ܟܐܐ ܒܬܠܡܝܕܝܟ܂ 40 ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܃ ܕܐܢ ܗܠܝܢ ܢܫܬܩܘܢ܃ ܟܐܦܐ ܢܩܥܘܢ܀ 41 ܘܟܕ ܩܪܒ ܘܚܙܗ ܠܡܕܝܢܬܐ܃ ܒܟܐ ܥܠܝܗ܂ 42 ܘܐܡܪ܂ ܐܠܘ ܝܕܥܬܝ ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܕܫܠܡܟܝ ܐܦܠܐ ܒܗܢܐ ܝܘܡܟܝ܂ ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܬܟܣܝ ܡܢ ܥܝܢܝܟܝ܃ 43 ܢܐܬܘܢ ܠܟܝ ܕܝܢ ܝܘܡܬܐ܃ ܢܚܕܪܘܢܟܝ ܒܥܠܕܒܒܝܟܝ܂

ܘܢܐܠܨܘܢܟܝ

& coarctabunt te undique;

44 Et subvertent te, & filios tuos in medio tui, neque relinquent in te lapidem super lapidem: propterea quòd non noveris tempus visitationis tuæ.

45 Et quum ingressus esset templum, cœpit ejicere eos qui emebant in illo, & qui vendebant.

46 Et dixit eis; Scriptum est; Domus mea domus orationis est; vos autem fecistis eam speluncam latronum.

47 Et ipse docebat quotidie in templo; summi autem Sacerdotes, & Legisperiti, & Seniores populi quærebant perdere eum.

48 Et non inveniebant, quid facerent ei: universus enim populus pendebat ab eo, ut audiret eum.

CAPUT XX.

1 FActumque est quodam die, quum doceret in templo populum, & evangelizaret, surrexerunt adversus eum summi Sacerdotes & Legisperiti cum Senioribus:

2 Et dixerunt ei; Dic nobis, qua potestate hæc facias, & quis sit qui dedit tibi potestatem hanc.

3 Respondit Jesus, & dixit eis; Interrogabo vos ego quoque sermonem, & dicite mihi,

4 Baptismus Johannis è cœlo erat, an ex hominibus?

5 Illi autem ratiocinabantur in seipsis, & dicebant; Si dixerimus; E cœlo; dicet nobis; Et quare non credidistis ei?

6 Si verò dixerimus; Ex hominibus, lapidabit nos populus universus: persuasi enim sunt, quòd Johannes Propheta sit.

7 Et dixerunt ei; Non novimus unde sit.

8 Dixit eis Jesus; Neque ego dico vobis, qua potestate hæc facio.

9 Et cœpit dicere populo parabolam hanc

hanc; Homo quidam plantavit vineam, & elocavit eam agricolis, & peregrinatus est tempore multo.

10 Et in tempore misit servum suum ad agricolas, ut darent ei de fructibus vineæ: agricolæ autem percusserunt eum, & remiserunt eum inanem.

11 Et denuo misit servum suum alium; ipsi autem etiam illum percusserunt, & ignominia affecerunt, & remiserunt vacuum.

12 Et adhuc misit tertium; ipsi autem etiam illum contuderunt, & ejecerunt eum.

13 Dixit dominus vineæ; Quid faciam? mittam Filium meum dilectum: forsitam videntes eum reverebuntur.

14 Quum autem vidissent eum agricolæ, ratiocinabantur apud semetipsos, & dicebant; Hic est hæres: venite, occidamus eum; & erit hæreditas nostra.

15 Et ejecerunt eum extra vineam, & occiderunt eum. Quid igitur illis faciet dominus vineæ?

16 Veniet, & perdet agricolas illos, & dabit vineam aliis. Quum autem audivissent, dixerunt; Non fit hoc.

17 Ipse autem intuitus est eos, & dixit; Et quid est, quod scriptum est? Lapis quem reprobaverunt ædificantes, is factus est præcipuum cornu anguli.

18 Et omnis qui ceciderit super illum lapidem, confringetur; & omnis super quem ipse cadet, dissipabit eum.

19 Quærebant autem summi Sacerdotes & Legisperiti, ut injicerent in eum manus illa hora, sed timuerunt populum: cognoverunt enim, quod de eis loquutus esset parabolam hanc.

20 Et miserunt ad eum exploratores simulantes se tanquam justos, ut caperent eum in sermone, & traderent eum judicio & potestati Præsidis.

21 Et interrogaverunt eum, ac dixerunt ei; Doctor, novimus, quòd recte loquaris & doceas, & non assumas vultum, sed in veritate viam Dei doceas:

22 Li-

22 ܫܠܝܛ ܠܢ ܕܢܬܠ ܟܣܦ ܪܫܐ ܠܩܣܪ ܐܘ ܠܐ. 23 ܗܘ ܕܝܢ ܐܣܬܟܠ ܢܟܝܠܘܬܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢܐ ܡܢܣܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ. 24 ܚܘܘܢܝ ܕܝܢܪܐ ܕܡܢ ܐܝܬ ܒܗ ܨܘܪܬܐ ܘܟܬܒܬܐ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܩܣܪ. 25 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܗܒܘ ܗܟܝܠ ܕܩܣܪ ܠܩܣܪ ܘܕܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ. 26 ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܐܚܕ ܡܢܗ ܡܠܬܐ ܩܕܡ ܥܡܐ. ܘܐܬܕܡܪܘ ܥܠ ܦܬܓܡܗ ܘܫܬܩܘ. 27 ܘܩܪܒܘ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܙܕܘܩܝܐ ܗܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܩܝܡܬܐ ܠܝܬ ܘܫܐܠܘܗܝ. 28 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܠܦܢܐ ܡܘܫܐ ܟܬܒ ܠܢ ܕܐܢ ܐܢܫ ܢܡܘܬ ܐܚܘܗܝ ܘܐܝܬ ܠܗ ܐܢܬܬܐ ܕܠܐ ܒܢܝܐ ܢܣܒ ܐܚܘܗܝ ܐܢܬܬܗ ܘܢܩܝܡ ܙܪܥܐ ܠܐܚܘܗܝ. 29 ܫܒܥܐ ܕܝܢ ܐܚܝܢ ܗܘܘ. ܩܕܡܝܐ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܘܡܝܬ ܕܠܐ ܒܢܝܐ. 30 ܘܢܣܒܗ ܬܪܝܢܐ ܠܐܢܬܬܗ. ܘܗܘ ܡܝܬ ܕܠܐ ܒܢܝܐ. 31 ܘܬܠܝܬܝܐ ܬܘܒ ܢܣܒܗ. ܘܗܟܘܬܐ ܐܦ ܫܒܥܬܝܗܘܢ. ܘܡܝܬܘ ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܒܢܝܐ. 32 ܘܡܝܬܬ ܒܚܪܬܐ ܐܦ ܐܢܬܬܐ. 33 ܒܩܝܡܬܐ ܗܟܝܠ ܕܐܝܢܐ ܡܢܗܘܢ ܬܗܘܐ ܐܢܬܬܐ. ܫܒܥܬܝܗܘܢ ܓܝܪ ܢܣܒܘܗ. 34 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܒܢܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܢܣܒܝܢ ܢܫܐ. ܘܢܫܐ ܗܘܝܢ ܠܓܒܪܐ. 35 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܫܘܘ ܠܥܠܡܐ ܗܘ. ܘܠܩܝܡܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܠܐ ܢܣܒܝܢ ܢܫܐ. ܘܐܦ ܠܐ ܢܫܐ ܗܘܝܢ ܠܓܒܪܐ. 36 ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܬܘܒ ܠܡܡܬ ܡܫܟܚܝܢ. ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܐܢܘܢ ܓܝܪ. ܘܒܢܝܐ ܐܢܘܢ ܕܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܕܗܘܘ ܒܢܝܐ ܕܩܝܡܬܐ. 37 ܕܩܝܡܝܢ ܕܝܢ ܡܝܬܐ ܐܦ ܡܘܫܐ ܚܘܝ. ܐܕܟܪ ܓܝܪ ܒܣܢܝܐ ܟܕ ܐܡܪ. ܡܪܝܐ ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܐܠܗܗ ܕܐܝܣܚܩ ܘܐܠܗܗ ܕܝܥܩܘܒ. 38 ܐܠܗܐ

22 Licet nobis, ut demus argentum capitationis Cæsari, an non?

23 Ipse autem intellexit astutiam eorum: & dixit; Quid tentatis me?

24 Ostendite mihi denarium; Cujus est in eo imago & descriptio? Ipsi autem dixerunt; Cæsaris.

25 Dixit eis Jesus; Date igitur *quæ sunt* Cæsaris, Cæsari; & *quæ* Dei, Deo.

26 Et non potuerunt carpere ex eo verbum coram populo: & mirati sunt super responso ejus, & tacuerunt.

27 Accesserunt autem quidam ex Zadducæis, illis qui dicunt, quòd resurrectio non est, & interrogaverunt eum,

28 Ac dixerunt ei; Doctor, Moses scripsit nobis; Si alicujus moriatur frater, cui sit uxor absque liberis, ducat frater ejus uxorem ejus, & exsuscitet semen fratri suo.

29 Septem autem fratres erant, & primus duxit uxorem, & mortuus est absque liberis.

30 Et duxit eam secundus in uxorem suam, & ipse mortuus est absque liberis.

31 Et tertius rursus duxit eam; & similiter quoque illi septem, & mortui sunt, neque reliquerunt liberos.

32 Et mortua est novissimè etiam mulier.

33 In resurrectione ergo, cujus ex eis erit uxor? ipsi enim septem duxerunt eam.

34 Dixit eis Jesus; Filii seculi hujus accipiunt uxores, & uxores fiunt viris:

35 Illi verò qui illo seculo digni sunt, & resurrectione quæ est à mortuis, non ducunt uxores, neque etiam uxores fiunt maritis:

36 Neque enim rursus mori possunt: nam sicut Angeli sunt: & filii sunt Dei; quia fuerunt filii resurrectionis.

37 Quòd verò resurgent mortui, etiam Moses declaravit: commemoravit enim secus rubum, quum diceret; Dominus Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Jacobi.

38 Deus autem non est mortuorum, sed viventium: omnes enim vivunt ei.

39 Et profati sunt quidam ex Legisperitis, & dixerunt ei; Doctor, benè dixisti.

40 Neque rursus ausi sunt interrogare eum de re aliqua.

41 Porro dicebat eis; Quomodo dicunt Legisperiti de Christo, quòd Filius est Davidis?

42 Et ipse David dixit in libro Psalmorum; Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextra mea,

43 Usque dum posuero inimicos tuos sub pedibus tuis.

44 Si igitur David vocavit eum Dominum meum, quomodo Filius ejus est?

45 Et quum universus populus audiret, dixit discipulis suis:

46 Cavete à Legisperitis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationem in plateis, & primos consessus in synagogis, & primos accubitus in cœnis.

47 Qui comedunt domos viduarum, prætextu quòd prolixas faciant precationes suas: ipsi accipient judicium majus.

CAPUT XXI.

1 INtuitus est autem Jesus divites illos qui injiciebant in gazophylacium oblationes suas:

2 Et vidit etiam viduam unam pauperem, quæ injecit chalcos duos:

3 Et dixit; Verè dico vobis, quòd hæc vidua pauper injecit amplius quàm ullus:

4 Omnes enim isti ex eo quod supererat eis, injecerunt in locum oblationis Dei; hæc vero ex penuria sua omne quod possidebat injecit id.

5 Et quum dicerent quidam de templo, quòd lapidibus pulcris & oblationibus ornatum esset, dixit eis Jesus:

6 Quod attinet hæc quæ spectatis; venient dies quibus

quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur.

7 Et interrogabant eum, ac dicebant; Doctor, quando hæc fient? & quod est signum, quum propinqua hæc *erunt*, ut fiant?

8 Ipse verò dixit eis; Videte, ne erretis: multi enim venient in nomine meo, & dicent; Ego sum Christus: & tempus appropinquavit: ne autem iveritis post eos.

9 Et quum audiveritis bella & tumultus, ne timeatis: futurum est enim, ut hæc prius fiant; sed nondum advenit finis.

10 Surget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum:

11 Et *terræ* motus permagni erunt in singulis locis, & fames, & pestilentiæ: & erunt terrores & propulsationes, & signa permagna conspicientur de cœlo, & tempestates permagnæ erunt.

12 Ante omnia autem hæc injicient in vos manus, & persequentur vos, & tradent vos in synagogas, & in carcerem, & sistent vos coram Regibus & Præsidibus propter nomen meum.

13 Erit autem vobis in testimonium.

14 Reponite verò in corde vestro, ut non sitis instructi ad proferendum defensionem:

15 Ego enim dabo vobis os & sapientiam, contra quàm non poterunt consistere omnes inimici vestri.

16 Tradent autem vos parentes vestri & fratres vestri & cognati vestri & amici vestri, & morte afficient *aliquos* ex vobis.

17 Et eritis exosi ab omni homine propter nomen meum.

18 At capillus ex capite vestro non peribit.

19 Per patientiam autem vestram possidebitis animam vestram.

20 Quum autem videritis Hierosolymam cinctam *ab* exercitu, tunc scitote, quòd appropinquavit ruina ejus.

21 Tunc

21 Tunc ii qui in Judæa erunt, fugiant in montem; & qui in ea erunt, aufugiant; & qui in agris, non ingrediantur in eam.

22 Quia hi erunt dies ultionis; ut impleatur omne id quod ſcriptum *eſt*.

23 Væ autem iis quæ fuerint prægnantes, & iis quæ lactantes illis diebus: erit enim anguſtia magna in terra, & ira ſuper populum hunc.

24 Et cadent gladio, & captivi ducentur in omnem locum. Et Hieroſolyma calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora Gentium.

25 Et erunt ſigna in ſole & in luna, & in ſtellis, & in terra anguſtia populorum, & comploſio manuum præ ſtupore ſonitus maris.

26 Et commotio extrudens animas hominum, præ timore ejus quod venturum eſt ſuper terram: & commovebuntur virtutes cœlorum.

27 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potentia multa & gloria magna.

28 Quum autem incipient hæc fieri, bono animo eſtote, & attollite capita veſtra: quia appropinquavit liberatio veſtra.

29 Et dicebat eis parabolam; Videte ficum & omnes arbores.

30 Quæ quum pullulaverint, ſtatim ex eis intelligitis, quod appropinquaverit æſtas:

31 Ita etiam vos quum videritis hæc fieri; ſcitote, quòd propè ſit regnum Dei.

32 Amen dico vobis, quòd non præteribit generatio hæc, donec omnia iſta fiant.

33 Cœlum & terra præteribunt, & verba mea non præteribunt.

34 Cavere autem vobiſipſis; ne unquam graventur corda veſtra crapula & ebrietate & ſolicitudine ſeculi; & repentè veniat ſuper vos dies ille:

35 Nam

35 ܐܝܟ ܦܚܐ ܓܝܪ ܢܦܠ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠ ܐܦܝ ܟܠܗ ܐܪܥܐ. 36 ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܥܝܪܝܢ ܒܟܠܙܒܢ ܘܡܨܠܝܢ: ܕܬܫܬܘܘܢ ܠܡܥܪܩ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܬܝܕܢ ܠܡܗܘܐ. ܘܬܩܘܡܘܢ ܩܕܡ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. 37 ܒܐܝܡܡܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܠܦ ܒܗܝܟܠܐ: ܘܒܠܠܝܐ ܢܦܩ ܗܘܐ ܘܒܐܬ ܗܘܐ ܒܛܘܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܬ ܙܝܬܐ. 38 ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܡܩܕܡ ܗܘܐ ܠܘܬܗ ܠܗܝܟܠܐ ܠܡܫܡܥ ܡܠܬܗ ✣ ✣ ✣ ✣ ✣

35 Nam ficut laqueus venatoris illaqueabit omnes qui habitant in universa terra.

36 Estote ergo vigilantes omni tempore, & orantes; ut digni sitis, qui fugiatis ab illis quæ futura sunt; & consistatis coram Filio hominis.

37 Interdiu autem docebat in templo, & noctu egrediebatur, & pernoctabat in monte, qui vocatur *mons* loci Olivarum.

38 Et universus populus mane veniebant ad eum in templum ad audiendum sermonem ejus.

ܩܦܠܐܘܢ ܟܒ

1 ܩܪܝܒ ܗܘܐ ܕܝܢ ܥܐܕܐ ܕܦܛܝܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܦܨܚܐ. 2 ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܐܝܟܢܐ ܢܩܛܠܘܢܗ. ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܡܢ ܥܡܐ. 3 ܥܠ ܗܘܐ ܕܝܢ ܣܛܢܐ ܒܝܗܘܕܐ ܕܡܬܩܪܐ ܣܟܪܝܘܛܐ: ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܡܢܝܢܐ ܕܬܪܥܣܪ: 4 ܘܐܙܠ ܡܠܠ ܥܡ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܥܡ ܣܦܪܐ ܘܪܫܢܐ ܕܗܝܟܠܐ ܐܝܟ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ ܠܗܘܢ. 5 ܘܚܕܝܘ ܘܐܩܝܡܘ ܕܢܬܠܘܢ ܠܗ ܟܣܦܐ. 6 ܘܐܫܬܘܕܝ ܠܗܘܢ. ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ ܦܠܚܢܐ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ ܠܗܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܟܢܫܐ ✣ 7 ܘܡܛܝ ܝܘܡܐ ܕܦܛܝܪܐ: ܕܒܗ ܥܝܕܐ ܗܘܐ ܕܢܬܢܟܣ ܦܨܚܐ. 8 ܘܫܕܪ ܝܫܘܥ ܠܟܐܦܐ ܘܠܝܘܚܢܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܙܠܘ ܛܝܒܘ ܠܢ ܦܨܚܐ ܕܢܐܟܘܠ. 9 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܠܗ. ܐܝܟܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܢܛܝܒ. 10 ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܐ ܟܕ ܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܦܓܥ ܒܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܫܩܝܠ ܩܢܐ ܕܡܝܐ. ܙܠܘ ܒܬܪܗ: 11 ܘܐܝܟܐ ܕܥܐܠ ܐܡܪܘ ܠܡܪܗ ܕܒܝܬܐ. ܪܒܢ ܐܡܪ ܐܝܟܘ ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ ܐܝܟܐ ܕܐܟܘܠ ܦܨܚܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܝ.

CAPUT XXII.

1 Appropinquabat autem festum azymorum, quod vocatur Pascha.

2 Et quærebant summi Sacerdotes & Scribæ, quomodo interficerent eum: timebant enim populum.

3 Intraverat autem Satanas in Judam, qui vocatur Iscariotes, qui erat è numero duodecim:

4 Et abiit, & loquutus est cum summis Sacerdotibus & Scribis & Ducibus militiæ templi, quomodo traderet eum ipsis.

5 Et gavisi sunt, & pacti sunt, se daturos ei argentum.

6 Et pollicitus est eis: & quærebat sibi opportunitatem, ut traderet eum ipsis sine turba.

7 Et advenit dies azymorum, quo erat consuetudo, ut mactaretur Pascha.

8 Et misit Jesus Cepham & Johannem, & dixit eis; Ite, parate nobis Pascha, ut vescamur.

9 Ipsi verò dixerunt ei: Ubi vis, ut paremus?

10 Dixit eis; Ecce, quum ingressi fueritis civitatem, occurret vobis homo, qui bajulat lagenam aquarum, ite post eum.

11 Et quò ingressus fuerit, dicite domino domus; Dominus noster dicit; Qui est locus convivii, ubi comedam Pascha cum discipulis meis?

12 Et ecce, ipse judicabit vobis cœnaculum quoddam magnum stratum: ibi parate.

13 Et abiverunt, & invenerunt, sicut dixerat eis: & paraverunt Pascha.

14 Et quum esset tempus, venit Jesus, & accubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

15 Et ait eis, Desiderio desideravi mihi, ut hoc Pascha comederem vobiscum, antequam paterer:

16 Dico enim vobis, quòd deinceps non comedam illud, donec compleatur in regno Dei.

17 Et accepit poculum, & gratias egit, ac dixit; Accipite hoc, & dividite inter vos:

18 Dico enim vobis, quòd non bibam de fructu vitis, donec venerit regnum Dei.

19 Et accepit panem, & gratias egit; & fregit, & dedit eis, ac dixit; Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: hoc facite in memoriam mei.

20 Et similiter etiam de poculo, postquam cœnati sunt, dixit; Hoc *est* poculum testamenti novi per sanguinem meum, qui pro vobis effunditur.

21 Veruntamen, ecce, manus proditoris mei est in mensa.

22 Et Filius hominis abit sicut definitum est; veruntamen væ illi homini per quem proditur.

23 Et cœperunt disquirere inter se, quisnam ex eis esset qui hoc esset facturus.

24 Fuit autem etiam contentio inter eos, quis esset inter eos maximus.

25 Ipse autem Jesus dixit eis; Reges populorum Domini eorum sunt; & qui potestatem habent in eos, benefici vocantur:

26 Vos autem non ita; sed qui maximus est inter vos, sit sicut minimus; & is, qui præcipuus est, sicut minister:

27 Quis enim major est, is qui accumbit, aut is qui ministrat? nonne est is qui accumbit? Ego autem sum inter vos tanquam is qui ministrat.

28 Vos

28 ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܕܩܘܝܬܘܢ ܥܡܝ ܒܢܣܝܘܢܝ܂
29 ܘܐܢܐ ܡܫܠܡ ܐܢܐ ܠܟܘܢ : ܐܝܟ ܕܐܫܠܡ ܠܝ ܐܒܝ ܡܠܟܘܬܐ܂ 30 ܕܬܐܟܠܘܢ ܘܬܫܬܘܢ ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܕܡܠܟܘܬܝ܂ ܘܬܬܒܘܢ ܥܠ ܟܘܪܣܘܬܐ܂ ܘܬܕܘܢܘܢ ܬܪܥܣܪ ܫܒܛܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ❖ 31 ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܫܡܥܘܢ܂ ܫܡܥܘܢ : ܗܐ ܣܛܢܐ ܫܐܠ ܕܢܥܪܒܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܠܚܛܐ܂ 32 ܘܐܢܐ ܒܥܝܬ ܥܠܝܟ ܕܠܐ ܬܚܣܪ ܗܝܡܢܘܬܟ܂ ܘܐܦ ܐܢܬ ܒܙܒܢ ܐܬܦܢܐ ܘܫܪܪ ܠܐܚܝܟ܂ 33 ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ܂ ܡܪܝ܂ ܥܡܟ ܡܛܝܒ ܐܢܐ܂ ܘܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܘܠܡܘܬܐ܂ 34 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ܂ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ ܫܡܥܘܢ : ܕܠܐ ܢܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ ܝܘܡܢܐ ܥܕܡܐ ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܬܟܦܘܪ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܠܝ܂ 35 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܟܕ ܫܕܪܬܟܘܢ ܕܠܐ ܟܝܣܐ ܘܠܐ ܬܪܡܠܐ ܘܡܣܐܢܐ : ܠܡܐ ܚܣܪ ܠܟܘܢ ܡܕܡ : ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܘܠܐ ܡܕܡ܂ 36 ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܡܢ ܗܫܐ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܟܝܣܐ ܢܣܒ܂ ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܬܪܡܠܐ܂ ܘܡܢ ܕܠܝܬ ܠܗ ܣܦܣܪܐ : ܢܙܒܢ ܢܚܬܗ ܘܢܙܒܢ ܠܗ ܣܦܣܪܐ܂ 37 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ : ܕܐܦ ܗܕܐ ܕܟܬܝܒܐ ܘܠܐ ܕܬܫܬܠܡ ܒܝ : ܕܥܡ ܥܘܠܐ ܐܬܡܢܝ܂ ܟܠܗܝܢ ܓܝܪ ܕܥܠܝ ܐܫܬܠܡܘ܂ 38 ܘܗܢܘܢ ܐܡܪܝܢ ܠܗ܂ ܡܪܢ : ܗܐ ܗܪܟܐ ܐܝܬ ܬܪܬܝܢ ܣܦܣܝܪܝܢ܂ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܣܦܩܢ܂ 39 ܘܢܦܩ ܘܐܙܠ ܐܝܟ ܕܡܥܕ ܗܘܐ ܠܛܘܪܐ ܕܒܝܬ ܙܝܬܐ܂ ܘܐܙܠܘ ܒܬܪܗ ܐܦ ܬܠܡܝܕܘܗܝ܂ 40 ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܐܬܪܐ܂ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܨܠܘ ܕܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܢܣܝܘܢܐ܂ 41 ܘܗܘ ܦܪܩ ܡܢܗܘܢ : ܐܝܟ ܫܘܕܝܐ ܕܟܐܦܐ : ܘܣܡ ܒܘܪܟܘܗܝ ܘܡܨܠܐ ܗܘܐ܂ 42 ܘܐܡܪ ܐܒܐ܂ ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܢܥܒܪ ܟܣܐ ܗܢܐ܂ ܒܪܡ ܠܐ ܨܒܝܢܝ ܐܠܐ ܨܒܝܢܟ ܢܗܘܐ܂

43 ܘܐܬܚܙܝ

28 Vos estis qui perseverastis apud me in tentationibus meis.

29 Et ego polliceor vobis, sicut pollicitus est mihi Pater meus, regnum;

30 Ut comedatis & bibatis in mensa regni mei; & sedeatis in thronis, & judicetis duodecim tribus Israel.

31 Et dixit Jesus Simoni; Simon, ecce Satanas petiit, ut cribraret vos tanquam triticum:

32 Et ego oravi pro te, ut non deficeret fides tua. Et etiam tu in tempore te converte, & confirma fratres tuos.

33 Simon autem dixit ei: Domine mi, tecum paratus sum ego & ad carcerem & ad mortem.

34 Dixit ei Jesus; Dico tibi Simon; Non cantabit gallus hodie, usque dum tribus vicibus negaveris, quòd non noscas me.

35 Et dixit eis; Quum misi vos absque crumenis & absque peris & calceis, num defuit vobis aliquid; Dicunt ei; Nihil quicquam.

36 Dixit eis; Ex hoc tempore is, cui est crumena, accipiat; & similiter peram: & is, cui non est gladius, vendat vestimentum suum, & emat sibi gladium:

37 Dico enim vobis, quòd etiam hoc, quod scriptum est, oportet, ut impleatur in me; Cum sceleratis numerabor: Omnia enim quæ de me *scripta sunt*, complementum accipient.

38 Et illi dixerunt ei; Domine noster, ecce hîc sunt duo gladii; Dixit eis; Sufficiunt.

39 Et egressus est, ac abiit, sicut solitus erat, in montem loci Olivarum: & abierunt post cum etiam discipuli ejus.

40 Et quum pervenisset ad locum hunc, dixit eis; Orate, ne intretis in tentationem.

41 Et ipse secessit ab eis quasi *ad* jactum lapidis; & posuit genua, & orabat:

42 Ac dicebat; Pater, si vis, transeat me poculum hoc: veruntamen non voluntas mea, sed tua fiat.

43 Et

43 Et conſpectus eſt ei Angelus de cœlo corroborans eum.

44 Et quum eſſet in timore, inſtanter orabat: & fuit ſudor ejus tanquam grumi ſanguinis, & cecidit ſuper terram.

45 Et ſurrexit ab oratione ſua, & venit ad diſcipulos ſuos, ac invenit eos dormientes præ anguſtia.

46 Et dixit eis; Quid dormitis? ſurgite, & orate, ut non intretis in tentationem.

47 Et adhuc eo loquente, ecce turba, & is qui vocabatur Judas, unus ex duodecim, venit ante eos: & acceſſit ad Jeſum, & oſculatus eſt eum. (Hoc enim ſignum dederat eis; Quem oſculatus fuero, ipſe eſt)

48 Dixit ei Jeſus; Juda, oſculo prodis Filium hominis?

49 Quum viderent autem, qui cum ipſo erant, id quod fiebat, dicunt ei; Domine noſter, percutiemus eos gladiis?

50 Et percuſſit quidam ex eis ſervum ſummi Sacerdotis, & abſtulit ei auriculam ejus dexteram.

51 Profatus eſt Jeſus, & dixit; Satis eſt ad hoc. Et tetigit auriculam ejus qui percuſſus fuerat, & ſanavit eam.

52 Et dixit Jeſus eis qui venerant contra ipſum ſummis Sacerdotibus & Senioribus & Ducibus militiæ templi; Tanquam contra latronem exiviſtis contra me cum gladiis & cum fuſtibus, ut apprehenderetis me.

53 Quotidie vobiſcum fui in templo, neque extendiſtis in me manus: ſed hæc *eſt* illa hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.

54 Et apprehenſum adduxerunt eum domum ſummi Sacerdotis. Et Simon veniebat poſt eum è longinquo.

55 Accenderunt autem ignem *in* atrio, & ſedebant circa eum; & ſedebat etiam ipſe Simon inter eos.

56 Et vidit eum puella quædam ſedentem ad ignem; & intuita eſt eum, ac dixit; Etiam hic cum illo erat.

57 Ipſe

43 ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܡܚܝܠ ܠܗ . 44 ܘܟܕ ܗܘܐ ܒܙܘܥܬܐ ܐܢܝܕܐܝܬ ܡܨܠܐ ܗܘܐ . ܘܗܘܬ ܕܘܥܬܗ ܐܝܟ ܢܛܘܦܐ ܕܕܡܐ . ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ . 45 ܘܩܡ ܡܢ ܨܠܘܬܗ ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܘܐܫܟܚ ܐܢܘܢ ܟܕ ܕܡܟܝܢ ܡܢ ܥܩܬܐ . 46 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܡܢܐ ܕܡܟܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܩܘܡܘ ܨܠܘ ܕܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܢܣܝܘܢܐ . 47 ܘܥܕ ܗܘ ܡܡܠܠ ܗܐ ܟܢܫܐ . ܘܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܝܗܘܕܐ ܚܕ ܡܢ ܬܪܥܣܪܐ ܐܬܐ ܩܕܡܝܗܘܢ . ܘܩܪܒ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܘܢܫܩܗ . ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܬܐ ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ . ܕܠܡܢ ܕܢܫܩ ܐܢܐ ܗܘܝܘ . 48 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ . ܝܗܘܕܐ : ܒܢܘܫܩܬܐ ܡܫܠܡ ܐܢܬ ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ : 49 ܟܕ ܚܙܘ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ ܡܕܡ ܕܗܘܐ : ܐܡܪܝܢ ܠܗ . ܡܪܢ ܢܡܚܐ ܐܢܘܢ ܒܣܝܦܐ . 50 ܘܡܚܐ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܠܥܒܕܗ ܕܪܒ ܟܘܡܪܐ : ܘܫܩܠܗ ܐܕܢܗ ܕܝܡܝܢܐ . 51 ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܥܕܡܐ ܠܗܕܐ . ܘܩܪܒ ܠܐܕܢܗ ܕܗܘ ܕܐܬܡܚܝ ܘܐܚܠܡܗ . 52 ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܘ ܥܠܘܗܝ : ܪܒܝ ܟܘܡܪܐ ܘܩܫܝܫܐ ܘܪܒܝ ܚܝܠܐ ܕܗܝܟܠܐ . ܐܝܟ ܕܥܠ ܓܝܣܐ ܢܦܩܬܘܢ ܥܠܝ ܒܣܝܦܐ ܘܒܚܘܛܪܐ ܠܡܐܚܕܢܝ . 53 ܟܠܝܘܡ ܥܡܟܘܢ ܗܘܝܬ ܒܗܝܟܠܐ : ܘܠܐ ܐܘܫܛܬܘܢ ܥܠܝ ܐܝܕܝܐ . ܐܠܐ ܗܕܐ ܗܝ ܫܥܬܟܘܢ ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܚܫܘܟܐ . 54 ܘܐܚܕܘܗܝ ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܒܝܬܗ ܕܪܒ ܟܘܡܪܐ . ܘܫܡܥܘܢ ܐܬܐ ܗܘܐ ܒܬܪܗ ܡܢ ܪܘܚܩܐ . 55 ܘܐܚܡܘ ܢܘܪܐ ܒܡܨܥܬ ܕܪܬܐ : ܘܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܚܕܪܝܗ . ܝܬܒ ܐܦ ܗܘ ܫܡܥܘܢ ܒܝܢܬܗܘܢ . 56 ܘܚܙܬܗ ܚܕܐ ܥܠܝܡܬܐ ܕܝܬܒ ܠܘܬ ܢܘܪܐ : ܘܚܪܬ ܒܗ ܘܐܡܪܬ : ܐܦ ܗܢܐ ܥܡܗ ܗܘܐ .

57 ܗܘ

57 Ipse autem negavit, & dixit; Mulier, non novi eum.

58 Et paulo post vidit eum alius, & dixit ei; Etiam tu ex ipsis es: Cephas autem dixit; Non sum.

59 Et post horam unam alius contendebat, & dicebat: Verè etiam hic cum illo erat: nam etiam Galilæus est.

60 Ait Cephas; Homo, non novi quid dicas. Et confestim, eo loquente, cantavit gallus.

61 Et Jesus convertit se, & intuitus est Cepham: & recordatus est Simon sermonis Domini nostri, quem dixerat ei; Priusquam cantet gallus, negabis me tribus vicibus.

62 Et egressus foras Simon, & flevit amarè.

63 Et homines qui apprehenderant Jesum, illudebant ei, & obvelabant eum:

64 Ac percutiebant eum in faciem ejus, & dicebant; Vaticinare, quis est *qui* percussit te?

65 Et alia multa blasphemabant, ac dicebant contra eum.

66 Et quum illuxisset, congregati sunt Seniores & summi Sacerdotes & Scribæ, & subduxerunt eum in locum congregationis eorum:

67 Et dixerunt ei; Si tu es Christus, dic nobis. Dixit eis; Si dicam vobis, non credetis mihi:

68 Et si interrogavero vos, non reddetis mihi responsum, aut dimittetis me.

69 Ab hoc tempore erit Filius hominis sedens à dextera virtutis Dei.

70 Dicunt autem omnes; Tu es ergo Filius Dei? Dixit eis Jesus; Vos dicitis, quòd ego sim.

71 Dicunt; Quid amplius requiruntur nobis testes? nos enim audivimus ex ore ipsius.

CAPUT

CAPUT XXIII.

1 ET surrexerunt universa congregatio eorum, & adduxerunt eum ad Pilatum.

2 Et cœperunt accusare eum, & dicebant: Hunc invenimus seducentem populum nostrum, & prohibentem argentum capitationis Cæsari dare: & dixit de se, quòd Rex sit Messias:

3 Pilatus autem interrogavit eum, ac dixit ei; Es tu Rex Judæorum? Dixit ei; Tu dixisti.

4 Et dixit Pilatus summis Sacerdotibus & turbæ; Ego prorsus nullam causam invenio contra hominem hunc.

5 Illi autem clamabant, & dicebant; Conturbat populum nostrum, docens in universa Judæa; & incepit à Galilæa huc usque.

6 Pilatus autem quum audiret nomen Galilææ, interrogavit, num Vir Galilæus esset.

7 Et quum cognovisset, quòd sub potestate Herodis esset, misit eum ad Herodem: quia Hierosolymis erat illis diebus.

8 Herodes autem, quum vidisset Jesum, gavisus est valdè: cupidus enim erat videndi eum à tempore multo; quia audiverat de eo multa; & sperabat, se aliquod signum visurum ab eo.

9 Et sermonibus multis interrogabat eum; Jesus autem nullum responsum reddidit ei.

10 Stabant autem summi Sacerdotes & Scribæ, & fortiter accusabant eum.

11 Herodes verò contemtui habuit eum ipse & milites ejus. Et quum illusisset, induit eum vestibus coccineis, & remisit eum ad Pilatum.

12 Et illo die facti sunt amici Pilatus & Herodes inter sese; inimicitia enim antea fuerat inter eos.

13 Voca-

ܩܦܠܐܘܢ ܟܓ

1 ܘܩܡܘ ܟܠܗܘܢ ܒܟܢܫܗܘܢ ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ܀ 2 ܘܫܪܝܘ ܐܟܠܝܢ ܩܪܨܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗܢܐ ܐܫܟܚܢ ܕܡܛܥܐ ܥܡܢ ܘܟܠܐ ܕܢܬܠ ܟܣܦ ܪܫܐ ܠܩܣܪ ܘܐܡܪ ܥܠ ܢܦܫܗ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ܀ 3 ܦܝܠܛܘܣ ܕܝܢ ܫܐܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬ ܐܡܪܬ܀ 4 ܘܐܡܪ ܦܝܠܛܘܣ ܠܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܠܟܢܫܐ ܐܢܐ ܡܕܡ ܥܠܬܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܥܠ ܗܢܐ ܓܒܪܐ܀ 5 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ ܕܡܫܓܫ ܠܥܡܢ ܟܕ ܡܠܦ ܒܟܠܗ ܝܗܘܕ ܘܫܪܝ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܘܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ܀ 6 ܦܝܠܛܘܣ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܫܡܗ ܕܓܠܝܠܐ ܫܐܠ ܐܢ ܓܒܪܐ ܗܘ ܓܠܝܠܝܐ܀ 7 ܘܟܕ ܝܕܥ ܕܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܗܘ ܕܗܪܘܕܣ ܫܕܪܗ ܠܘܬ ܗܪܘܕܣ ܡܛܠ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܒܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ܀ 8 ܗܪܘܕܣ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܝܗ ܠܝܫܘܥ ܚܕܝ ܛܒ ܨܒܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܡܚܙܝܗ ܡܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܡܛܠ ܕܫܡܥ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܣܓܝܐܬܐ ܘܡܣܒܪ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܡܢܗ ܐܬܐ܀ 9 ܘܫܐܠܗ ܒܡܠܐ ܣܓܝܐܬܐ ܘܝܫܘܥ ܦܬܓܡܐ ܠܐ ܗܦܟ ܗܘܐ ܠܗ܀ 10 ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܣܦܪܐ ܘܡܬܚܬܢܐܝܬ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܩܪܨܘܗܝ܀ 11 ܫܛܗ ܕܝܢ ܗܘ ܗܪܘܕܣ ܘܦܠܚܘܗܝ ܘܟܕ ܒܙܚ ܒܗ ܐܠܒܫܗ ܢܚܬܐ ܕܙܚܘܪܝܬܐ ܘܫܕܪܗ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ܀ 12 ܘܗܘܘ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܪܚܡܐ ܦܝܠܛܘܣ ܘܗܪܘܕܣ ܚܕ ܥܡ ܚܕ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܡ ܒܝܢܬܗܘܢ܀

13 ܩܪܐ

13 Vocavit verò Pilatus summos Sacerdotes & Primates populi:

14 Et dixit eis; Adduxistis mihi hominem hunc tanquam subvertentem gentem vestram: & ecce, ego examinavi eum coram vobis, & causam nullam inveni in homine hoc, ex omnibus de quibus vos accusatis eum.

15 Sed neque Herodes: miseram enim eum ad illum; & ecce, nihil quod dignum sit morte factum est ei.

16 Castigabo igitur eum, & dimittam eum.

17 (Consuetudo enim erat, ut dimitteret eis unum in festo.)

18 Clamaverunt autem universa turba, & dixerunt; Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

19 Ille is erat qui propter seditionem & cædem, quæ facta fuerat in civitate, conjectus fuerat in carcerem.

20 Rursus verò loquutus est cum eis Pilatus cupiens dimittere Jesum.

21 Illi autem clamabant, ac dicebant; Crucifige eum, crucifige eum.

22 Ille autem tertia vice dixit eis; Quid enim quod malum sit, hic fecit? Nullam causam quæ digna sit morte inveni in eo. Castigabo eum igitur, & dimittam eum.

23 Ipsi autem instabant voce elata, & petebant ab eo, ut crucifigerent eum; & ingens fiebat vox eorum, & summorum Sacerdotum.

24 Pilatus verò præcepit, ut fieret petitio eorum.

25 Et dimisit illis eum qui propter seditionem & cædem conjectus fuerat in carcerem, quem petierant: Jesum verò tradidit voluntati eorum.

26 Et quum deducerent eum, apprehenderunt Simonem Cyrenæum venientem ex agro, & imposuerunt ei crucem ut ferret post Jesum.

27 Et veniebat post eum multitudo populi, & mulieres illæ quæ plangebant & lamentabantur super eo.

28 Et conversus est Jesus ad eas, ac dixit; Filiæ

Hierosolyma,

Hierosolymæ, ne flеatis super me; quin potiùs super vobis ipsis flete & super filiis vestris.

29 Quia ecce, veniunt dies quibus dicent; Beatæ steriles, & ventres qui non pepererunt, & ubera quæ non lactaverunt.

30 Tunc incipietis dicere montibus; Cadite super nos: & collibus; Operite nos.

31 Quod si in ligno humido ista faciunt, quid in arido fiet?

32 Et veniebant cum eo duo alii malefici, ut occiderentur.

33 Quum autem venissent ad locum quendam qui vocatur Cranium, crucifixerunt eum ibi, & illos maleficos, unum à dextra ejus, & alterum à sinistra ejus.

34 Ipse autem Jesus dicebat; Pater, remitte eis; non enim sciunt quid faciunt. Et diviserunt vestimenta ejus, & jecerunt super eis sortem.

35 Stabat autem populus, & spectabat: & deridebant eum etiam Primates, & dicebant; Alios servavit, servet seipsum, si ipse est Christus electus Dei.

36 Et illudebant ei etiam milites, accedentes ad eum, & offerentes ei acetum:

37 Et dicebant ei; Si tu es Rex Judæorum, serva teipsum.

38 Erat autem etiam inscriptio quæ scripta erat super eum; Græce, Romanè & Hebraicè; HIC EST REX JUDÆORUM.

39 Unus autem ex illis maleficis qui suspensi erant cum eo, blasphemabat contra eum, ac dicebat; Si tu es Christus, libera teipsum, & libera etiam nos.

40 Et objurgavit eum socius ejus, & dixit ei; Nec etiam Deum times, qui etiam tu in ipso es judicio?

41 Et nos justè: nam sicut digni fuimus, & sicut fecimus, retributionem accepimus: Hunc verò quod attinet; id quod odiosum sit non factum est ab ipso.

42 Et

ܐܘܪܫܠܡ ܠܐ ܬܒܟܝܢ ܥܠܝ. ܒܪܡ ܥܠ ܢܦܫܟܝܢ ܒܟܝܢ ܘܥܠ ܒܢܝܟܝܢ. 29 ܕܗܐ ܐܬܝܢ ܝܘܡܬܐ ܕܒܗܘܢ ܢܐܡܪܘܢ. ܛܘܒܝܗܝܢ ܠܥܩܪܬܐ ܘܠܟܪܣܬܐ ܕܠܐ ܝܠܕ. ܘܠܬܕܝܐ ܕܠܐ ܐܝܢܩܘ. 30 ܗܝܕܝܢ ܬܫܪܘܢ ܠܡܐܡܪ ܠܛܘܪܐ ܕܦܠܘ ܥܠܝܢ. ܘܠܪܡܬܐ ܕܟܣܐܝܢ. 31 ܕܐܢ ܒܩܝܣܐ ܪܛܝܒܐ ܗܟܢܐ ܥܒܕܝܢ. ܒܝܒܝܫܐ ܡܢܐ ܢܗܘܐ. 32 ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܥܡܗ ܬܪܝܢ ܐܚܪܢܝܢ ܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ ܕܢܬܩܛܠܘܢ. 33 ܘܟܕ ܐܬܘ ܠܕܘܟܬܐ ܚܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܩܪܩܦܬܐ: ܙܩܦܘܗܝ ܬܡܢ. ܠܗ ܘܠܗܠܝܢ ܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ: ܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܚܕ ܡܢ ܣܡܠܗ. 34 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܗܘܐ. ܐܒܝ ܫܒܘܩ ܠܗܘܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܝܕܥܝܢ ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ. ܘܦܠܓܘ ܢܚܬܘܗܝ ܘܐܪܡܝܘ ܥܠܝܗܘܢ ܦܣܐ. 35 ܘܩܐܡ ܗܘܐ ܥܡܐ ܚܙܐ. ܘܡܡܝܩܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܐܦ ܐܪܟܘܢܐ ܘܐܡܪܝܢ. ܠܐܚܪܢܐ ܐܚܝ. ܢܚܐ ܢܦܫܗ. ܐܢ ܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ ܓܒܝܗ ܕܐܠܗܐ. 36 ܘܡܒܙܚܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܐܦ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܟܕ ܩܪܒܝܢ ܠܘܬܗ ܘܡܩܪܒܝܢ ܠܗ ܚܠܐ. 37 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܐܢ ܐܢܬܘ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܐܚܐ ܢܦܫܟ. 38 ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܟܬܒܐ ܕܟܬܝܒ ܥܠܘܗܝ: ܝܘܢܐܝܬ ܘܪܗܘܡܐܝܬ ܘܥܒܪܐܝܬ. ܗܢܘ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. 39 ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܗܢܘܢ ܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ ܕܙܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ: ܡܓܕܦ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܘܐܡܪ. ܐܢ ܐܢܬܘ ܡܫܝܚܐ: ܦܨܐ ܢܦܫܟ ܘܦܨܐ ܐܦ ܠܢ. 40 ܘܟܐܐ ܒܗ ܚܒܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܦܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܚܠ ܐܢܬ: ܕܐܦ ܐܢܬ ܒܗ ܒܕܝܢܐ ܐܝܬܝܟ. 41 ܘܚܢܢ ܒܟܐܢܘܬܐ. ܐܝܟ ܕܫܘܝܢ ܓܝܪ ܘܐܝܟ ܕܥܒܕܢ ܐܬܦܪܥܢ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܕܡ ܕܣܢܐ ܠܐ ܥܒܕ ܠܗ.

42 ܘܐܡܪ

42 Et dixit Jesu; Memento mei, Domine mi, quum veneris in regnum tuum.

43 Dixit ei Jesus; Amen dico tibi; Hodie mecum eris in paradiso.

44 Erat autem quasi hora sexta: & factæ sunt tenebræ super totam terram usque ad horam nonam,

45 Et sol obscuratus est, & fissum est velamen templi per medium suum.

46 Et clamavit Jesus voce elata, ac dixit; Pater mi, in manus tuas depono spiritum meum. Hoc dixit, & expiravit.

47 Quum videret autem Centurio id quod factum fuerat, glorificavit Deum, ac dixit; Verè hic homo justus erat.

48 Et universæ turbæ, quæ congregatæ fuerant ad spectaculum hoc, quum viderent id quod factum fuerat, reversæ sunt percutientes pectora sua.

49 Et stabant de longinquo omnes noti Jesu, & mulieres quæ venerant cum eo ex Galilæa, & spectabant ista.

50 Homo autem quidam cujus nomen Joseph, Senator a Rama civitate Judææ: homo erat bonus & justus:

51 Hic non consenserat voluntati eorum & facinori eorum: & exspectabat regnum Dei.

52 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.

53 Et deposuit ipsum, ac involvit in fascia linea, ac posuit ipsum in sepulcro exciso, in quo nemo adhuc positus fuerat.

54 Et dies parasceves erat, & sabbathum illucescebat.

55 Accesserunt autem mulieres quæ venerant cum eo ex Galilæa, & inspexerunt sepulcrum, & ubi positum esset corpus ejus.

56 Et reversæ paraverunt unguenta & aromata, & in sabbatho quieverunt, quemadmodum præceptum erat.

CAPUT

CAPUT XXIV.

1 PRimo autem *die* septimanæ ad auroram, dum adhuc essent tenebræ, venerunt ad sepulcrum, & attulerunt illa aromata quæ paraverant: erantque cum eis mulieres aliæ.

2 Et invenerunt lapidem devolutum à sepulcro.

3 Et ingressæ sunt, & non invenerunt corpus Jesu.

4 Factumque est, quum ipsæ essent attonitæ propter hoc; ecce, duo Viri steterunt juxta eas, & fulgebat vestimentum eorum.

5 Et fuerunt in metu, & inclinaverunt facies suas in terram: & *illi* dixerunt eis; Quid quæritis vos viventem cum mortuis?

6 Non est hîc, surrexit: mementote, quòd loquutus sit vobiscum, quùm ipse *esset* in Galilæa,

7 Et dixerit, quòd futurum esset, ut Filius hominis traderetur in manus hominum peccatorum, & crucifigeretur, & tertio die resurgeret.

8 Et illæ recordatæ sunt sermonum ejus.

9 Et reversæ sunt à sepulcro. Et dixerunt hæc omnia undecim & reliquis.

10 Erant autem Maria Magdalena, & Johanna, & Maria mater Jacobi, & reliquæ quæ cum eis erant, quæ *hæc* dixerunt Apostolis.

11 Et visi sunt sermones hi in oculis eorum quasi deliramenta, neque crediderunt eis.

12 Simon autem surrexit, & cucurrit ad sepulcrum, & introspiciens vidit lintea, quæ posita erant seorsim, & abiit admirans apud semetipsum super eo quod factum erat.

13 Et ecce, duo ex eis eo ipso die ibant in vicum cujus nomen Emaus, distantem Hierosolymis stadiis sexaginta.

14 Et ipsi loquebantur unus cum altero de iis omnibus quæ contigerant.

15 Et

15 Et quum ipsi loquerentur, ac disputarent unus cum altero, venit ipse Jesus, & assecutus est eos, ac ibat cum eis.

16 Et oculi eorum detenti erant, ut non cognoscerent eum.

17 Et dixit eis; Qui sunt sermones hi quos loquimini unus cum altero, dum itis, & tristes estis?

18 Et respondit unus ex illis, cui nomen erat Cleophas, ac dixit ei; Tune es solus extraneus ab Hierosolyma, ut nescias quid factum sit in ea his diebus?

19 Dixit eis; Quid? Dicunt ei; De Jesu illo qui *erat* a Nazareth, Viro qui erat Propheta, & *qui* potens erat in sermone & in opere coram Deo & coram toto populo.

20 Quem tradiderunt Principes Sacerdotum & Seniores judicio mortis, & crucifixerunt eum.

21 Nos autem sperabamus, quòd ille ipse liberaturus esset Israelem. Et ecce, tres dies *sunt* ex quo hæc omnia facta sunt.

22 Sed etiam mulieres ex nobis attonitos nos reddiderunt: nam diluculo prævenerant ad sepulcrum.

23 Et quum non invenirent corpus ejus, venerunt, & dixerunt nobis; Angelos vidimus illic; & dicunt de eo quòd vivus sit.

24 Et etiam quidam ex nobis iverunt ad sepulcrum, & invenerunt ita ut dixerant mulieres; ipsum verò non viderunt.

25 Tunc dixit eis Jesus; O carentes mente, & graves corde ad credendum iis omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ,

26 Nonne hæc futurum erat ut sustineret Christus, & ut ingrederetur in gloriam suam?

27 Et incipiebat à Mose & ab omnibus Prophetis, & interpretabatur eis de seipso ex omnibus scripturis.

28 Et appropinquabant vico illi, ad quem proficiscebantur;

&

& ipse faciebat eos putare quasi ad locum longinquum proficisceretur.

29 Et coëgerunt eum, ac dixerunt ei; Mane apud nos, quia dies nunc inclinat se, ut tenebrescat. Et ingressus est ut maneret apud eos.

30 Factumque est, ut quum accumberet cum eis, acceperit panem, & benedixerit, ac fregerit, dederitque eis.

31 Et illicò aperti sunt oculi eorum, & agnoverunt eum: & ipse ablatus est ab eis.

32 Et dicebant unus ad alterum; Nònne cor nostrum accensum erat in medio nostri, quum loqueretur nobiscum in via, & interpretaretur nobis scripturas?

33 Et surrexerunt eadem hora, & reverti sunt Hierosolymam; ac invenerunt undecim congregatos, & eos qui cum eis erant.

34 Dicentes; Verè surrexit Dominus noster, & conspectus est Simoni.

35 Et ipsi quoque narrarunt ea quæ facta fuerant in via, & quomodo agnitus fuisset ipsis quum frangeret panem.

36 Et quum hæc loquerentur, Jesus stetit inter eos, & dixit eis; Pax vobiscum: Ego sum, ne timeatis.

37 Et illi perterriti sunt, & expaverunt: putabant enim quòd spiritum viderent.

38 Dixit eis Jesus; Quid contremiscitis vos, & cur ascendunt cogitationes vestræ in corda vestra?

39 Videte manus meas & pedes meos: nam ego sum. Palpate me, & cognoscite: quia spiritui caro & ossa non sunt, sicut videtis quòd sunt mihi.

40 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus suas & pedes suos.

41 Quumque ad hanc horam non crederent præ gaudio suo, & attoniti essent, dixit eis; Estne vobis aliquid hic ad comedendum?

42 Illi autem dederunt ei partem ex pisce assato, & ex favo mellis.

43 Et accepit, & comedit coram eis.

44 Et

44 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܡܠܝ ܕܡܠܠܬ ܥܡܟܘܢ ܟܕ ܐܝܬܝ ܗܘܝܬ ܥܡܟܘܢ: ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܕܢܫܬܠܡܘܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ ܘܒܢܒܝܐ ܘܒܡܙܡܘܪܐ ܥܠܝ: 45 ܗܝܕܝܢ ܦܬܚ ܪܥܝܢܗܘܢ ܠܡܣܬܟܠܘ ܒܟܬܒܐ. 46 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܗܟܢܐ ܟܬܝܒ. ܘܗܟܢܐ ܘܐܠ ܗܘܐ ܕܢܚܫ ܡܫܝܚܐ: ܘܢܩܘܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. 47 ܘܢܬܟܪܙ ܒܫܡܗ ܬܝܒܘܬܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ. ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܫܘܪܝܐ ܢܗܘܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ. 48 ܘܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܣܗܕܐ ܕܗܠܝܢ. 49 ܘܐܢܐ ܐܫܕܪ ܥܠܝܟܘܢ ܡܘܠܟܢܐ ܕܐܒܝ. ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܗܘܘ ܒܐܘܪܫܠܡ ܡܕܝܢܬܐ: ܥܕܡܐ ܕܬܠܒܫܘܢ ܚܝܠܐ ܡܢ ܪܘܡܐ. 50 ܘܐܦܩ ܐܢܘܢ ܥܕܡܐ ܠܒܝܬ ܥܢܝܐ. ܘܐܪܝܡ ܐܝܕܘܗܝ ܘܒܪܟ ܐܢܘܢ. 51 ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܡܒܪܟ ܠܗܘܢ: ܐܬܦܪܫ ܡܢܗܘܢ ܘܣܠܩ ܠܫܡܝܐ. 52 ܘܗܢܘܢ ܕܝܢ ܣܓܕܘ ܠܗ ܘܗܦܟܘ ܠܐܘܪܫܠܡ ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ. 53 ܘܒܟܠܙܒܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܒܗܝܟܠܐ: ܟܕ ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܒܪܟܝܢ ܠܐܠܗܐ ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܠܘܩܐ ܡܣܒܪܢܐ ܀

44 Et dixit eis; Hi sunt sermones quos loquutus sum vobiscum, quum apud vos essem; quòd oportebat, ut compleretur quicquid scriptum est in lege Mosis & in Prophetis & in Psalmis de me.

45 Tum aperuit mentem eorum ad intelligendum Scripturas:

46 Et dixit eis; Ita scriptum est, & ita conveniens fuit, ut pateretur Christus, & ut resurgeret à mortuis tertio die:

47 Et ut prædicaretur in nomine ejus conversio in remissionem peccatorum, in omnibus populis: & principium fieret ab Hierosolymis.

48 Et vos estis testes horum,

49 Et ego mittam super vos promissum Patris mei: vos autem exspectate in Hierosolyma urbe, donec induamini virtute ex alto.

50 Et eduxit eos usque ad Bethaniam; & sustulit manus suas, & benedixit eis.

51 Et factum est, quum benediceret eis, separatus est ab eis, & ascendit in cœlum.

52 Ipsi autem adoraverunt eum, & reversi sunt Hierosolymam cum gaudio magno.

53 Et omni tempore erant in templo glorificantes & benedicentes Deo. AMEN.

Finitum est Euangelium sanctum Lucæ Euangelistæ.

EUANGELIUM SANCTUM PRÆDICATIONIS

JOHANNIS PRÆCONIS.

Quod locutus est, ac prædicavit Græcè Ephesi.

CAPUT I.

IN principio erat Sermo; & ipse Sermo erat apud Deum, & Deus erat ipse Sermo.

2 Hic erat in principio apud Deum.

3 Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso ne unum quidem fuit quicquid fuit.

4 In ipso vita erat, & vita erat Lux hominum.

5 Et ipsa Lux in tenebris lucet, & tenebræ non perceperunt eam.

6 Fuit homo, qui missus est à Deo, nomen ejus Johannes.

34 ܘܬܒܥܘܢܢܝ ܘܠܐ ܬܫܟܚܘܢܢܝ. ܘܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܬܐ. 35 ܐܡܪܝܢ ܝܗܘܕܝܐ ܒܢܦܫܗܘܢ. ܠܐܝܟܐ ܥܬܝܕ ܗܢܐ ܠܡܐܙܠ ܕܚܢܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܗ. ܠܡܐ ܠܒܪ ܙܪܘܥܝܐ ܕܥܡܡܐ ܥܬܝܕ ܠܡܐܙܠ ܘܠܡܠܦܘ ܠܚܢܦܐ. 36 ܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ. ܕܬܒܥܘܢܢܝ ܘܠܐ ܬܫܟܚܘܢܢܝ. ܘܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ. ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܬܐ. 37 ܒܝܘܡܐ ܕܝܢ ܪܒܐ ܕܐܚܪܝܐ ܕܥܐܕܐ. ܩܐܡ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܘܩܥܐ ܘܐܡܪ. ܐܢ ܐܢܫ ܨܗܐ ܢܐܬܐ ܠܘܬܝ ܘܢܫܬܐ. 38 ܟܠ ܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܒܝ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܘ ܟܬܒܐ. ܢܗܪܘܬܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ ܢܪܕܘܢ ܡܢ ܟܪܣܗ. 39 ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܥܠ ܪܘܚܐ ܕܡܛܝܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܩܒܠܘ ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ. ܠܐ ܓܝܪ ܥܕܟܝܠ ܐܬܝܗܒܬ ܗܘܬ ܪܘܚܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܕܟܝܠ ܐܫܬܒܚ ܗܘܐ ܝܫܘܥ. 40 ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܡܢ ܟܢܫܐ ܕܫܡܥܘ ܡܠܘܗܝ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ. ܗܢܘ ܫܪܝܪܐܝܬ ܢܒܝܐ. 41 ܐܚܪܢܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܗܢܘ ܡܫܝܚܐ. ܐܚܪܢܐ ܐܡܪܝܢ. ܠܡܐ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ. 42 ܠܐ ܗܘܐ ܟܬܒܐ ܐܡܪ. ܕܡܢ ܙܪܥܗ ܕܕܘܝܕ ܘܡܢ ܒܝܬ ܠܚܡ ܩܪܝܬܐ ܕܕܘܝܕ ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ. 43 ܘܗܘܬ ܗܘܬ ܦܠܓܘܬܐ ܡܛܠܬܗ ܒܟܢܫܐ. 44 ܘܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܐܚܕܘܢܝܗܝ. ܐܠܐ ܠܐ ܐܢܫ ܐܪܡܝ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܝܐ. 45 ܘܐܬܘ ܕܚܫܐ ܠܘܬ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܦܪܝܫܐ. ܘܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܟܗܢܐ. ܠܡܢܐ ܠܐ ܐܝܬܝܬܘܢܝܗܝ. 46 ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ ܕܚܫܐ. ܠܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܕܡܡܠܠ ܗܢܐ ܓܒܪܐ. 47 ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ ܦܪܝܫܐ. ܠܡܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܐܛܥܝܬܘܢ. 48 ܠܡܐ

34 Et quæretis me, & non invenietis me: & ubi ego ſum, non poteſtis vos venire.

35 Dicunt Judæi inter ſeſe; Quò hic abiturus eſt, ut non inveniamus eum? Num ad loca Gentium abiturus eſt, ut doceat Ethnicos?

36 Quis eſt hic ſermo, quem dixit; Quæretis me, & non invenietis me: & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire?

37 Die autem magno, qui erat ultimus feſti, ſtabat Jeſus & clamabat, & dicebat; Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.

38 Omnis qui credit in me, ſicut dixerunt ſcripturæ, flumina aquæ vivæ fluent ex ventre ejus.

39 (Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in ipſum: nondum enim datus erat Spiritus; quia nondum glorificatus erat Jeſus.)

40 Multi autem ex turbis, qui audierunt ſermones ejus, dicebant; Hic verè eſt Propheta.

41 Alii dicebant; Hic eſt Chriſtus: alii dicebant; Nunquid ex Galilæa venturus eſt Chriſtus?

42 Nonne Scriptura dixit, quod ex ſemine Davidis & ex Bethlehem oppido ipſius Davidis venturus eſt Chriſtus?

43 Et factum eſt diſſidium propter eum in turbis.

44 Et erant quidam ex eis, qui volebant apprehendere eum: ſed nemo injecit in eum manus.

45 Et venerunt miniſtri illi ad ſummos Sacerdotes, & Phariſæos, & dixerunt eis Sacerdotes; Quare non adduxiſtis eum?

46 Dicunt eis miniſtri. Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut loquitur hic homo.

47 Dicunt eis Phariſæi; Nunquid etiam vos erraſtis?

48 Num

48 Num quis ex Proceribus aut ex Pharisæis credidit in eum?

49 Nisi populus hic, qui non novit Legem; maledicti sunt.

50 Dixit eis Nicodemus, unus ex eis, is qui venerat ad Jesum nocte:

51 Nunquid Lex nostra condemnat hominem, nisi audierit ab eo priùs, & cognoverit, quid fecerit?

52 Responderunt & dixerunt ei; Nunquid etiam tu ex Galilæa es: Scrutare, & vide, quòd Propheta ex Galilæa non surrexit.

53 Ivit ergo unusquisque domum suam.

CAPUT VIII.

1 JEsus autem ivit in montem Olivarum;

2 Mane verò iterum venit in templum, & totus populus veniebat ad eum: & sedens docebat eos.

3 Adduxerunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem, quæ deprehensa erat in adulterio. Et cum constituissent eam in medio,

4 Dicunt ei; Magister, hæc mulier deprehensa est aperte in ipso facto adulterii.

5 Et in lege autem Mosis præcepit *Deus*, ut tales lapidemus. Tu igitur quid dicis?

6 Hoc dixerunt tentantes eum, ut haberent ut accusarent eum. Jesus autem, quum deorsum incurvasset se, scribebat supra terram.

7 Quum autem permanerent interrogantes, erexit se, & dixit ipsis; Qui ex vobis est sine peccato, primus jaciat in eam lapidem.

8 Et rursus quum incurvasset se, scribebat supra terram.

9 Ipsi autem quum audivissent, exibant sigillatim, quum incepissent a Senioribus, & relicta est mulier sola, existens in medio.

10 Quum autem erexisset se Jesus, dixit mulieri; ubi sunt illi? nemo condemnavit te?

11 Illa vero dixit; Nemo Domine: Dixit autem Jesus; Neque ego condemno te: abi, & ab hoc tempore amplius ne pecca.

12 Rursus autem locutus est cum eis Jesus, & dixit; Ego sum lux mundi: qui post me venit, non ambulabit in tenebris, sed inveniet sibi lumen vitæ.

13 Dixerunt ei Pharisæi; Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est verum.

14 Respondit Jesus, & dixit eis; Etiamsi ego tester de meipso, verum est testimonium meum: quia scio, unde venerim, & quò proficiscar; vos autem non novistis, unde venerim, neque quò proficiscar.

15 Vos corporaliter judicatis; ego neminem judico.

16 Et si autem judicem, judicium meum verum est: quia non sum solus; sed ego & Pater meus, qui misit me.

17 Sed & in Lege vestra scriptum est, quòd testimonium duorum hominum verum sit.

18 Ego sum, qui testor de meipso; & Pater meus, qui misit me, testatur de me.

19 Dicunt ei; Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus, & dixit eis; Neque me novistis, neque Patrem meum: si me nossetis, etiam Patrem meum nossetis.

20 Hos sermones locutus est ad gazophylacium, docens in templo: & nemo apprehendit eum: nondum enim venerat hora ejus.

21 Dixit eis rursus Jesus; Ego vado, & quæretis me, & moriemini in peccatis vestris: & quò ego vado, vos non potestis venire.

22 Dicunt Judæi; Nunquid seipsum interfecturus est; quia dixit; Quò ego vado, vos non potestis venire?

23 Et dixit eis; Vos ex inferis estis, & ego

& ego ex supernis sum: vos ex hoc estis mundo, ego non sum ex hoc mundo.

24 Dixi vobis, quòd moriemini in peccatis vestris: nisi enim credideritis, quòd ego sim, moriemini in peccatis vestris.

25 Dicunt Judæi; Tu quis es? Dixit eis Jesus; Etiamsi inceperim loqui vobiscum,

26 Multum *tamen* est mihi de vobis dicendum & judicandum. Sed is qui misit me, verax est: & ego ea quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.

27 Et non cognoverunt, quòd de Patre loqueretur eis.

28 Dixit eis rursus Jesus; Quum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quòd ego sim, & nihil voluntate propria faciam; sed sicut docuit me Pater meus, sic loquor.

29 Et qui misit me mecum est, nec reliquit me solum Pater meus; quia ego id, quod placet ei, facio semper.

30 Et quum hæc loqueretur, multi crediderunt in eum.

31 Et dixit Jesus illis Judæis qui crediderunt in eum; Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei estis.

32 Et cognoscetis veritatem, & ipsa veritas liberos efficiet vos.

33 Dicunt ei; Semen sumus Abrahami, & nunquam servitutem alicui servivimus: quomodo dicis tu; Eritis liberi?

34 Dixit eis Jesus; Amen amen dico vobis; Quisquis facit peccatum, servus est peccati.

35 Et servus non manet in ævum in domo: filius autem in ævum manet.

36 Si ipse igitur Filius liberos vos faciat, verè eritis liberi.

37 Scio, quod semen estis Abrahami; sed quæritis interficere me;

quia

ܘܐܢܐ ܡܢ ܠܥܠ ܐܢܐ. ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܗܢܐ ܐܢܬܘܢ ܥܠܡܐ. ܐܢܐ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ.

24 ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܕܬܡܘܬܘܢ ܒܚܛܗܝܟܘܢ. ܐܢ ܠܐ ܓܝܪ ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ. ܬܡܘܬܘܢ ܒܚܛܗܝܟܘܢ.

25 ܐܡܪܝܢ ܝܗܘܕܝܐ. ܐܢܬ ܡܢ ܐܢܬ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܐܦܢ ܫܪܝܬ ܕܐܡܠܠ ܥܡܟܘܢ:

26 ܣܓܝ ܐܝܬ ܠܝ ܥܠܝܟܘܢ ܠܡܡܠܠܘ ܘܠܡܕܢ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܫܕܪܢܝ ܫܪܝܪ ܗܘ. ܘܐܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܬ ܡܢܗ: ܗܠܝܢ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܒܥܠܡܐ.

27 ܘܠܐ ܝܕܥܘ ܕܥܠ ܐܒܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ.

28 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܬܘܒ ܝܫܘܥ. ܐܡܬܝ ܕܬܪܝܡܘܢܝܗܝ ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ: ܗܝܕܝܢ ܬܕܥܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ. ܘܡܕܡ ܡܢ ܨܒܝܢܝ ܠܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܠܦܢܝ ܐܒܝ ܗܟܢܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ.

29 ܘܡܢ ܕܫܕܪܢܝ ܥܡܝ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܠܐ ܫܒܩܢܝ ܒܠܚܘܕܝ ܐܒܝ: ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܕܫܦܪ ܠܗ ܥܒܕ ܐܢܐ ܒܟܠܙܒܢ.

30 ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܡܡܠܠ ܗܘܐ: ܣܓܝܐܐ ܗܝܡܢܘ ܒܗ.

31 ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܗܢܘܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܗ. ܐܢ ܐܢܬܘܢ ܬܩܘܘܢ ܒܡܠܬܝ: ܫܪܝܪܐܝܬ ܬܠܡܝܕܝ ܐܢܬܘܢ.

32 ܘܬܕܥܘܢ ܫܪܪܐ. ܘܗܘ ܫܪܪܐ ܢܚܪܪܟܘܢ.

33 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܙܪܥܗ ܚܢܢ ܕܐܒܪܗܡ. ܘܡܬܘܡ ܠܐ ܐܫܬܥܒܕܢ ܠܐܢܫ. ܐܝܟܢܐ ܐܢܬ ܐܡܪ ܐܢܬ ܕܒܢܝ ܚܐܪܐ ܬܗܘܘܢ.

34 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܟܠ ܕܥܒܕ ܚܛܝܬܐ ܥܒܕܐ ܗܘ ܕܚܛܝܬܐ.

35 ܘܥܒܕܐ ܠܐ ܡܩܘܐ ܠܥܠܡ ܒܒܝܬܐ. ܒܪܐ ܕܝܢ ܠܥܠܡ ܡܩܘܐ.

36 ܐܢ ܗܘ ܗܟܝܠ ܕܒܪܐ ܢܚܪܪܟܘܢ: ܫܪܝܪܐܝܬ ܒܢܝ ܚܐܪܐ ܬܗܘܘܢ.

37 ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܙܪܥܗ ܐܢܬܘܢ ܕܐܒܪܗܡ. ܐܠܐ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܩܛܠܢܝ: ܡܛܠ

quia sermoni meo non acquiescitis.

38 Ego id quod vidi apud Patrem, loquor: & vos id quod vidistis apud patrem vestrum, facitis.

39 Responderunt, ac dixerunt ei; Pater noster Abrahamus est. Dixit eis Jesus; Si filii essetis Abrahami, opera Abrahami faceretis.

40 Nunc autem, ecce, quæritis interficere me, hominem, qui veritatem loquutus sum vobiscum, eam quam audivi à Deo: hoc Abrahamus non fecit.

41 Vos autem facitis opera patris vestri. Dicunt ei; Nos ex scortatione non sumus; unus Pater est nobis, Deus.

42 Dixit eis Jesus; Si Deus esset Pater vester, amaretis me: ego enim à Deo exivi, & veni: & nequaquam ex voluntate propria veni, sed ipse misit me.

43 Quare sermonem meum non agnoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

44 Vos ex patre diabolo estis, & desiderium patris vestri vultis facere. Ejus qui à principio homicida est, & in veritate non stetit; quia veritas non est in eo: & quando loquitur mendacium, de suo ipse loquitur: quia mendax est, etiam pater ipsius *mendacii*.

45 Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.

46 Quis ex vobis arguit me de peccato? Et si veritatem dico, vos quare non creditis mihi.

47 Qui ex Deo est, Sermones Dei audit: propterea vos non auditis, quia non estis ex Deo.

48 Responderunt Judæi, & dixerunt ei; Nonne bene dicimus, quod Samaritanus sis, & dæmonium habeas?

49 Dixit

49 Dixit eis Jesus; Dæmonium non habeo, sed Patrem meum honoro, & vos ignominia afficitis me.

50 Ego autem non quæro gloriam meam: est quærens, & judicans.

51 Amen amen dico vobis; is qui sermonem meum servat, mortem non videbit in æternum.

52 Dicunt ei Judæi; Nunc novimus, quòd dæmonium habeas: Abrahamus mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis; Qui sermonem meum servat, mortem non gustabit in æternum.

53 Nunquid tu major es quàm pater noster Abrahamus, qui mortuus est, & quàm Prophetæ, qui mortui sunt? Quem facis teipsum?

54 Dixit eis Jesus; Si ego glorifico meipsum, gloria mea non est quicquam: Pater meus est qui glorificat me, ille *de* quo dicitis; Deus noster est.

55 Et non novistis eum: egó autem novi eum: & si dicerem, quod non novi eum, essem mendax sicut vos: sed novi eum, & sermonem ejus servo.

56 Abrahamus pater vester cupiebat videre diem meum; & vidit, & gavisus est.

57 Dicunt ei Judæi; Nondum annos quinquaginta natus es, & Abrahamum vidisti?

58 Dixit eis Jesus; Amen amen dico vobis; Antequam fieret Abrahamus, ego sum.

59 Et sustulerunt lapides, ut lapidarent eum; & Jesus occultavit se, & egressus est è templo, & transivit inter eos, & abiit.

CAPUT IX.

1 ET quum transiret, vidit hominem cæcum ab utero matris suæ.

2 Et interrogaverunt eum discipuli ejus, & dixerunt; Domine noster, quisnam peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3 Dixit eis Jesus; Nec ipse peccavit, nec

49 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܠܝ ܕܝܘܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ. ܐܠܐ ܠܐܒܝ ܡܝܩܪ ܐܢܐ. ܘܐܢܬܘܢ ܡܨܥܪܝܢ ܠܝ.

50 ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܫܘܒܚܝ. ܐܝܬ ܗܘ ܕܒܥܐ ܘܕܐܢ.

51 ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܡܢ ܕܡܠܬܝ ܢܛܪ ܡܘܬܐ ܠܐ ܚܙܐ ܠܥܠܡ.

52 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܝܗܘܕܝܐ. ܗܫܐ ܝܕܥܢ ܕܕܝܘܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܐܒܪܗܡ ܡܝܬ ܘܢܒܝܐ: ܘܐܢܬ ܐܡܪ ܐܢܬ ܕܡܢ ܕܡܠܬܝ ܢܛܪ ܡܘܬܐ ܠܐ ܢܛܥܡ ܠܥܠܡ.

53 ܠܡܐ ܐܢܬ ܪܒ ܐܢܬ ܡܢ ܐܒܘܢ ܐܒܪܗܡ ܕܡܝܬ ܘܡܢ ܢܒܝܐ ܕܡܝܬܘ. ܡܢܘ ܥܒܕ ܐܢܬ ܢܦܫܟ.

54 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܐܢ ܐܢܐ ܡܫܒܚ ܐܢܐ ܢܦܫܝ: ܫܘܒܚܝ ܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ. ܐܝܬܘܗܝ ܐܒܝ ܕܡܫܒܚ ܠܝ. ܗܘ ܕܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗܢ ܗܘ.

55 ܘܠܐ ܝܕܥܬܘܢܝܗܝ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ. ܘܐܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ: ܗܘܐ ܐܢܐ ܠܝ ܟܕܒܐ ܐܟܘܬܟܘܢ. ܐܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ ܘܡܠܬܗ ܢܛܪ ܐܢܐ.

56 ܐܒܪܗܡ ܐܒܘܟܘܢ: ܡܣܘܚ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܝܘܡܝ. ܘܚܙܐ ܘܚܕܝ.

57 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܝܗܘܕܝܐ. ܥܕܟܝܠ ܒܪ ܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܠܐ ܗܘܝܬ ܘܠܐܒܪܗܡ ܚܙܝܬ.

58 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܥܕܠܐ ܢܗܘܐ ܐܒܪܗܡ ܐܢܐ ܐܝܬܝ.

59 ܘܫܩܠܘ ܟܐܦܐ ܕܢܪܓܡܘܢܝܗܝ. ܘܝܫܘܥ ܐܛܫܝ ܘܢܦܩ ܡܢ ܗܝܟܠܐ. ܘܥܒܪ ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܐܙܠ.

ܩܦܠܐܘܢ ܛ

1 ܘܟܕ ܥܒܪ: ܚܙܐ ܓܒܪܐ ܣܡܝܐ ܕܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ. 2 ܘܫܐܠܘܗܝ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ. ܪܒܢ ܡܢܘ ܚܛܐ. ܗܢܐ ܐܘ ܐܒܗܘܗܝ ܕܟܕ ܣܡܝܐ ܢܬܝܠܕ. 3 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܠܐ ܗܘ ܚܛܐ ܘܠܐ

nec parentes ejus; sed ut conspicerentur in eo opera Dei.

4 Me oportet operari opera ejus qui misit me, dum dies est: ventura est nox, qua quis non potest operari.

5 Quamdiu ego in mundo, lux sum mundi.

6 Et quum dixisset hæc, spuit in terram, & formavit lutum ex sputo suo, & illevit oculis illius cæci

7 Et dixit ei; Abi, lava in baptisterio Siloam. Et abiens lavit, & venit videns.

8 Vicini autem ejus, & ii quibus visus fuerat priùs, quòd mendicaret, dicebant; Nonne hic est ille qui sedebat, & mendicabat?

9 Erant, qui dicebant; Is est. Et erant qui dicebant; Non, sed prorsus similis est ei. Ipse autem dicebat; Ego sum

10 Dicunt ei; Quomodo aperti sunt oculi tui?

11 Respondit, & dixit eis; Vir, cujus nomen est Jesus, fecit lutum, & illevit oculis meis, & dixit mihi; Abi, lava in aquis Siloam. Et abivi, & lavi, & visus restitutus est mihi.

12 Dicunt ei; Ubi est ille? Dixit eis; Nescio.

13 Et adduxerunt illum, qui ab initio cæcus fuerat, ad Pharisæos.

14 Erat autem Sabbathum, quum feceret lutum Jesus, & aperiret ei oculos ejus.

15 Et rursus interrogaverunt eum Pharisæi; Quomodo visus restitutus est tibi? Ipse autem dixit eis; lutum imposuit oculis meis, & lavi, & visus restitutus est mihi.

16 Et dicebant aliqui ex Pharisæis; Hic homo nequaquam ex Deo est, quia sabbathum non servat. Alii autem dicebant; Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et dissidium erat inter eos.

17 Dicunt rursus illi cæco; Tu quid dicis de eo, quòd aperuit tibi oculos tuos?

Dixit eis; ego Dico, quòd Propheta est.

18 Non autem crediderant de eo Judæi, quòd cæcus fuisset, & videret, usquequò vocarunt parentes ejus qui videbat:

19 Et interrogaverunt eos; Num hic est filius vester, quem vos dicitis, quòd cæcus natus sit? Quomodo jam videt?

20 Responderunt autem parentes ejus, & dixerunt; Novimus, quod hic sit filius noster, & quod cæcus natus sit:

21 Quomodo autem jam videat, aut quisnam aperuerit ei oculos ejus, non novimus: etiam ipse progressus est ad annos suos, ipsum interrogate, ipse pro seipso loquetur.

22 Hæc dixerunt parentes ejus, quia timebant à Judæis: Statuerant enim Judæi, quòd si quis confiteretur eum, quòd Christus esset, ejicerent eum ex synagoga.

23 Propterea dixerunt parentes ejus; Progressus est ad annos suos, ipsum interrogate.

24 Et vocaverunt hominem secunda vice, illum qui fuerat cæcus, & dixerunt ei; Da gloriam Deo: nos enim novimus, quod hic homo peccator sit.

25 Respondit ipse, & dixit eis; An peccator sit, nescio; unum autem scio, quòd cæcus fuerim, & jam ecce video.

26 Dicunt ei iterum; Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos tuos?

27 Dixit eis; Dixi vobis, & non audivistis: quid vultis audire? Nunquid etiam vos discipuli vultis fieri ei?

28 Illi autem conviciati sunt ei, & dixerunt ei; Tu es discipulus illius; nos enim discipuli sumus Mosis.

29 Et novimus, quòd cum Mose Deus locutus est; hunc autem non novimus, unde sit.

30 Respondit ille homo, & dixit eis; Hoc est ergo mirandum, quòd vos non sciatis

ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܢܒܝܐ ܗܘ. 18 ܠܐ ܕܝܢ ܗܝܡܢܘ ܗܘܘ ܒܗ ܝܗܘܕܝܐ ܕܣܡܝܐ ܗܘܐ ܘܚܙܐ. ܥܕܡܐ ܕܩܪܘ ܠܐܒܗܘܗܝ ܕܗܘ ܕܚܙܐ.

19 ܘܫܐܠܘܢ ܐܢܘܢ. ܐܢ ܗܢܘ ܒܪܟܘܢ ܗܢܐ ܕܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܟܕ ܣܡܐ ܐܬܝܠܕ. ܐܝܟܢܐ ܗܫܐ ܚܙܐ.

20 ܥܢܘ ܕܝܢ ܐܒܗܘܗܝ ܘܐܡܪܘ. ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܗܢܘ ܒܪܢ. ܘܕܟܕ ܣܡܐ ܐܬܝܠܕ.

21 ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܗܫܐ ܚܙܐ. ܐܘ ܡܢܘ ܦܬܚ ܠܗ ܥܝܢܘܗܝ ܠܐ ܝܕܥܝܢ. ܐܦ ܗܘ ܡܛܐ ܠܗ ܒܫܢܘܗܝ ܠܗ ܫܐܠܘ. ܗܘ ܚܠܦ ܢܦܫܗ ܢܡܠܠ.

22 ܗܠܝܢ ܐܡܪܘ ܐܒܗܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ. ܦܣܩܘ ܗܘܘ ܓܝܪ ܝܗܘܕܝܐ. ܕܐܢ ܐܢܫ ܢܘܕܐ ܒܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܢܦܩܘܢܝܗܝ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ.

23 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪܘ ܐܒܗܘܗܝ ܕܡܛܐ ܠܗ ܒܫܢܘܗܝ ܠܗ ܫܐܠܘ.

24 ܘܩܪܘܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܣܡܝܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܗܒ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ. ܚܢܢ ܓܝܪ ܝܕܥܝܢ ܕܓܒܪܐ ܗܢܐ ܚܛܝܐ ܗܘ.

25 ܥܢܐ ܗܘ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܢ ܚܛܝܐ ܗܘ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ. ܚܕܐ ܕܝܢ ܝܕܥ ܐܢܐ. ܕܣܡܝܐ ܗܘܝܬ ܘܗܫܐ ܗܐ ܚܙܐ ܐܢܐ.

26 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܬܘܒ ܡܢܐ ܥܒܕ ܠܟ. ܐܝܟܢܐ ܦܬܚ ܠܟ ܥܝܢܝܟ.

27 ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܫܡܥܬܘܢ. ܡܢܐ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܫܡܥ. ܠܡܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܠܡܝܕܐ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܗܘܐ ܠܗ.

28 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܨܚܝܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܐܢܬ ܗܘ ܬܠܡܝܕܗ ܕܗܘ. ܚܢܢ ܓܝܪ ܬܠܡܝܕܐ ܚܢܢ ܕܡܘܫܐ.

29 ܘܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܥܡ ܡܘܫܐ ܡܠܠ ܐܠܗܐ. ܠܗܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܡܢ ܐܝܟܐ ܗܘ.

30 ܥܢܐ ܗܘ ܓܒܪܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܗܘ ܬܕܡܘܪܬܐ. ܕܐܢܬܘܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ

[illegible]

sciatis, unde sit, & oculos meos aperuit.

31 Novimus autem, quòd Deus vocem peccatorum non exaudiat; sed qui reveretur eum, & facit voluntatem ejus, illum exaudit.

32 A seculo non fuit auditum, quòd aperuerit quis oculos cæci nati.

33 Si hic ex Deo non esset, non potuisset hoc facere.

34 Responderunt, & dixerunt ei; Tu totus in peccatis natus es, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras

35 Et audivit Jesus, quòd ejecissent eum foras: & invenit eum, ac dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

36 Respondit ille, qui sanatus est, & dixit; Quis est, Domine mi, ut credam in eum?

37 Dixit ei Jesus; Vidisti eum: & is qui loquitur tecum, ipse est.

38 Ipse autem dixit; Credo, Domine mi; Et procidens adoravit eum.

39 Et dixit Jesus; Ad judicium mundi hujus veni; ut ii, qui non vident, videant: & ii qui vident, cæci fierent.

40 Et hæc audiverunt *quidam* ex Pharisæis illis qui cum eo erant, & dixerunt ei; Nunquid etiam nos cæci sumus?

41 Dixit eis Jesus; Si cæci essetis, non esset vobis peccatum; nunc verò vos dicitis, Videmus: propterea peccatum vestrum permanens est.

CAPUT X.

[illegible]

[illegible]

1 Amen amen dico vobis; qui non ingreditur per ostium in caulam ovium, sed ascendit ex loco alio, ille fur est & latro.

2 Ille autem qui ingreditur per ostium, pastor est ovium.

3 Et huic custos ostii aperit ostium: & oves audiunt vocem ejus,

& oves suas

& oves suas vocat nominibus suis, & educit eas.

4 Et quum eduxerit oves suas, præcedit eas; & oves ejus sequuntur eum, quia norunt vocem ejus.

5 Alienum autem non sequuntur oves, sed fugiunt ab eo, quia non norunt vocem alieni.

6 Hanc parabolam dixit eis Jesus; ipsi autem non cognoverunt, quid loqueretur cum ipsis.

7 Dixit autem eis rursus Jesus; Amen amen dico vobis; Ego sum ostium ovium.

8 Et omnes qui venerunt, fures sunt & latrones; sed non audierunt eos oves.

9 Ego sum ostium, & per me si quis ingrediatur, vivet, & ingredietur, & egredietur, & pascuum inveniet.

10 Fur non venit, nisi ut furetur, & occidat, & perdat; ego veni, ut vitam habeant, & id quod præstans est, habeant.

11 Ego sum Pastor bonus: & Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis.

12 Mercenarius autem, qui non est Pastor, & cujus non sunt oves, quum vidit lupum venientem, relinquit oves, & fugit; & veniens lupus rapit, & dispergit oves.

13 Mercenarius autem fugit; quia mercenarius est, neque cura est ei ovium.

14 Ego sum Pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscor à meis.

15 Sicut novit me Pater meus, & ego novi Patrem meum, & animam meam pono pro ovibus.

16 Sunt autem mihi etiam oves aliæ, quæ non fuerunt ex caula hac; atque etiam eas oportet me adducere; & audient vocem meam; & totus grex fiet unus, & unus Pastor.

17 Propterea Pater meus diligit me, quia ego pono animam meam, ut rursus assumam eam.

18 Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam ex voluntate mea:

potestatem

[illegible]

Poteſtatem enim habeo, ut [illegible]; & poteſtatem habeo, ut [illegible] eam: quia hoc mandatum accepi à Patre meo.

19 Et factum eſt rurſus diſſidium inter Judæos propter ſermones hos.

20 Et dicebant multi ex eis; [illegible]nium eſt ei, & omninò inſanit: quid [illegible]ditis eum?

21 Alii autem dicebant; Hi ſermones non ſunt dæmoniaci: num [illegible] poteſt oculos cæci aperire?

22 Erat autem feſtum [illegible] Hieroſolymis, & hyems erat [illegible].

23 Et ambulabat Jeſus in templo, in porticu Salomonis.

24 Et circumdederunt eum [illegible], & dicebant ei; Uſquequo tollis [illegible] noſtram? Si tu es Chriſtus, dic nobis manifeſtim.

25 Reſpondit Jeſus, & dixit [illegible]; Dixi vobis, & non creditis: & [illegible] facio in nomine Patris mei, [illegible]tur de me:

26 Sed vos non creditis; quia [illegible] ex ovibus meis, ſicut dixi vobis.

27 Oves meæ vocem meam [illegible], & ego novi eas, & ipſæ [illegible] me.

28 Ac ego do eis vitam quæ eſt in æternum, neque peribunt in æternum, neque quiſquam rapiet eas è manibus meis:

29 Pater enim meus, qui dedit eas mihi, omnibus major eſt; [illegible]quam poteſt è manu Patris [illegible]ere.

30 Ego & Pater meus unum [illegible].

31 Et ſuſtulerunt rurſus Judæi [illegible], ut lapidarent eum.

32 Dixit eis Jeſus; Multa opera [illegible] a Patre meo oſtendi vobis; [illegible] quodnam opus ex illis [illegible]?

33 Dicebant ei Judæi; [illegible] propter opera bona lapidamus te; ſed propterea quòd blaſphemas:

& quum

quum sis homo, facis te ipsum Deum.

34 Dixit eis Jesus; Nonne ita scriptum est in Lege vestra; Ego dixi; Dii estis?

35 Si eos dixit deos, quia ad eos factus est sermo Dei, neque potest Scriptura solvi:

36 Ei quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis; blasphemas, propterea quòd dixi vobis; Filius Dei sum.

37 Et, si non facio opera Patris mei, non credatis mihi:

38 Si verò facio, etiamsi mihi non credatis, ipsis operibus credite: ut sciatis, & credatis, quòd Pater meus est in me, & ego in Patre meo.

39 Et quæsiverant rursùs apprehendere eum; sed exivit ex manibus illorum.

40 Et abiit in oppositam ripam Jordanis, in locum ubi erat Johannes ab initio, quum baptizaret: & fuit ibi.

41 Et venerunt homines multi ad eum, & dicebant; Johannes ne unum quidem signum fecit; quicquid autem dixit Johannes de Viro hoc, verum est.

42 Et multi crediderunt in eum.

CAPUT XI.

1 Erat autem quidam, qui ægrotabat, Lazarus ex Bethania pago, frater Mariæ & Marthæ.

2 (Maria autem hæc est illa quæ unxit unguento pedes Jesu, & absterslt capillis suis, frater erat hujus Lazarus qui ægrotabat.)

3 Et miserunt ambæ sorores ejus ad Jesum, & dicebant; Domine noster, ecce, ille quem diligis, ægrotat.

4 Jesus autem dixit; Hic morbus non est mortis, sed pro

gloria

[illegible]

gloria Dei, ut glorificetur [illegible] propter eum.

5 Diligebat autem ipse Jesus [illegible] & Mariam & Lazarum.

6 Et quum audivisset, quòd ægrotaret, mansit duobus diebus in loco [illegible]

7 Et posteà dixit discipulis suis [illegible] nite, eamus rursus in Judæam.

8 Dicunt ei discipuli ejus: Domine noster, nunc Judæi quærebant lapid[illegible]te, & rursus abis illuc?

9 Dixit eis Jesus; Nonne [illegible] horæ sunt die? Et si quis amb[illegible] die, non impingit; quia [illegible] mundi hujus.

10 Si quis autem noctu [illegible] impingit; eo quod lux non est in eo.

11 Hæc dixit Jesus: & posteà dixit [illegible] Lazarus amicus noster dormit; [illegible] expergefaciam eum.

12 Dicunt ei Discipuli ejus; Domine noster, si dormit, sanus fit.

13 Ipse autem Jesus dixerat de [illegible] ejus; & illi putaverunt, quòd de dormitione somni loqueretur.

14 Tunc dixit eis Jesus explicatè; [illegible]zarus mortuus est.

15 Et gaudeo, quòd non fui illic, [illegible] pter vos, ut credatis: sed ambulate [illegible] luc.

16 Dixit Thomas, qui dicitur Gemellus, discipulis sociis suis; [illegible] etiam nos, moriamur cum eo.

17 Et venit Jesus Bethaniam [illegible] venit, quòd quatuor [illegible] dies [illegible] fuerat in sepulchro.

18 (Erat autem Bethania [illegible] solymam, dissita ab ea quasi [illegible] decim.)

19 Et multi ex Judæis [illegible] Martham & Mariam, ut loqu[illegible] cor earum, propter fratrem [illegible]

20 Martha autem, [illegible] quòd Jesus veniret, exivit in o[illegible] ejus; Maria verò domi [illegible] sedeb[a]t[?]

sedebat.

21 Et dixit Martha Jesu; Domine mi, si hic fuisses, non fuisset mortuus frater meus.

22 Sed etiam nunc scio, quòd quantum petieris à Deo, dabit tibi.

23 Dixit ei Jesus; Surrecturus est frater tuus.

24 Dixit ei Martha; Scio quòd surrecturus est in consolatione, die ultimo.

25 Dixit ei Jesus; Ego sum consolatio & vita: & is qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet:

26 Et omnis qui vivit, & credit in me, in æternum non morietur. Credis tu hoc?

27 Dixit ei; Etiam, Domine mi, ego credo quòd tu es Christus Filius Dei, qui venturus erat in mundum.

28 Et quum dixisset hæc, abiens vocavit Mariam sororem suam clam, & dixit ei; Dominus noster venit, & vocat te.

29 Et Maria, quum audivit, surrexit citò, & veniebat ad eum.

30 Ipse autem Jesus nondum venerat ad pagum; sed in eo ipso loco erat, ubi occurrerat ei Martha.

31 Illi verò Judæi etiam qui erant cum ea domi, qui consolabantur eam, quia viderunt Mariam, quod citò surgeret, & egrederetur, abiverunt post eam: putabant enim, quòd ad sepulcrum iret ad flendum.

32 Ipsa verò Maria, quum venisset eò ubi erat Jesus, & videret eum, procidit ad pedes ejus, & dixit ei; Si hic fuisses, Domine mi, non mortuus fuisset frater meus.

33 Jesus autem quum vidisset eam flentem, & Judæos illos qui venerant cum ea flentes, infremuit spiritu suo, & commovit seipsum.

34 Ac dixit; Ubi posuistis eum? & dicunt ei; Domine noster, veni, & vide.

35 Et obveniebant lacrymæ Jesu:

36 Et dicebant Judæi; Videte, quantùm diligebat eum.

37 Quidam autem ex eis dixerunt; Non

ܝܬܒܐ ܗܘܬ. 21 ܘܐܡܪܐ ܡܪܬܐ ܠܝܫܘܥ. ܡܪܝ ܐܠܘ ܬܢܢ ܗܘܝܬ ܠܐ ܡܝܬ ܗܘܐ ܐܚܝ. 22 ܐܠܐ ܐܦ ܗܫܐ ܝܕܥܐ ܐܢܐ: ܕܟܡܐ ܕܬܫܐܠܝܘܗܝ ܠܐܠܗܐ ܝܗܒ ܠܟ. 23 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܩܐܡ ܐܚܘܟܝ. 24 ܐܡܪܐ ܠܗ ܡܪܬܐ. ܝܕܥܐ ܐܢܐ ܕܩܐܡ ܒܢܘܚܡܐ ܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ. 25 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ ܐܢܐ ܢܘܚܡܐ ܘܚܝܐ. ܘܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܒܝ ܐܦܢ ܢܡܘܬ ܢܚܐ. 26 ܘܟܠ ܕܚܝ ܘܡܗܝܡܢ ܒܝ ܠܥܠܡ ܠܐ ܢܡܘܬ. ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܬܝ ܗܕܐ: 27 ܐܡܪܐ ܠܗ ܐܝܢ ܡܪܝ. ܐܢܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ: ܕܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܐ ܠܥܠܡܐ. 28 ܘܟܕ ܐܡܪܐ ܗܠܝܢ: ܐܙܠܬ ܩܪܬ ܠܡܪܝܡ ܚܬܗ ܒܛܘܫܝܐ ܘܐܡܪܐ ܠܗ. ܪܒܢ ܐܬܐ ܘܩܪܐ ܠܟܝ. 29 ܘܡܪܝܡ ܟܕ ܫܡܥܬ: ܩܡܬ ܥܓܠ ܘܐܬܝܐ ܗܘܬ ܠܘܬܗ. 30 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܠܐ ܥܕܟܝܠ ܐܬܐ ܗܘܐ ܠܩܪܝܬܐ: ܐܠܐ ܒܗܘ ܕܘܟܬܐ ܗܘܐ ܐܝܟܐ ܕܐܪܥܬܗ ܡܪܬܐ. 31 ܐܦ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܥܡܗ ܒܒܝܬܐ ܘܡܒܝܐܝܢ ܗܘܘ ܠܗ: ܟܕ ܚܙܘ ܠܡܪܝܡ ܕܥܓܠ ܩܡܬ ܢܦܩܬ: ܐܙܠܘ ܠܗܘܢ ܒܬܪܗ. ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܠܩܒܪܐ ܐܙܠܐ ܠܡܒܟܐ. 32 ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܬ ܠܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܘܚܙܬܗ: ܢܦܠܬ ܥܠ ܪܓܠܘܗܝ ܘܐܡܪܐ ܠܗ. ܐܠܘ ܬܢܢ ܗܘܝܬ ܡܪܝ ܠܐ ܡܝܬ ܗܘܐ ܐܚܝ. 33 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܠܗ ܕܒܟܝܐ: ܘܠܝܗܘܕܝܐ ܗܢܘܢ ܕܐܬܘ ܥܡܗ ܕܒܟܝܢ: ܐܬܥܙܙ ܒܪܘܚܗ ܘܐܬܬܙܝܥ ܒܢܦܫܗ. 34 ܘܐܡܪ. ܐܝܟܐ ܣܡܬܘܢܝܗܝ. ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܪܢ ܬܐ ܚܙܝ. 35 ܘܐܬܝܢ ܗܘܝ ܕܡܥܘܗܝ ܕܝܫܘܥ. 36 ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܝܗܘܕܝܐ. ܚܙܘ ܟܡܐ ܪܚܡ ܗܘܐ ܠܗ. 37 ܐܢܫܝܢ ܕܝܢ ܡܢܗܘܢ ܐܡܪܘ.

ܠܐ

Non poterat hic, qui aperuit oc[illegible] cæci, facere, ut etiam hic non moreretur?

38 Jeſus autem infremens intra ſe[illegible] venit ad monumentum. Et ipſum monumentum erat ſpelunca; & lapis poſitus erat ad oſtium ejus.

39 Et dixit Jeſus; Tollite lapidem hunc. Dixit ei Martha ſoror illius [illegible] tui; Domine mi, jam fœtet; [illegible] enim dierum eſt.

40 Dixit ei Jeſus; Nonne dixi tibi, quòd, ſi credideris, viſura [illegible] Dei?

41 Et ſuſtulerunt lapidem [illegible] Jeſus ſuſtulit oculos ſuos ſurſum, [illegible] xit; Pater, gratias ago tibi, [illegible] ſti me:

42 Et ego novi, quòd ſemper [illegible] me; ſed propter turbam hanc [illegible] ſtat dico hæc, ut credant, quòd [illegible] ſeris me.

43 Et quum dixiſſet hæc, cl[illegible] voce elata; Lazare, veni foras.

44 Et egreſſus eſt ille mortuus, [illegible] eſſent ligatæ manus ejus & pedes ejus faſciis, & facies ejus ſudario. Dixit eis Jeſus; Solvite eum, & ſinite abire.

45 Et multi ex Judæis, qui vener[illegible] Mariam, quum vidiſſent id quod [illegible] Jeſus, crediderunt in eum.

46 Et quidam ex eis abierunt ad [illegible] ſæos, & dixerunt eis, quicquid [illegible] ſus.

47 Et congregati ſunt ſummi [illegible] tes & Phariſæi, ac dicebant; [illegible] ciemus? quia hic homo [illegible] cit.

48 Et ſi ſinamus eum ita, [illegible] mines crediturí ſunt in eum; [illegible] Romani, & tollent locum [illegible] gentem noſtram.

49 Unus autem ex eis *vocabatur* [illegible] men Cajaphas, *qui* ſummus [illegible] erat illius anni, & dixit eis; Vos [illegible] tis quicquam:

50 Neque cogitatis, quòd [illegible] ut unus homo moriatur

pro

pro populo, & non universus populus pereat.

51 Hoc autem ex voluntate sui ipsius non dixit; sed, quia summus Sacerdos erat illius anni, prophetavit, quòd futurum esset, ut Jesus moreretur pro populo.

52 Et non tantùm pro populo, sed ut etiam filios Dei dispersos congregaret in unum.

53 Et ab eo die cogitabant interficere eum.

54 Ipse autem Jesus non ambulabat manifestè inter Judæos; sed abiit inde in locum qui est propinquus deserto, in oppidum quod vocatur Ephrem: & illic versabatur cum discipulis suis.

55 Propinquum autem erat Pascha Judæorum: & ascenderunt multi ex vicis Hierosolymam ante festum, ut purificarent seipsos:

56 Et quærebant Jesum, ac dicebant alius ad alium in templo; Quid putatis? quod non sit venturus ad festum?

57 Summi autem Sacerdotes & Pharisæi præceperant, ut si quis sciret, ubi esset, declararet eis, ut apprehenderent eum.

CAPUT XII.

1 JEsus autem ante sex dies Paschatis venit Bethaniam, ubi erat Lazarus ille quem excitaverat à mortuis ipse Jesus.

2 Et fecerunt ei illic cœnam, & Martha ministrabat, & Lazarus unus ex accumbentibus erat qui erant cum eo.

3 Maria autem accepit alabastrum unguenti nardi præstantis multi pretii, & unxit pedes Jesu, & abstersit capillis suis pedes ejus: & impleta est domus ex odore unguènti illius.

4 Et dixit Judas Iscarioth unus ex discipulis ejus, is qui proditurus erat eum.

5 Quare

ܚܠܦ ܥܡܐ: ܘܠܐ ܟܠܗ ܥܡܐ ܢܐܒܕ. 51 ܗܕܐ ܕܝܢ ܡܢ ܪܥܝܢ ܢܦܫܗ ܠܐ ܐܡܪ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܪܒ ܟܘܡܪܐ ܗܘܐ ܕܗܝ ܫܢܬܐ: ܐܬܢܒܝ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܕܢܡܘܬ ܚܠܦ ܥܡܐ. 52 ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ ܚܠܦ ܥܡܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܕܒܢܝܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܒܕܪܝܢ ܢܟܢܫ ܠܚܕ. 53 ܘܡܢ ܗܘ ܝܘܡܐ: ܐܬܚܫܒܘ ܗܘܘ ܕܢܩܛܠܘܢܝܗܝ. 54 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ: ܠܐ ܡܗܠܟ ܗܘܐ ܓܠܝܐܝܬ ܒܝܬ ܝܗܘܕܝܐ. ܐܠܐ ܐܙܠ ܠܗ ܡܢ ܬܡܢ ܠܐܬܪܐ ܕܩܪܝܒ ܠܡܕܒܪܐ. ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܐܦܪܝܡ. ܘܬܡܢ ܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 55 ܩܪܝܒ ܗܘܐ ܕܝܢ ܦܨܚܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܘܣܠܩܘ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܩܘܪܝܐ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܡܢ ܩܕܡ ܥܐܕܐ ܕܢܕܟܘܢ ܢܦܫܗܘܢ. 56 ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܝܫܘܥ. ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܠܚܕ ܒܗܝܟܠܐ. ܡܢܐ ܣܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܕܠܐ ܐܬܐ ܠܥܐܕܐ. 57 ܪܒܝ ܟܘܡܪܐ ܕܝܢ ܘܦܪܝܫܐ ܦܩܕܘ ܗܘܘ: ܕܐܢ ܐܢܫ ܢܕܥ ܐܝܟܘ: ܢܚܘܝܗܝ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܢܐܚܕܘܢܝܗܝ.

ܨܚܚܐ ܝܒ

1 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܩܕܡ ܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܕܦܨܚܐ: ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܥܢܝܐ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܠܥܙܪ: ܗܘ ܕܐܩܝܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܗܘ ܝܫܘܥ. 2 ܘܥܒܕܘ ܠܗ ܬܡܢ ܚܫܡܝܬܐ. ܘܡܪܬܐ ܡܫܡܫܐ ܗܘܬ. ܘܠܥܙܪ ܚܕ ܡܢ ܣܡܝܟܐ ܗܘܐ ܕܥܡܗ. 3 ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܢܣܒܬ ܡܘܬܒܐ ܕܒܣܡܐ ܕܢܪܕܝܢ ܪܝܫܝܐ ܣܓܝ ܕܡܝܐ: ܘܡܫܚܬ ܪܓܠܘܗܝ ܕܝܫܘܥ. ܘܫܘܝܬ ܒܣܥܪܗ ܪܓܠܘܗܝ. ܘܐܬܡܠܝ ܒܝܬܐ ܡܢ ܪܝܚܗ ܕܒܣܡܐ. 4 ܘܐܡܪ ܝܗܘܕܐ ܣܟܪܝܘܛܐ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܫܠܡܝܗܝ.

5 ܠܡܢܐ

[illegible]

5 Quare non venditum est unguentum hoc trecentis denariis, & datum pauperibus?

6 Hoc autem dixit, nequaquam propterea quòd propter pauperes sollicitus erat ei; sed eò quòd fur erat, & loculi penes eum erant, & id quod injiciebatur in ipsum, ipse portabat.

7 Dixit autem Jesus; Sine eam, in diem sepulturæ meæ servavit illud.

8 Semper enim pauperes habebitis vobiscum; me autem non semper habebitis.

9 Et audiverunt turba multa ex Judæis, quòd ibi esset Jesus; & venerunt non propter Jesum tantùm, sed etiam ut viderent Lazarum illum quem excitaverat à mortuis.

10 Et cogitarunt summi Sacerdotes, ut etiam Lazarum interficerent:

11 Eò quòd multi ex Judæis propter eum abibant, & credebant in Jesum.

12 Et die alio turba multa, quæ venerat ad festum, quum audivissent, quòd Jesus veniret Hierosolymam,

13 Acceperunt ramos palmarum, & egressi sunt obviam ei, & clamabant, ac dicebant; Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israelis.

14 Invenit autem Jesus asinum, & insedit ei, sicut scriptum est:

15 Ne timeas filia Sionis; ecce Rex tuus venit tibi, & insidet pullo asinæ.

16 Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus illo tempore; sed quum glorificatus esset Jesus, meminerunt ejus quòd hæc scripta essent de eo, & quod fecissent ei.

17 Et testabatur turba illa quæ cum eo erat, quòd vocasset Lazarum è sepulchro, & excitavisset eum à mortuis.

18 Ac propterea egressæ sunt in occursum ejus turbæ multæ, quia audiverant, quòd signum hoc fecisset.

19 Pharisæi autem dicebant unus ad alium;

Videtis

Videtis, quod non proficiatis quicquam? nam ecce mundus universus abiit post eum.

20 Erant autem etiam ex populis quidam, qui ascenderant ad adorandum in festo.

21 Hi venerunt, & accesserunt ad Philippum, illum qui erat ex Bethsaida Galilææ, & rogaverunt eum, & dixerunt ei; Domine mi, desideramus videre Jesum.

22 Et venit ipse Philippus, & dixit Andreæ: & Andreas & Philippus dixerunt Jesu.

23 Jesus autem respondit, & dixit eis; Venit hora, ut glorificetur Filius hominis.

24 Amen amen dico vobis, quod granum tritici, nisi ceciderit, & mortuum fuerit in terra, ipsum solum remanet: si vero mortuum fuerit, fructus multos affert.

25 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in mundo hoc, servabit eam in vitam quæ est in æternum.

26 Si mihi quis ministrat, veniat post me, & ubi ego sum, illic erit etiam minister meus: qui mihi ministrat, honorabit eum Pater.

27 Nunc anima mea ecce turbata est: & quid dicam? Pater mi, libera me ab hac hora: sed propterea veni in hanc horam.

28 Pater glorifica nomen tuum. Et vox audita est è cœlo; Glorificavi, & rursus glorificabo.

29 Et turba, quæ adstabat, audivit, & dixit; Tonitru factum est. Alii autem dicebant; Angelus loquutus est cum eo.

30 Respondit Jesus, & dixit eis; Non propter me facta est vox hæc, sed propter vos.

31 Nunc judicium est mundi hujus: nunc princeps mundi hujus ejicitur foras.

32 Et ego quum sublatus fuero à terra, attraham omnes ad me.

33 Hoc autem dixit, ut ostenderet, qua morte moriturus esset.

34 Dicunt ei turbæ; Nos audivimus ex

ex Lege, quod Christus in æternum manet: quomodo dicis futurum esse, ut tollatur Filius hominis? quis est hic Filius hominis?

35 Dixit eis Jesus; Parvum adhuc tempus lux vobiscum est: ambulate, dum est vobis lux, ne tenebræ apprehendant vos. Et qui ambulat in tenebris, non novit quò vadat.

36 Dum est vobis lux, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc loquutus est Jesus, & abiens occultavit se ab eis.

37 Et, quum hæc omnia signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum:

38 Ut impleretur sermo Esaiæ Prophetæ, qui dixit; Domine mi, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?

39 Propterea non poterant credere, quia rursus dixit Esaias:

40 Excæcaverunt oculos eorum, & obscurârunt cor eorum, ne videant oculis suis, & intelligant corde suo, & convertantur, ac sanem eos.

41 Hæc dixit Esaias, quum vidit gloriam ejus, & loquutus est de eo.

42 Multi autem ex Proceribus quoque crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, ne essent extra synagogam.

43 Dilexerunt enim gloriam hominum potiùs quàm gloriam Dei.

44 Jesus autem clamavit, ac dixit; Qui credit in me, nequaquam in me credit, sed in eum qui misit me.

45 Et qui me videt, vidit eum, qui misit me.

46 Ego lux veni in mundum, ut omnis qui credit in me non maneat in tenebris.

47 Et is qui audierit sermones meos, & non servaverit eos, ego non judico eum: non enim veni, ut judicem mundum, sed ut servem mundum.

48 Qui rejicit me, & non recipit sermones meos,

est

est qui judicat eum: sermo quem loquutus sum, ipse judicaturus est eum die ultimo.

49 Nam ego ex me ipso non sum loquutus; sed Pater qui misit me, ipse dedit mihi mandatum, quid dicam, & quid loquar.

50 Et novi, quòd mandatum ejus est vita quæ est in æternum. Hæc igitur quæ loquor, sicut dixit mihi Pater meus, ita loquor.

CAPUT XIII.

1 Ante festum autem Paschatis sciebat Jesus, quòd advenisset hora qua transiret ex hoc mundo ad Patrem suum: & dilexit suos, qui erant in hoc mundo, ac usque in finem dilexit eos.

2 Et, quum peracta esset cœna, injectum erat à Satana in cor Judæ filii Simonis Iscarioth, ut proderet eum.

3 Ipse autem Jesus, quia sciebat, quod omnia dedisset Pater in manus ejus, & quòd à Deo exivisset, & ad Deum abiret,

4 Surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua, & accepta sindone cinxit lumbos suos,

5 Et immisit aquam in pelluvium, & cœpit lavare pedes discipulorum suorum: & tergebat sindone, qua cinctus erat lumbos suos.

6 Quum autem pervenit ad Simonem Cepham, dixit ei Simon; Tu, Domine mi, pedes meos lavabis mihi?

7 Respondit Jesus, & dixit ei; Id quod facio, tu nescis nunc; posteà autem scies.

8 Dicit ei Simon Cephas; In æternum non loturus es mihi pedes meos. Dixit ei Jesus; Si non lavem te, non est tibi mecum pars.

9 Dixit ei Simon Cephas; Ergo, Domine mi, non tantum pedes meos lavabis mihi, sed etiam manus meas, etiam caput meum.

10 Dixit

10 Dixit ei Jesus; Is qui lotus est non habet opus nisi ut pedes suos tantum lavet: totus enim mundus est. Etiam vos mundi estis, sed non omnes vos.

11 Sciebat enim Jesus illum, qui proditurus erat eum; propterea dixit; Nequaquam vos omnes mundi estis.

12 Quum autem lavisset pedes eorum, accepit vestimenta sua, & accubuit, ac dixit eis; Nostis, quid fecerim vobis?

13 Vos vocatis me, Magister noster, & Domine noster, ac bene dicitis: sum enim.

14 Si ego igitur Dominus vester, & Magister vester lavi vobis pedes vestros, quanto magis vos debitores estis, ut lavetis pedes unus alterius?

15 Hoc enim exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci vobis, etiam vos faciatis.

16 Amen amen dico vobis, quòd non est servus major quàm dominus ejus, neque legatus major quàm is qui misit eum.

17 Si hæc noveritis, beati estis, si feceritis ea.

18 Nequaquam de vobis omnibus loquor: novi enim eos quos elegerim: sed ut scriptura impleatur; Qui comedit mecum panem, sustulit contra me calcaneum suum.

19 Ex hoc tempore dico vobis, antequam fiat, ut quum factum fuerit, credatis, quod ego sim.

20 Amen amen dico vobis; Qui recipit eum quem mitto, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me.

21 Hæc dixit Jesus, & vehementer commotus est in spiritu suo, & testatus est, ac dixit; Amen amen dico vobis, quòd unus ex vobis prodet me.

22 Intuebantur autem discipuli alius alium; propterea quod ignorabant, de quonam dixisset.

23 Erat autem ex discipulis ejus unus, qui recumbebat in sinu ipsius,

is

ܗܘ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܠܗ ܝܫܘܥ. 24 ܠܗܢܐ ܪܡܙ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ: ܕܢܫܐܠܝܘܗܝ ܡܢܘ ܗܘ ܕܐܡܪ ܥܠܘܗܝ. 25 ܘܢܦܠ ܗܘ ܬܠܡܝܕܐ ܥܠ ܚܕܝܗ ܕܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܪܝ. ܡܢܘ ܗܢܐ. 26 ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ. ܗܘ ܗܘ ܕܨܒܥ ܐܢܐ ܠܚܡܐ ܘܝܗܒ ܐܢܐ ܠܗ. ܘܨܒܥ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ ܘܝܗܒ ܠܝܗܘܕܐ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܣܟܪܝܘܛܐ. 27 ܘܒܬܪ ܠܚܡܐ ܗܝܕܝܢ ܥܠ ܒܗ ܣܛܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܐܢܬ ܥܒܕ ܥܓܠ. 28 ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܠܐ ܝܕܥ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܣܡܝܟܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܡܢܐ ܐܡܪ ܠܗ. 29 ܐܢܫܝܢ ܓܝܪ ܡܢܗܘܢ ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ: ܡܛܠ ܕܓܠܘܣܩܡܐ ܠܘܬ ܝܗܘܕܐ ܗܘܐ: ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܙܒܢ ܡܕܡ ܕܡܬܒܥܐ ܠܥܐܕܐ: ܐܘ ܕܢܬܠ ܡܕܡ ܠܡܣܟܢܐ. 30 ܗܘ ܕܝܢ ܝܗܘܕܐ: ܢܣܒ ܠܚܡܐ ܒܪ ܫܥܬܗ ܘܢܦܩ ܠܗ ܠܒܪ. ܠܠܝܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܟܕ ܢܦܩ. 31 ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ. ܗܫܐ ܐܫܬܒܚ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. ܘܐܠܗܐ ܐܫܬܒܚ ܒܗ. 32 ܘܐܢ ܐܠܗܐ ܐܫܬܒܚ ܒܗ: ܘܐܠܗܐ ܢܫܒܚܝܘܗܝ ܒܗ: ܘܡܚܕܐ ܢܫܒܚܝܘܗܝ ܠܗ. 33 ܒܢܝ: ܩܠܝܠ ܬܘܒ ܥܡܟܘܢ ܐܢܐ. ܘܬܒܥܘܢܢܝ: ܘܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܠܝܗܘܕܝܐ: ܕܠܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܬܐ: ܐܦ ܠܟܘܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܗܫܐ. 34 ܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܬܗܘܘܢ ܡܚܒܝܢ ܚܕ ܠܚܕ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܐܚܒܬܟܘܢ: ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܡܚܒܝܢ ܚܕ ܠܚܕ. 35 ܒܗܕܐ ܢܕܥ ܟܠܢܫ ܕܬܠܡܝܕܝ ܐܢܬܘܢ: ܐܢ ܚܘܒܐ ܢܗܘܐ ܒܟܘܢ ܚܕ ܠܘܬ ܚܕ: 36 ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܡܪܢ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܐܢܬ. ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܠܐܝܟܐ ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܗܫܐ ܠܡܐܬܐ ܒܬܪܝ. ܠܚܪܬܐ ܕܝܢ ܬܐܬܐ. 37 ܐܡܪ

is quem diligebat Jesus.

24 Huic innuit Simon Cephas, ut interrogaret eum, quisnam esset, de quo dixisset.

25 Et cecidit ille discipulus super pectus Jesu, & dixit ei; Domine mi, quis est hic?

26 Respondit Jesus, & dixit; Ille est, cui intinctum panem do. Et intinxit Jesus panem, & dedit Judæ filio Simonis Iscarioth.

27 Et post panem tunc ingressus est in eum Satanas: & dixit ei Jesus; Id quod facturus es, fac citò.

28 Hoc autem nemo noverat ex illis discumbentibus propter quid dixisset ei.

29 Quidam enim ex eis putabant, quia marsupium erat penes Judam, quòd præcipiendo præciperet ei, ut emeret id quod necessarium ad festum; aut ut daret aliquid pauperibus.

30 Ipse autem Judas accepit panem ilico, & egressus est foras. Nox autem fuit, quum egressus est.

31 Et dixit Jesus; Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in ipso.

32 Et si Deus glorificatus est in eo, & Deus quoque glorificaturus est eum in seipso, & statim glorificaturus est eum.

33 Filii mei, exiguum adhuc *tempus* vobiscum sum: & quæretis me; sed sicut dixi Judæis; Quò ego vado, vos non potestis venire, etiam vobis nunc dico.

34 Mandatum novum do vobis, ut diligatis alius alium: sicut ego dilexi vos, etiam vos diligatis alius alium.

35 In hoc cognoscet unusquisque, quòd discipuli mei estis, si dilectio fuerit in vobis unius ad alium.

36 Dixit ei Simon Cephas; Domine noster, quò vadis? Respondit Jesus, & dixit ei; Quo vado non potes jam venire post me; tandem autem venies.

Dixit

37 ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܡܪܝ. ܠܡܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܬܐ ܒܬܪܟ. ܗܫܐ ܢܦܫܝ ܚܠܦܝܟ ܣܐܡ ܐܢܐ. 38 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ: ܢܦܫܟ ܚܠܦܝ ܣܐܡ ܐܢܬ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ. ܕܠܐ ܢܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ ܥܕܡܐ ܕܬܟܦܘܪ ܒܝ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܕ

1 ܠܐ ܢܬܕܠܚ ܠܒܟܘܢ. ܗܝܡܢܘ ܒܐܠܗܐ ܘܒܝ ܗܝܡܢܘ. 2 ܣܓܝܐܢ ܐܝܬ ܐܘܢܐ ܒܒܝܬ ܐܒܝ. ܘܐܠܐ ܐܡܪ ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ: ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܕܐܛܝܒ ܠܟܘܢ ܕܘܟܬܐ: 3 ܘܐܢ ܐܙܠ ܐܢܐ ܐܛܝܒ ܠܟܘܢ ܕܘܟܬܐ ܬܘܒ ܐܬܐ ܐܢܐ ܘܐܕܒܪܟܘܢ ܠܘܬܝ. ܕܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ. 4 ܘܠܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܐܘܪܚܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. 5 ܐܡܪ ܠܗ ܬܐܘܡܐ. ܡܪܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢܢ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܐܢܬ. ܘܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܐܘܪܚܐ ܠܡܕܥ. 6 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ ܐܢܐ ܐܘܪܚܐ ܘܫܪܪܐ ܘܚܝܐ. ܠܐ ܐܢܫ ܐܬܐ ܠܘܬ ܐܒܝ ܐܠܐ ܐܢ ܒܝ. 7 ܐܠܘ ܠܝ ܝܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ: ܐܦ ܠܐܒܝ ܝܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܘܡܢ ܗܫܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܘܚܙܝܬܘܢܝܗܝ. 8 ܐܡܪ ܠܗ ܦܝܠܝܦܘܣ. ܡܪܢ: ܚܘܢ ܠܢ ܐܒܐ ܘܣܦܩܐ ܠܢ. 9 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܗܘܐ ܙܒܢܐ ܗܢܐ ܟܠܗ ܥܡܟܘܢ ܐܢܐ: ܘܠܐ ܝܕܥܬܢܝ ܦܝܠܝܦܘܣ: ܡܢ ܕܠܝ ܚܙܐ ܚܙܐ ܠܐܒܐ ܘܐܝܟܢܐ ܐܢܬ ܐܡܪ ܐܢܬ ܚܘܢ ܠܢ ܐܒܐ. 10 ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܕܐܢܐ ܒܐܒܝ ܘܐܒܝ ܒܝ: ܘܡܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܢܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ: ܡܢ ܢܦܫܝ ܠܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ. ܐܒܝ ܕܝܢ ܕܒܝ ܥܡܪ: ܗܘ ܥܒܕ ܗܠܝܢ ܥܒܕܐ. 11 ܗܝܡܢܘ ܕܐܢܐ ܒܐܒܝ ܘܐܒܝ ܒܝ ܘܐܠܐ ܐܦܢ ܡܛܠ ܥܒܕܐ ܗܝܡܢܘ. 12 ܐܡܝܢ

37 Dixit ei Simon Cephas; Domine mi, quare non possum venire post te? nunc animam meam pro te positurus sum.

38 Dixit ei Jesus; animam tuam pro me positurus es? Amen amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec abnegaveris me tribus vicibus.

CAPUT XIV.

1 NE turbetur cor vestrum: credite in Deum, & in me credite.

2 Multæ sunt mansiones in domo Patris mei: & si non; dixissem vobis: quia vado, ut parem vobis locum.

3 Et si abeo, ut parem vobis locum, rursus venturus sum, & assumam vos ad me; ut ubi ego sum, & vos quoque sitis.

4 Et quo ego abeam, scitis, & viam scitis.

5 Dixit ei Thomas; Domine noster, nescimus quò abeas, & quomodò possimus viam scire?

6 Dixit ei Jesus; Ego sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem meum nisi per me.

7 Si me nossetis, etiam Patrem meum nossetis: & ex hoc tempore cognoscitis eum, & vidistis eum.

8 Dixit ei Philippus; Domine noster, ostende nobis Patrem, & sat est nobis.

9 Dixit ei Jesus; Hoc toto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me, Philippe? Is qui me videt, vidit Patrem: & quomodo tu dicis; Ostende nobis Patrem?

10 Non credis, quod ego in Patre meo *sim*, & Pater meus in me? Et sermones quos ego loquor, ex meipso non loquor; Pater autem meus, qui in me habitat, ipse facit opera hæc.

11 Credite, quod ego sim in Patre meo, & Pater meus in me: sin minus, saltem propter opera credite.

12 Amen

12 Amen amen dico vobis; Qui credit in me, opera ea quæ ego facio, etiam ipse faciet; & quæ sunt majora quam hæc faciet: quia ego ad Patrem meum abeo.

13 Et, id quod petieritis in nomine meo, faciam vobis; ut glorificetur Pater in Filio suo.

14 Et, si petieritis à me in nomine meo, ego faciam.

15 Si diligitis me, mandata mea servate.

16 Et ego petam à Patre meo, & alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum,

17 Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere; propterea quod non vidit eum, neque novit eum; vos autem nostis eum; quia apud vos manet, & in vobis est.

18 Non relicturus sum vos orphanos: venturus enim sum ad vos paulo post.

19 Et mundus non visurus est me: vos autem videbitis me: quia ego vivo, vos quoque vivetis.

20 Illo die cognoscetis, quod ego in Patre meo, & vos in me estis, atque ego in vobis sum.

21 Ille apud quem sunt mandata mea, & servat ea, ipse amat me: ille autem qui amat me, amabitur à Patre meo; & ego amabo eum, & ostendam ei me ipsum.

22 Dixit ei Judas, nequaquam Iscarioth; Domine mi, quid est, nobis te ostensurum esse teipsum, & nequaquam mundo?

23 Respondit Jesus, & dixit ei; Is qui diligit me, sermonem meum servat: & Pater meus diliget eum, & ad eum venturi sumus, & mansionem apud eum facturi sumus.

24 Ille autem qui non diligit me, sermonem meum non servat: & sermo hic quem auditis, non est meus; sed Patris qui misit me.

25 Hæc loquutus sum vobiscum, quum apud vos sum.

26 Ipse autem Paracletus, Spiritus Sanctus, quem missurus est Pater meus in nomine

ܒܫܡܝ ܗܘ ܢܠܦܟܘܢ ܟܠ ܡܕܡ ܘܗܘ ܢܥܗܕܟܘܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. 27 ܫܠܡܐ ܫܒܩ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܫܠܡܐ ܕܝܠܝ ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟܢܐ ܕܝܗܒ ܥܠܡܐ ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܠܐ ܢܬܕܠܚ ܠܒܟܘܢ ܘܠܐ ܢܕܚܠ. 28 ܫܡܥܬܘܢ ܕܐܢܐ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܘܐܬܐ ܐܢܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܐܠܘ ܪܚܡܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܠܝ: ܚܕܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܐܒܝ. ܕܐܒܝ ܪܒ ܗܘ ܡܢܝ. 29 ܘܗܫܐ ܗܐ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܥܕܠܐ ܢܗܘܐ. ܕܡܐ ܕܗܘܐ ܬܗܝܡܢܘܢ. 30 ܡܟܝܠ ܠܐ ܐܡܠܠ ܥܡܟܘܢ ܣܓܝܐܬܐ. ܐܬܐ ܓܝܪ ܐܪܟܘܢܗ ܕܥܠܡܐ ܘܒܝ ܠܝܬ ܠܗ ܡܕܡ. 31 ܐܠܐ ܕܢܕܥ ܥܠܡܐ ܕܪܚܡ ܐܢܐ ܠܐܒܝ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܦܩܕܢܝ ܐܒܝ ܗܟܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܩܘܡܘ ܢܐܙܠ ܠܟܐ

ܩܦܠܐܘܢ ܝܗ.

1 ܐܢܐ ܐܢܐ ܓܦܬܐ ܕܫܪܪܐ. ܘܐܒܝ ܗܘ ܦܠܚܐ. 2 ܟܠ ܣܘܟܐ ܕܒܝ ܕܦܐܪܐ ܠܐ ܝܗܒܐ. ܫܩܠ ܠܗ. ܘܐܝܕܐ ܕܦܐܪܐ ܝܗܒܐ: ܡܕܟܐ ܠܗ ܕܦܐܪܐ ܣܓܝܐܐ ܬܐܬܐ. 3 ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܟܕܘ ܕܟܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܡܠܠܬ ܥܡܟܘܢ. 4 ܩܘܘ ܒܝ ܘܐܢܐ ܒܟܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܣܘܟܐ ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܕܬܬܠ ܦܐܪܐ ܡܢ ܢܦܫܗ: ܐܠܐ ܡܩܘܝܐ ܒܓܦܬܐ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܐ ܐܢܬܘܢ ܐܠܐ ܬܩܘܘܢ ܒܝ. 5 ܐܢܐ ܐܢܐ ܓܦܬܐ ܘܐܢܬܘܢ ܫܒܫܐ. ܡܢ ܕܡܩܘܐ ܒܝ ܘܐܢܐ ܒܗ: ܗܢܐ ܡܝܬܐ ܦܐܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܡܛܠ ܕܕܠܐ ܐܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܥܒܕ ܡܕܡ. 6 ܐܠܐ ܐܢܫ ܢܩܘܐ ܒܝ ܡܫܬܕܐ ܠܒܪ ܐܝܟ ܣܘܟܐ ܕܝܒܫܐ. ܘܠܩܛܝܢ ܠܗ ܘܪܡܝܢ ܠܗ ܒܢܘܪܐ ܕܬܐܩܕ. 7 ܐܢ ܕܝܢ ܬܩܘܘܢ ܒܝ ܘܡܠܝ ܒܟܘܢ ܢܩܘܘܢ: ܟܠ

nomine meo, ipse docebit vos omnia, & commonefaciet vos omnium quæ dico vobis.

27 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: nequaquam sicut dat mundus, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neque formidet.

28 Audivistis, quod ego dixi vobis; Abeo, & rediturus sum ad vos. Si diligeretis me, gauderetis, quod abiturus sum ad Patrem meum: quia Pater meus major est quàm ego.

29 Et nunc ecce dixi vobis, priusquam fiat; ut quum factum fuerit, credatis.

30 Deinceps non loquar vobiscum multa: venit enim princeps mundi, & in me non est ei quicquam.

31 Sed ut cognoscat mundus, quod ego diligo Patrem meum, & sicut mandavit mihi Pater meus, ita facio. Surgite, abeamus hinc.

CAPUT XV.

1 EGo sum vitis vera, & Pater meus est agricola.

2 Omnem palmitem, qui in me fructus non reddit, eum tollit: & eum, qui reddit fructus, purgat; ut fructus plurimos afferat.

3 Vos jam mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobiscum.

4 Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest edere fructus à semetipso, nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi manseritis in me.

5 Ego sum vitis, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic affert fructus plurimos: quia sine me non potestis facere quicquam.

6 Nisi autem quis maneat in me, ejicitur foras, sicut palmes qui aridus est, & colligentes injiciunt eum in ignem, ut comburatur.

7 Si vero manseritis in me, & sermones mei manserint in vobis

omne

omne id quod volueritis petere, fiet vobis.

8 In hoc glorificatur Pater, ut fructus multos afferatis; & eritis discipuli mei.

9 Sicut dilexit me Pater meus, ego quoque dilexi vos: manete in dilectione mea.

10 Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut ego servavi mandata Patris mei, & maneo in dilectione ejus.

11 Hæc loquutus sum vobiscum, ut gaudium meum maneat in vobis, & impleatur gaudium vestrum.

12 Hoc est mandatum meum, ut diligatis alius alium, sicut ego dilexi vos.

13 Dilectio, quæ major sit quàm hæc, non est: ut quis animam suam ponat pro amicis suis.

14 Vos amici mei estis, si feceritis omnia quæ præcipio vobis.

15 Non amplius voco vos servos: quia servus nescit, quid faciat Dominus ipsius: amicos autem meos vocavi vos; quia quicquid audivi à Patre meo, notum feci vobis.

16 Nequaquam vos elegistis me, sed ego elegi vos, & posui vos, ut etiam vos abeuntes afferretis fructus, & fructus vestri manerent; ut omnia, quæ petieritis à Patre meo in nomine meo, daret vobis.

17 Hæc præcipio vobis, ut diligatis alius alium.

18 Et si mundus odit vos, scitote, quòd ante vos me oderit.

19 Et si de mundo essetis, mundus suum diligeret: sed non estis de mundo; ego enim elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.

20 Mementote sermonis quem ego dixi vobis, quòd non est servus qui major sit quàm dominus ipsius. Si me persequuti sunt, etiam vos persequentur: & si sermonem meum servaverunt, etiam vestrum servabunt.

21 Sed hæc omnia facient in vos propter nomen meum: quia non noverunt eum qui misit me.

22 Si

ܟܠ ܡܐ ܕܬܨܒܘܢ ܠܡܫܐܠ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܀ 8 ܒܗܕܐ ܡܫܬܒܚ ܐܒܐ ܕܦܐܪܐ ܣܓܝܐܐ ܬܝܬܘܢ ܘܬܗܘܘܢ ܬܠܡܝܕܝ܂ 9 ܐܝܟܢܐ ܕܐܚܒܢܝ ܐܒܝ ܐܦ ܐܢܐ ܐܚܒܬܟܘܢ܂ ܗܘܘ ܩܘܝܡܝܢ ܒܚܘܒܝ܂ 10 ܐܢ ܦܘܩܕܢܝ ܬܛܪܘܢ ܬܗܘܘܢ ܩܘܝܡܝܢ ܒܚܘܒܝ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܢܛܪܬ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܐܒܝ ܘܩܘܝܡ ܐܢܐ ܒܚܘܒܗ܂ 11 ܗܠܝܢ ܡܠܠܬ ܥܡܟܘܢ ܕܬܗܘܐ ܚܕܘܬܝ ܒܟܘܢ܂ ܘܬܬܡܠܐ ܚܕܘܬܟܘܢ܂ 12 ܗܢܘ ܦܘܩܕܢܝ ܕܬܚܒܘܢ ܚܕ ܠܚܕ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܐܚܒܬܟܘܢ܂ 13 ܚܘܒܐ ܕܪܒ ܡܢ ܗܢܐ ܠܝܬ ܕܐܢܫ ܢܣܝܡ ܢܦܫܗ ܚܠܦ ܪܚܡܘܗܝ܂ 14 ܐܢܬܘܢ ܪܚܡܝ ܐܢܬܘܢ܆ ܐܢ ܬܥܒܕܘܢ ܟܠ ܕܡܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ 15 ܠܐ ܩܪܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܥܒܕܐ܂ ܕܥܒܕܐ ܠܐ ܝܕܥ ܡܢܐ ܥܒܕ ܡܪܗ܂ ܪܚܡܝ ܕܝܢ ܩܪܝܬܟܘܢ܆ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܫܡܥܬ ܡܢ ܐܒܝ ܐܘܕܥܬܟܘܢ܂ 16 ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܬܘܢ ܓܒܝܬܘܢܢܝ܂ ܐܠܐ ܐܢܐ ܗܘ ܓܒܝܬܟܘܢ܂ ܘܐܩܝܡܬܟܘܢ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܐܙܠܘܢ ܬܝܬܘܢ ܦܐܪܐ܂ ܘܦܐܪܝܟܘܢ ܢܩܘܘܢ܂ ܕܟܠ ܕܬܫܐܠܘܢ ܠܐܒܝ ܒܫܡܝ ܢܬܠ ܠܟܘܢ܂ 17 ܗܠܝܢ ܡܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܬܚܒܘܢ ܚܕ ܠܚܕ܂ 18 ܘܐܢ ܥܠܡܐ ܣܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܥܘ ܕܩܕܡܝܟܘܢ ܠܝ ܣܢܐ܂ 19 ܘܐܠܘ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܘܝܬܘܢ܆ ܥܠܡܐ ܠܕܝܠܗ ܪܚܡ ܗܘܐ܂ ܐܠܐ ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܢ ܥܠܡܐ܂ ܐܢܐ ܓܝܪ ܓܒܝܬܟܘܢ ܡܢ ܥܠܡܐ܆ ܡܛܠ ܗܢܐ ܣܢܐ ܠܟܘܢ ܥܠܡܐ܂ 20 ܐܬܕܟܪܘ ܡܠܬܐ ܕܐܢܐ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ܆ ܕܠܝܬ ܥܒܕܐ ܕܪܒ ܡܢ ܡܪܗ܂ ܐܢ ܠܝ ܪܕܦܘ ܐܦ ܠܟܘܢ ܢܪܕܦܘܢ܂ ܘܐܢ ܡܠܬܝ ܢܛܪܘ ܐܦ ܕܝܠܟܘܢ ܢܛܪܘܢ܂ 21 ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܢܥܒܕܘܢ ܒܟܘܢ ܡܛܠ ܫܡܝ܂ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܡܢ ܕܫܕܪܢܝ܂

22 ܐܠܘ

22 ܠܘ ܐܢܐ ܠܐ ܐܬܝܬ ܗܘܝܬ ܘܡܡܠܠ ܗܘܝܬ ܥܡܗܘܢ. ܚܛܝܬܐ ܠܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܠܝܬ ܠܗܘܢ ܥܠܬܐ ܥܠ ܚܛܗܝܗܘܢ. 23 ܡܢ ܕܣܢܐ ܠܝ ܣܢܐ ܐܦ ܠܐܒܝ. 24 ܘܠܘ ܥܒܕܐ ܠܐ ܥܒܕܬ ܠܥܝܢܝܗܘܢ: ܐܝܠܝܢ ܕܐܢܫ ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܥܒܕ. ܚܛܝܬܐ ܠܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܘܚܙܘ ܘܣܢܘ ܐܦ ܠܝ. ܐܦ ܠܐܒܝ. 25 ܕܬܬܡܠܐ ܡܠܬܐ ܕܟܬܝܒܐ ܒܢܡܘܣܗܘܢ ܕܣܢܐܘܢܝ ܡܓܢ. 26 ܡܐ ܕܝܢ ܕܐܬܐ ܦܪܩܠܛܐ: ܗܘ ܕܐܢܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܡܢ ܠܘܬ ܐܒܝ: ܪܘܚܐ ܕܫܪܪܐ ܗܘ ܕܡܢ ܠܘܬ ܐܒܝ ܢܦܩ: ܗܘ ܢܣܗܕ ܥܠܝ. 27 ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܣܗܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܕܡܢ ܫܘܪܝܐ ܥܡܝ ܐܢܬܘܢ. ✣ ✣ ✣ ✣ ✣ ✣

22 Si ego non venissem, & loquutus fuissem cum eis, non esset eis peccatum: nunc autem non est excusatio de peccatis suis.

23 Qui me odit, etiam Patrem meum odit.

24 Et si opera non fecissem coram eis, quæ nemo alius fecit, non esset eis peccatum: nunc autem & viderunt, & oderunt tum me, tum etiam Patrem meum:

25 Ut impleretur sermo qui scriptus est in Lege eorum: oderunt me immeritò.

26 Quum autem venerit Paracletus ille quem ego missurus sum vobis à Patre meo, Spiritus veritatis ille qui à Patre meo procedit, ipse testabitur de me.

27 Etiam vos testamini; quia à principio mecum estis.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܘ

1 ܗܠܝܢ ܡܠܠܬ ܥܡܟܘܢ ܕܠܐ ܬܬܟܫܠܘܢ. 2 ܢܦܩܘܢܟܘܢ ܓܝܪ ܡܢ ܟܢܘܫܬܗܘܢ. ܘܬܐܬܐ ܫܥܬܐ ܕܟܠ ܕܢܩܛܘܠܟܘܢ: ܢܣܒܪ ܕܩܘܪܒܢܐ ܡܩܪܒ ܠܐܠܗܐ. 3 ܘܗܠܝܢ ܢܥܒܕܘܢ ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܕܥܘ ܠܐ ܠܐܒܐ ܘܠܐ ܠܝ. 4 ܗܠܝܢ ܡܠܠܬ ܥܡܟܘܢ: ܕܡܐ ܕܐܬܬ ܫܥܬܗܘܢ ܬܬܕܟܪܘܢ ܐܢܝܢ. ܕܐܢܐ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ. ܕܥܡܟܘܢ ܗܘܝܬ. 5 ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܙܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܡܢ ܕܫܕܪܢܝ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܫܐܠ ܠܝ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܐܢܬ. 6 ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ: ܘܐܬܬ ܟܪܝܘܬܐ ܘܡܠܬ ܠܒܘܬܟܘܢ. 7 ܐܠܐ ܐܢܐ ܫܪܪܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܦܩܚ ܠܟܘܢ ܕܐܢܐ ܐܙܠ. ܐܢ ܓܝܪ ܐܢܐ ܠܐ ܐܙܠ ܐܢܐ: ܦܪܩܠܛܐ ܠܐ ܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܐܢ ܕܝܢ ܐܙܠ ܐܢܐ: ܐܫܕܪܝܘܗܝ ܠܘܬܟܘܢ.

CAPUT XVI.

1 Hæc loquutus sum vobiscum, ne offenderemini:

2 Ejicient enim vos ex synagogis suis: & veniet hora, ut quisquis interfecerit vos, arbitretur, quòd oblationem offerat Deo.

3 Et hæc facient, quia non noverunt nec Patrem nec me.

4 Hæc loquutus sum vobiscum, ut quum venerit tempus eorum, memores effectis eorum, quòd ego dixerim vobis. Hæc autem ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram.

5 Nunc autem abeo ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?

6 Dixi enim vobis hæc, & venit tristitia, ac implevit corda vestra.

7 Sed ego veritatem dico vobis; expedit vobis, ut ego abeam: si enim ego non abeam, Paracletus non est venturus ad vos; si autem abeam, mittam eum ad vos.

8 Et quum venerit ipse, arguet mundum, de peccato, & de justitia, & de judicio.
9 De peccato; quia non credunt in me.
10 De justitia autem; quia ad Patrem meum abeo, & non rursus visuri estis me.
11 De judicio verò; quia princeps mundi hujus judicatus est.
12 Rursus multum est mihi dicendum vobis; sed non potestis comprehendere modò.
13 Quum autem venerit Spiritus veritatis, ipse inducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur ex se ipso; sed quicquid audierit, ille loquetur, & futura nota faciet vobis.
14 Ipse glorificabit me; quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.
15 Quicquid habet Pater meus, meum est: propterea dixi vobis, quòd de meo accipiet, & annunciabit vobis.
16 Paululum, & non videbitis me: & iterum paululum, & videbitis me: quia abeo ad Patrem.
17 Et dicebant discipuli ejus alius ad alium; Quid est hoc, quod dixit nobis; Paululum, & non videbitis me: & iterum paululum, & videbitis me: &, abeo ad Patrem meum?
18 Et dicebant, Quid est hoc paululum, quod dixit? Nescimus, quid loquatur.
19 Jesus autem cognovit, quòd quærebant interrogare eum, & dixit eis; De hoc disceptatis alius cum alio, quod dixi vobis: Paululum, & non videbitis me; & iterum paululum, & videbitis me?
20 Amen amen dico vobis; Flebitis vos, & lamentabimini; & mundus gaudebit, ac vobis tristitia erit; sed tristitia vestra in gaudium convertetur.
21 Mulieri, quum parit, tristitia est ei; quia venit dies partus ejus: quum autem peperit filium, non recordatur afflictionis suæ, propter gaudium, quod natus sit homo in mundo.
22 Etiam vobis nunc tristitia est; rursus autem videbo vos,

& gaudebit

8 ܘܡܐ ܕܐܬܐ ܗܘ ܢܟܣܝܘܗܝ ܠܥܠܡܐ܂ ܥܠ ܚܛܝܬܐ܂ ܘܥܠ ܙܕܝܩܘܬܐ܂ ܘܥܠ ܕܝܢܐ܂ 9 ܥܠ ܚܛܝܬܐ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܒܝ܂ 10 ܥܠ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܝܢ ܕܠܘܬ ܐܒܝ ܐܙܠ ܐܢܐ܂ ܘܠܐ ܬܘܒ ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ܂ 11 ܥܠ ܕܝܢܐ ܕܝܢ܂ ܕܐܪܟܘܢܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܝܢ ܗܘ܂ 12 ܬܘܒ ܣܓܝ ܐܝܬ ܠܝ ܠܡܐܡܪ ܠܟܘܢ܂ ܐܠܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܚܕ ܗܫܐ܂ 13 ܡܐ ܕܐܬܐ ܕܝܢ ܪܘܚܐ ܕܫܪܪܐ܂ ܗܘ ܢܕܒܪܟܘܢ ܒܟܠܗ ܫܪܪܐ܂ ܠܐ ܓܝܪ ܢܡܠܠ ܡܢ ܪܢܝܐ ܕܢܦܫܗ܂ ܐܠܐ ܟܠ ܕܢܫܡܥ ܗܘ ܢܡܠܠ܂ ܘܥܬܝܕܬܐ ܢܘܕܥܟܘܢ܂ 14 ܗܘ ܢܫܒܚܢܝ ܡܛܠ ܕܡܢܝ ܢܣܒ ܘܢܚܘܐ ܠܟܘܢ܂ 15 ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܐܒܝ ܕܝܠܝ ܗܘ܂ ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܕܡܢ ܕܝܠܝ ܢܣܒ ܘܢܚܘܐ ܠܟܘܢ܂ 16 ܩܠܝܠ ܘܠܐ ܬܚܙܘܢܢܝ܂ ܘܬܘܒ ܩܠܝܠ ܘܬܚܙܘܢܢܝ܂ ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܐܒܐ܂ 17 ܘܐܡܪܘ ܗܘܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܚܕ ܠܚܕ܂ ܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܕܐܡܪ ܠܢ܂ ܕܩܠܝܠ ܘܠܐ ܬܚܙܘܢܢܝ܂ ܘܬܘܒ ܩܠܝܠ ܘܬܚܙܘܢܢܝ܂ ܘܕܐܙܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܐܒܝ܂ 18 ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܂ ܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܩܠܝܠ ܕܐܡܪ܂ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܡܢܐ ܡܡܠܠ܂ 19 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܝܕܥ ܕܨܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܫܐܠܘܬܗ܂ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܥܠ ܗܕܐ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܡ ܚܕܕܐ܂ ܕܐܡܪܬ ܠܟܘܢ܂ ܕܩܠܝܠ ܘܠܐ ܬܚܙܘܢܢܝ܂ ܘܬܘܒ ܩܠܝܠ ܘܬܚܙܘܢܢܝ܂ 20 ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܕܬܒܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܘܬܐܠܘܢ܂ ܘܥܠܡܐ ܢܚܕܐ܂ ܘܠܟܘܢ ܬܥܩ܂ ܐܠܐ ܟܪܝܘܬܟܘܢ ܠܚܕܘܬܐ ܬܗܘܐ܂ 21 ܐܢܬܬܐ ܡܐ ܕܝܠܕܐ܂ ܥܩܬܐ ܠܗ܂ ܕܡܛܝ ܝܘܡܐ ܕܡܘܠܕܗ܂ ܡܐ ܕܝܠܕܬ ܕܝܢ ܒܪܐ܂ ܠܐ ܥܗܕܐ ܐܘܠܨܢܗ܂ ܡܛܠ ܚܕܘܬܐ ܕܐܬܝܠܕ ܒܪܢܫܐ ܒܥܠܡܐ܂ 22 ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܗܫܐ ܟܪܝܐ ܠܟܘܢ܂ ܬܘܒ ܕܝܢ ܐܚܙܝܟܘܢ

ܘܢܚܕܐ ܠܒܟܘܢ ܘܚܕܘܬܟܘܢ ܠܐ ܐܢܫ ܢܣܒ ܡܢܟܘܢ.
23 ܘܒܗܘ ܝܘܡܐ ܠܝ ܠܐ ܬܫܐܠܘܢ ܡܕܡ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܬܫܐܠܘܢ ܠܐܒܝ ܒܫܡܝ ܢܬܠ ܠܟܘܢ.
24 ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܠܐ ܫܐܠܬܘܢ ܡܕܡ ܒܫܡܝ ܘܠܐ ܡܕܡ. ܫܐܠܘ ܘܬܤܒܘܢ. ܕܬܗܘܐ ܚܕܘܬܟܘܢ ܡܫܡܠܝܐ.
25 ܗܠܝܢ ܒܦܠܐܬܐ ܡܠܠܬ ܥܡܟܘܢ. ܐܬܝܐ ܕܝܢ ܫܥܬܐ ܐܡܬܝ ܕܠܐ ܐܡܠܠ ܥܡܟܘܢ ܒܦܠܐܬܐ. ܐܠܐ ܓܠܝܐܝܬ ܐܚܘܐ ܠܟܘܢ ܥܠ ܐܒܐ.
26 ܒܗܘ ܝܘܡܐ ܬܫܐܠܘܢ ܒܫܡܝ. ܘܠܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܐܢܐ ܐܒܥܐ ܡܢ ܐܒܐ ܥܠܝܟܘܢ.
27 ܗܘ ܓܝܪ ܐܒܐ ܪܚܡ ܠܟܘܢ ܕܐܢܬܘܢ ܪܚܡܬܘܢܢܝ. ܘܗܝܡܢܬܘܢ ܕܐܢܐ ܡܢ ܠܘܬ ܐܒܐ ܢܦܩܬ.
28 ܢܦܩܬ ܡܢ ܠܘܬ ܐܒܐ ܘܐܬܝܬ ܠܥܠܡܐ. ܘܬܘܒ ܫܒܩ ܐܢܐ ܠܥܠܡܐ ܘܐܙܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܐܒܐ.
29 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܗܐ ܗܫܐ ܓܠܝܐܝܬ ܡܡܠܠ ܐܢܬ. ܘܦܠܐܬܐ ܚܕܐ ܠܐ ܐܡܪ ܐܢܬ.
30 ܗܫܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܟܠ ܡܕܡ ܝܕܥ ܐܢܬ. ܘܠܐ ܤܢܝܩ ܐܢܬ ܕܐܢܫ ܢܫܐܠܟ. ܒܗܕܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܚܢܢ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܢܦܩܬ.
31 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܗܝܡܢܘ.
32 ܕܗܐ ܐܬܝܐ ܫܥܬܐ ܘܗܫܐ ܐܬܬ. ܕܬܬܒܕܪܘܢ ܐܢܫ ܠܐܬܪܗ. ܘܬܫܒܩܘܢܢܝ ܒܠܚܘܕܝ. ܘܠܐ ܗܘܝܬ ܒܠܚܘܕܝ. ܕܐܒܐ ܥܡܝ ܗܘ.
33 ܗܠܝܢ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ: ܕܒܝ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܫܠܡܐ. ܒܥܠܡܐ ܬܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܘܠܨܢܐ. ܐܠܐ ܐܬܠܒܒܘ ܐܢܐ ܙܟܝܬܗ ܠܥܠܡܐ.

& gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

23 Et illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis; Quicquid rogaveritis Patrem meum in nomine meo, dabit vobis.

24 Usque nunc non petiistis quicquam in nomine meo, neque quicquam. Petite, & accipietis, ut sit gaudium vestrum plenum.

25 Hæc per parabolas loquutus sum vobiscum: ventura autem est hora, quando non loquar vobiscùm per parabolas, sed apertè declarabo vobis de Patre.

26 Illo die petetis in nomine meo: non dico vobis, quod ego rogabo Patrem pro vobis.

27 Ipse enim Pater diligit vos; quia vos dilexistis me, & credidistis, quod ego à Patre exiverim.

28 Egressus sum à Patre, & veni in mundum: & iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29 Dicunt ei discipuli ejus; ecce jam manifestè loqueris, & parabolam ne unam quidem dicis.

30 Nunc scimus, quòd omnia scias: nec opus habes, ut quis interroget te: per hoc credimus, quòd à Deò exiveris.

31 Dixit eis Jesus; Credite.

32 Ecce, ventura est hora, & jam venit, ut dispergamini quisque in locum suum, & relinquatis me solum: & non sum solus; quia Pater mecum est.

33 Hæc dixi vobis, ut in me sit vobis pax. In mundo futura est vobis afflictio: sed bono animo sitis; ego vici mundum.

CAPUT XVII.

1 Hæc loquutus est Jesus, & sustulit oculos suos in cœlos, ac dixit, Pater mi, venit hora: glorifica Filium tuum, ut Filius tuus glorificet te.
2 Sicut dedisti ei potestatem super omnem carnem; ut omni, quod dedisti ei, det vitam quæ est in æternum.
3 Hæc autem est vita quæ est in æternum; ut cognoscant te, qui tu es Deus verus solus, & eum, quem misisti, Jesum Christum.
4 Ego glorificavi te in terra: opus illud quod dedisti mihi, ut facerem, perfeci.
5 Et nunc glorifica me tu Pater mi apud te ea gloria, quæ erat mihi apud te, antequam esset mundus.

6 Notum feci nomen tuum hominibus, illis quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi dedisti eos, & servarunt sermonem tuum.

7 Nunc novi, quòd omne, quod dedisti mihi, abs te est.
8 Quia sermones, quos dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quòd à te exivi, & crediderunt, quod tu misisti me.
9 Et ego pro eis oro, nequaquam pro mundo oro; sed pro iis quos dedisti mihi; quia tui sunt.
10 Et quicquid meum est, tuum est; & tuum meum est: & glorificatus sum in eis.
11 Deinceps amplius non sum in mundo, & hi in mundo sunt, ac ego ad te venio. Pater sancte, serva eos per nomen tuum illud quod dedisti mihi, ut sint unum sicut nos.
12 Quando cum eis eram in mundo, ego servabam eos per nomen tuum. Eos quos dedisti mihi servavi, & nemo ex iis periit, nisi filius perditionis, ut impleretur Scriptura.

13 Nunc autem ad te venio, & hæc

ܩܦܠܐܘܢ ܝܙ

1 ܗܠܝܢ ܡܠܠ ܝܫܘܥ ܘܐܪܝܡ ܥܝܢܘܗܝ ܠܫܡܝܐ ܘܐܡܪ. ܐܒܝ ܐܬܬ ܫܥܬܐ ܫܒܚ ܠܒܪܟ ܕܒܪܟ ܢܫܒܚܟ. 2 ܐܝܟܢܐ ܕܝܗܒܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܟܠ ܒܣܪ. ܕܟܠ ܡܐ ܕܝܗܒܬ ܠܗ ܢܬܠ ܠܗ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. 3 ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܝܢ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ: ܕܢܕܥܘܢܟ ܕܐܢܬ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܕܫܪܪܐ ܒܠܚܘܕܝܟ: ܘܡܢ ܕܫܕܪܬ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 4 ܐܢܐ ܫܒܚܬܟ ܒܐܪܥܐ ܥܒܕܐ ܗܘ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܕܐܥܒܕ ܫܡܠܝܬܗ. 5 ܘܗܫܐ ܫܒܚܝܢܝ ܐܢܬ ܐܒܝ ܠܘܬܟ: ܒܗܘ ܫܘܒܚܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܝ ܠܘܬܟ ܥܕ ܠܐ ܗܘܐ ܥܠܡܐ. 6 ܐܘܕܥܬ ܫܡܟ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܡܢ ܥܠܡܐ: ܕܝܠܟ ܗܘܘ ܘܠܝ ܝܗܒܬ ܐܢܘܢ. ܘܢܛܪܘ ܡܠܬܟ. 7 ܗܫܐ ܝܕܥܬ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܡܢ ܠܘܬܟ ܗܘ. 8 ܕܡܠܐ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܝܗܒܬ ܠܗܘܢ. ܘܗܢܘܢ ܩܒܠܘ ܘܝܕܥܘ ܫܪܝܪܐܝܬ ܕܡܢ ܠܘܬܟ ܢܦܩܬ. ܘܗܝܡܢܘ ܕܐܢܬ ܫܕܪܬܢܝ. 9 ܘܐܢܐ ܥܠܝܗܘܢ ܒܥܐ ܐܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܥܠܡܐ ܒܥܐ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܕܕܝܠܟ ܐܢܘܢ. 10 ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܕܝܠܝ ܕܝܠܟ ܗܘ. ܘܕܕܝܠܟ ܕܝܠܝ ܗܘ. ܘܡܫܬܒܚ ܐܢܐ ܒܗܘܢ. 11 ܡܟܝܠ ܠܐ ܗܘܝܬ ܒܥܠܡܐ. ܘܗܠܝܢ ܒܥܠܡܐ ܐܢܘܢ. ܘܐܢܐ ܠܘܬܟ ܐܬܐ ܐܢܐ. ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ܛܪ ܐܢܘܢ ܒܫܡܟ ܗܘ ܕܝܗܒܬ ܠܝ. ܕܢܗܘܘܢ ܚܕ ܐܝܟ ܕܚܢܢ܀ 12 ܟܕ ܥܡܗܘܢ ܗܘܝܬ ܒܥܠܡܐ. ܐܢܐ ܢܛܪ ܗܘܝܬ ܠܗܘܢ ܒܫܡܟ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܢܛܪܬ. ܘܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܐܒܕ: ܐܠܐ ܒܪܗ ܕܐܒܕܢܐ ܕܢܬܡܠܐ ܟܬܒܐ܀ 13 ܗܫܐ ܕܝܢ ܠܘܬܟ ܐܬܐ ܐܢܐ ܘܗܠܝܢ

ܘܗܠܝܢ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܒܥܠܡܐ ܕܬܗܘܐ ܚܕܘܬܝ ܡܫܡܠܝܐ ܒܗܘܢ ܀ 14 ܐܢܐ ܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܡܠܬܟ ܘܥܠܡܐ ܣܢܐ ܐܢܘܢ ܕܠܐ ܗܘܘ ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܢ ܥܠܡܐ ܀ 15 ܠܐ ܗܘܐ ܕܬܫܩܘܠ ܐܢܘܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܀ ܐܠܐ ܕܬܛܪ ܐܢܘܢ ܡܢ ܒܝܫܐ ܀ 16 ܠܐ ܗܘܘ ܓܝܪ ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܢ ܥܠܡܐ ܀ 17 ܐܒܐ ܩܕܫ ܐܢܘܢ ܒܫܪܪܟ ܀ ܕܡܠܬܟ ܕܝܠܟ ܫܪܪܐ ܗܝ ܀ 18 ܐܝܟܢܐ ܕܠܝ ܫܕܪܬ ܠܥܠܡܐ ܐܦ ܐܢܐ ܫܕܪܬ ܐܢܘܢ ܠܥܠܡܐ ܀ 19 ܘܥܠ ܐܦܝܗܘܢ ܐܢܐ ܡܩܕܫ ܐܢܐ ܢܦܫܝ ܀ ܕܢܗܘܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܩܕܫܝܢ ܒܫܪܪܐ ܀ 20 ܘܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܐܦܝ ܗܠܝܢ ܒܠܚܘܕ ܒܥܐ ܐܢܐ ܀ ܐܠܐ ܐܦ ܥܠ ܐܦܝ ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܝ ܒܡܠܬܗܘܢ ܀ 21 ܕܟܠܗܘܢ ܚܕ ܢܗܘܘܢ ܀ ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܬ ܐܒܝ ܒܝ ܘܐܢܐ ܒܟ ܀ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܒܢ ܚܕ ܢܗܘܘܢ ܀ ܕܢܗܝܡܢ ܥܠܡܐ ܕܐܢܬ ܫܕܪܬܢܝ ܀ 22 ܘܐܢܐ ܫܘܒܚܐ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܀ ܕܢܗܘܘܢ ܚܕ ܐܝܟܢܐ ܕܚܢܢ ܚܕ ܚܢܢ ܀ 23 ܐܢܐ ܒܗܘܢ ܘܐܢܬ ܒܝ ܀ ܕܢܗܘܘܢ ܓܡܝܪܝܢ ܠܚܕ ܀ ܘܕܢܕܥ ܥܠܡܐ ܕܐܢܬ ܫܕܪܬܢܝ ܀ ܘܐܚܒܬ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܝ ܐܚܒܬ ܀ 24 ܐܒܐ ܐܝܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܀ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ ܐܦ ܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܥܡܝ ܀ ܕܢܗܘܘܢ ܚܙܝܢ ܫܘܒܚܐ ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܀ ܕܐܚܒܬܢܝ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܡܝܬܗ ܕܥܠܡܐ ܀ 25 ܐܒܐ ܟܐܢܐ ܘܥܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥܟ ܀ ܐܢܐ ܕܝܢ ܝܕܥܬܟ ܀ ܘܗܢܘܢ ܝܕܥܘ ܕܐܢܬ ܫܕܪܬܢܝ ܀ 26 ܘܐܘܕܥܬ ܐܢܘܢ ܫܡܟ ܘܡܘܕܥ ܐܢܐ ܀ ܕܚܘܒܐ ܗܘ ܕܐܚܒܬܢܝ ܢܗܘܐ ܒܗܘܢ ܀ ܘܐܢܐ ܐܗܘܐ ܒܗܘܢ ܀

& hæc loquor in mundo, ut sit gaudium meum impletum in eis.

14 Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odit eos: quia non sunt ex mundo; sicut ego non sum ex mundo.

15 Nequaquam, ut tollas eos è mundo, peto; sed ut serves eos a malo:

16 Non enim sunt ex mundo, sicut ego non sum ex mundo.

17 Pater sanctifica eos in veritate tua: Sermo tuus veritas est.

18 Sicut me misisti in mundum, etiam ego misi eos in mundum.

19 Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint etiam ipsi sanctificati in veritate.

20 Et nequaquam pro iis rogo tantùm, sed etiam pro illis qui credunt in me per sermonem eorum.

21 Ut omnes sint unum, sicut tu Pater meus in me, & ego in te; ut etiam ipsi in nobis unum sint; ut credat mundus, quòd tu miseris me.

22 Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis; ut sint unum, sicut nos unum sumus.

23 Ego in eis, & tu in me; ut sint perfecti in unum, & ut cognoscat mundus, quòd tu misisti me, & quod dilexisti eos, sicut etiam me dilexisti.

24 Pater, eos quos dedisti mihi, volo, ut in loco, ubi ego *sum*, etiam ipsi sint mecum; ut videant gloriam meam, illam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante fundamenta mundi.

25 Mi Pater juste, & mundus non novit te, ego autem novi te: & hi noverunt, quòd tu misisti me.

26 Et notum feci eis nomen tuum, & notum facturus sum: ut dilectio illa, qua dilexisti me, sit in eis, & ego sim in eis.

CAPUT XVIII.

1 Hæc dixit Jesus, & egressus est cum discipulis suis trans vadum Kidron ubi erat hortus, quem ingressus est ipse & discipuli ejus.

2 Noverat autem etiam Judas proditor locum illum; quia frequenter conveniebat ibi Jesus cum discipulis suis.

3 Ipse igitur Judas accepit cohortem, & à summis Sacerdotibus & Pharisæis accepit ministros, & venit illuc cum laternis, & lampadibus, & armis.

4 Jesus autem, qui sciebat omne id quod sibi obventurum erat, egressus est, & dixit eis; quem quæritis?

5 Dicunt ei; Jesum Nazarenum. Dixit eis Jesus; Ego sum. Stabat autem etiam Judas proditor cum illis.

6 Et quum dixisset eis Jesus; Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

7 Et rursum interrogavit eos Jesus, quem quæritis? Illi autem dixerunt; Jesum Nazarenum.

8 Dixit eis Jesus; Dixi vobis, quòd ego sum: & si me quæritis, finite hos abire.

9 Ut compleretur sermo, quem dixerat; Ex iis quos dedisti mihi, ne unum quidem perdidi.

10 Penes Simonem autem Cepham erat gladius, & strinxit eum, & percussit servum Principis Sacerdotum, & abstulit aurem dexteram. Nomen autem servi erat Molech.

11 Et dixit Jesus Cephæ; Repone gladium in vaginam ejus: poculum quod dedit mihi Pater meus, non bibam?

12 Tunc cohors & Chiliarchæ & ministri Judæorum apprehenderunt Jesum, & vinxerunt eum:

13 Ac adduxerunt eum ad Annam primùm:

pro-

ܩܦܠܐܘܢ ܝܚ

1 ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܝܫܘܥ ܘܢܦܩ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܠܥܒܪܐ ܕܢܚܠܐ ܕܩܕܪܘܢ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܓܢܬܐ ܐܝܟܐ ܕܥܠ ܗܘ ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ. 2 ܝܕܥ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܝܗܘܕܐ ܡܫܠܡܢܐ ܠܗ ܐܬܪܐ ܗܘ. ܡܛܠ ܕܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܟܢܫ ܗܘܐ ܬܡܢ ܝܫܘܥ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 3 ܗܘ ܗܟܝܠ ܝܗܘܕܐ ܕܒܪ ܐܣܦܝܪ: ܘܡܢ ܠܘܬ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܦܪܝܫܐ ܕܒܪ ܕܚܫܐ. ܘܐܬܐ ܠܬܡܢ ܥܡ ܠܡܦܐܕܐ ܘܫܪܓܐ ܘܙܝܢܐ. 4 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܬܐ ܥܠܘܗܝ: ܢܦܩ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܡܢ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. 5 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܠܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ: ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܐܢܐ ܐܢܐ. ܩܐܡ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܝܗܘܕܐ ܡܫܠܡܢܐ ܥܡܗܘܢ. 6 ܘܟܕ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܕܐܢܐ ܐܢܐ: ܐܙܠܘ ܠܒܣܬܪܗܘܢ ܘܢܦܠܘ ܥܠ ܐܪܥܐ. 7 ܘܬܘܒ ܫܐܠ ܐܢܘܢ ܝܫܘܥ ܠܡܢ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ: ܠܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ. 8 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ. ܘܐܢ ܠܝ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܫܒܘܩܘ ܠܗܠܝܢ ܢܐܙܠܘܢ. 9 ܕܬܫܠܡ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ. ܕܐܝܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܠܐ ܐܘܒܕܬ ܡܢܗܘܢ ܐܦܠܐ ܚܕ. 10 ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܟܐܦܐ: ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܣܦܣܪܐ. ܘܫܡܛܗ. ܘܡܚܝܗ ܠܥܒܕܗ ܕܪܒ ܟܗܢܐ. ܘܦܣܩܗ ܐܕܢܗ ܕܝܡܝܢܐ. ܫܡܗ ܕܝܢ ܕܥܒܕܐ ܡܠܟܐ. 11 ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܟܐܦܐ. ܣܝܡ ܣܦܣܪܐ ܒܬܝܩܬܗ. ܟܣܐ ܕܝܗܒ ܠܝ ܐܒܝ: ܠܐ ܐܫܬܝܘܗܝ. 12 ܗܝܕܝܢ ܐܣܦܝܪ ܘܟܠܝܪܟܐ ܘܕܚܫܐ ܕܝܗܘܕܝܐ: ܐܚܕܘܗܝ ܠܝܫܘܥ ܘܐܣܪܘܗܝ. 13 ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܘܬ ܚܢܢ ܠܘܩܕܡ:

ܡܛܠ

[illegible]

propterea quòd socer erat Cajaphas, ejus qui erat Princeps Sacerdotum anni illius.

14 Erat autem Cajaphas is qui consilium dederat Judaeis, expedire unum virum mori pro populo.

15 Simon autem Cephas, & unus ex discipulis aliis, veniebant post Jesum. Illum autem discipulum noverat Princeps Sacerdotum: & ingressus est cum Jesu in atrium.

16 Simon autem stabat foris ad ostium, & egressus est ille discipulus alius, quem noverat Princeps Sacerdotum, & dixit *puellæ* custodienti ostium, & introduxit Simonem.

17 Dixit autem puella custodiens ostium Simoni; Nonne etiam tu ex discipulis es hujus hominis? Dixit ei; Non.

18 Et stabant servi & ministri, & ponebant ignem, ut calefacerent se, quia gelu erat. Stabat autem etiam Simon cum eis, & calefaciebat se.

19 Princeps autem Sacerdotum interrogavit Jesum de discipulis & de doctrina ipsius.

20 Et dixit ei Jesus; Ego apertè loquutus sum cum populo, & omni tempore docui in synagoga & in templo, quo omnes Judæi congregantur; & nihil in occulto loquutus sum.

21 Quid interrogas me? interroga eos qui audiverunt quid loquutus sim cum ipsis: ecce ipsi sciunt quid dixerim.

22 Et quum hæc dixisset, unus ex ministris, qui adstabat, percussit maxillam Jesu, & dixit ei; Sic reddis responsum Principi Sacerdotum?

23 Respondit Jesus, & dixit ei; Si male loquutus sum, testare de malo: sin autem benè, quare percussisti me?

24 Annas autem miserat Jesum vinctum ad Cajapham Principem Sacerdotum.

25 Et Simon Cephas stabat, & cale-

& calefaciebat se: & dixerunt ei; Nunquid etiam tu unus ex discipulis ejus es? Et ipse negavit, ac dixit; Non sum.

26 Dixit ei unus ex servis Principis Sacerdotum, cognatus illus, cujus amputaverat Simon auriculam; Nonne ego vidi te cum eo in horto?

27 Et rursus negavit Simon, & eadem hora cantavit gallus.

28 Deduxerunt autem Jesum à Cajapha ad prætorium, & erat manè; & ipsi non introierunt in prætorium, ne pollucrentur, donec comedissent Pascha.

29 Egressus autem est Pilatus foras ad ipsos, & dixit eis; quæ accusatio est vobis contra hominem hunc?

30 Responderunt, & dixerunt ei; Si non maleficus esset, neque tibi tradidissemus eum.

31 Dixit eis Pilatus; Accipite eum vos, & judicate eum secundùm legem vestram. Dicunt ei Judæi, non licet nobis interficere quenquam.

32 Ut impleretur sermo, quem dixit Jesus, notum faciens, qua morte futurum erat ut moreretur.

33 Ingressus autem est Pilatus in prætorium, & vocavit Jesum, ac dixit ei; tune es Rex Judæorum?

34 Dixit ei Jesus, a teipso dicis hoc, aut *an* alii dixerunt tibi de me?

35 Dixit ei Pilatus; nunquid ego Judæus sum? Gentiles tui & Principes Sacerdotum tradiderunt te mihi: quid fecisti?

36 Dixit ei Jesus; Regnum meum non est de hoc mundo: si de hoc mundo esset regnum meum, contenderent ministri mei, ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum, non est hinc.

37 Dixit ei Pilatus; Ergo Rex es? Dixit ei Jesus; Tu dicis, quòd Rex sum. Ad

ad hoc ego natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testarer de veritate. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

38 Dixit ei Pilatus, quid est veritas? Et quum dixisset hoc, egressus est [illegible] ad Judæos, & dixit eis; Ego ne unam quidem causam invenio in eo.

39 Consuetudo autem est vobis, ut unum solvam vobis in Paschate: vultis igitur, ut solvam vobis hunc Regem Judæorum?

40 Et clamaverunt omnes, ac dixerunt; Non hunc, sed Barrabbam. Erat autem hic Barabbas latro.

CAPUT XIX.

1 TUnc Pilatus flagellavit Jesum.

2 Et milites contexuerunt coronam ex spinis, & imposuerunt capiti ejus; & amicierunt eum vestibus purpureis.

3 Ac dicebant; Pax tibi, Rex Judæorum, & percutiebant maxillas ejus.

4 Et egressus est Pilatus rursus foras, & dixit eis; Ecce, educo eum ad vos foras, ut sciatis, quòd non invenio in eo ne unam quidem causam.

5 Et exivit Jesus foras, quum esset super eum corona spinarum, & vestimenta purpurea: & dixit eis Pilatus; Ecce homo.

6 Quum autem vidissent eum summi Sacerdotes & ministri, clamaverunt, & dixerunt; Suspende eum, suspende eum. Dixit eis Pilatus; Accipite vos, & crucifigite eum: ego enim non invenio in eo causam.

7 Dicunt ei Judæi; Nobis lex est, & sicut est in lege nostra, reus est mortis: quia fecit seipsum Filium Dei.

8 Quum audivisset autem Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

9 Et

9 Et ingressus est rursus prætorium, & dixit Jesu; unde es? Jesus autem responsum non dedit ei.

10 Dixit ei Pilatus: mecum non loqueris? Nescis, quòd potestatem habeam, ut solvam te, & potestatem habeam, ut crucifigam te?

11 Dixit ei Jesus; non esset tibi in me potestas ulla, nisi datum esset tibi superne. Propterea, ejus qui tradidit me tibi, majus est peccatum quàm tuum.

12 Et propterea volebat Pilatus solvere eum; Judæi autem clamabant; Si hunc solvas, non es amicus Cæsaris: quisquis enim seipsum Regem facit, contrarius est Cæsari.

13 Quum autem audivisset Pilatus hunc sermonem, eduxit Jesum foras, & sedit pro tribunali, in loco qui vocatur, pavimentum lapidum: hebraicè autem dicitur Gaphiphta.

14 Et parasceve erat Paschatis. Ac erat quasi hora sexta: & dixit Judæis; Ecce Rex vester.

15 Illi autem clamabant; Tolle eum, tolle eum: crucifige eum, crucifige eum. Dixit eis Pilatus; Regem vestrum crucifigam? Dicunt ei summi Sacerdotes; Non est nobis Rex nisi Cæsar.

16 Tunc tradidit eum illis, ut crucifigerent eum. Et acceperunt Jesum, & duxerunt eum,

17 Ferentem crucem suam in locum, qui vocatur Cranium; Hebraicè autem dicitur Gagulta.

18 In quo loco crucifixerunt eum, & cum eo duos alios, unum hinc, & alterum illinc, & Jesum in medio.

19 Et scripsit etiam tabellam Pilatus, ac imposuit cruci ejus. Scriptum autem erat ita; Hic est JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM.

20 Et hunc titulum ex Judæis multi legerunt: quia,

ܡܛܠ ܕܩܪܝܒܐ ܗܘܬ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܘܟܬܐ ܕܐܙܕܩܦ
ܒܗ ܝܫܘܥ. ܘܟܬܝܒ ܗܘܐ ܥܒܪܐܝܬ ܘܝܘܢܐܝܬ
ܘܪܗܘܡܐܝܬ. 21 ܘܐܡܪܝܢ ܪܒܝ ܟܗܢܐ
ܠܦܝܠܛܘܤ. ܠܐ ܬܟܬܘܒ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܕܝܗܘܕܝܐ.
ܐܠܐ ܕܗܘ ܐܡܪ ܕܡܠܟܐ ܐܢܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. 22 ܐܡܪ
ܦܝܠܛܘܤ. ܡܕܡ ܕܟܬܒܬ ܟܬܒܬ ܀

23 ܐܤܛܪܛܝܘܛܐ ܕܝܢ ܟܕ ܙܩܦܘܗܝ ܠܝܫܘܥ:
ܫܩܠܘ ܢܚܬܘܗܝ ܘܥܒܕܘ ܐܪܒܥܐ ܡܢܘܢ. ܡܢܬܐ
ܠܚܕ ܡܢ ܐܤܛܪܛܝܘܛܐ. ܟܘܬܝܢܗ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ
ܗܘܬ ܕܠܐ ܚܝܛܐ ܡܢ ܠܥܠ. ܐܓܝܪܬܐ ܟܠܗ.
24 ܘܐܡܪܝܢ ܚܕ ܠܚܕ ܠܐ ܢܤܕܩܝܗ. ܐܠܐ ܢܪܡܐ
ܥܠܝܗ ܦܤܐ ܕܡܢܘ ܬܗܘܐ. ܘܫܠܡ ܟܬܒܐ
ܕܐܡܪ: ܕܦܠܓܘ ܢܚܬܝ ܒܝܢܬܗܘܢ: ܘܥܠ ܠܒܘܫܝ
ܐܪܡܝܘ ܦܤܐ. ܗܠܝܢ ܥܒܕܘ ܐܤܛܪܛܝܘܛܐ.
25 ܩܝܡܢ ܗܘܝ ܕܝܢ ܠܘܬ ܙܩܝܦܗ ܕܝܫܘܥ ܐܡܗ
ܘܚܬܗ ܕܐܡܗ. ܘܡܪܝܡ ܕܩܠܝܘܦܐ ܘܡܪܝܡ
ܡܓܕܠܝܬܐ. 26 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܚܙܐ ܠܐܡܗ
ܘܠܬܠܡܝܕܐ ܗܘ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܕܩܐܡ. ܘܐܡܪ
ܠܐܡܗ. ܐܢܬܬܐ ܗܐ ܒܪܟܝ. 27 ܘܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܐ
ܗܐ ܐܡܟ. ܘܡܢ ܗܝ ܫܥܬܐ ܕܒܪܗ ܬܠܡܝܕܐ
ܗܘ ܠܘܬܗ: 28 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܝܕܥ ܝܫܘܥ
ܕܟܠܡܕܡ ܐܫܬܠܡ. ܘܕܢܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܐܡܪ ܕܨܗܐ
ܐܢܐ. 29 ܘܡܐܢܐ ܤܝܡ ܗܘܐ ܕܡܠܐ ܚܠܐ. ܗܢܘܢ
ܕܝܢ ܡܠܘ ܐܤܦܘܓܐ ܡܢ ܚܠܐ. ܘܤܡܘܗ ܥܠ ܙܘܦܐ
ܘܩܪܒܘ ܠܘܬ ܦܘܡܗ. 30 ܟܕ ܕܝܢ ܢܤܒ ܗܘ
ܚܠܐ ܝܫܘܥ: ܐܡܪ ܗܐ ܡܫܠܡܐ. ܘܐܪܟܢ ܪܫܗ
ܘܐܫܠܡ ܪܘܚܗ ܀ 31 ܝܗܘܕܝܐ ܕܝܢ ܡܛܠ
ܕܥܪܘܒܬܐ ܗܘܬ ܐܡܪܝܢ: ܠܐ ܢܒܝܬܘܢ ܦܓܪܐ ܗܠܝܢ
ܥܠ ܙܩܝܦܐ. ܡܛܠ ܕܫܒܬܐ ܢܓܗܐ. ܝܘܡܐ ܗܘܐ
ܓܝܪ ܪܒܐ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܗܝ. ܘܒܥܘ ܡܢ ܦܝܠܛܘܤ
ܕܢܬܒܪ

quia prope urbem erat locus, in quo crucifixus est Jesus: & scriptus erat Hebraice, & Græcè, & Romanè.

21 Et dixerunt summi Sacerdotes Pilato; Ne scribas, quòd Rex sit Judæorum, sed quòd ipse dixerit; Rex ego *sum* Judæorum.

22 Dixit Pilatus; Id quod scripsi, scripsi.

23 Milites autem, quum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, partem unicuique ex militibus: tunica autem ejus erat absque sutura à summo, contexta tota.

24 Et dixerunt alius ad alium; Ne scindamus eam, sed sortiamur sorte de ea, cujusnam futura sit. Et impleta est Scriptura, quæ dixit; diviserunt vestimenta mea inter sese, & super vestem meam jecerunt sortem. Hæc fecerunt milites.

25 Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus & soror matris ejus, & Maria illa quæ erat Cleophæ, & Maria Magdalena.

26 Jesus autem vidit matrem suam, & discipulum illum quem diligebat adstantem: & dixit matri suæ; Mulier, ecce filius tuus.

27 Et dixit discipulo illi; Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus ille apud se.

28 Post hæc sciebat Jesus, quòd omnia completa essent: & ut impleretur Scriptura, dixit; sitio.

29 Et vas positum erat, quod plenum erat aceto. Illi autem impleverunt spongiam aceto, & imposuerunt hyssopo, & admoverunt ori ejus.

30 Quum verò accepisset illud acetum Jesus, dixit; Ecce, consummatum est, & inclinavit caput suum, & tradidit spiritum suum.

31 Judæi autem, quia parasceve erat, dixerunt; Non pernoctabunt corpora hæc in cruce: quia sabbathum illucescebat: dies enim erat magnus dies Sabbathi illius: & petierunt à Pilato ut

ut confringerent crura illorum cruci affixorum, & deponerent eos.

32 Et venerunt milites, & confregerunt crura prioris, & illius alterius, qui crucifixus erat cum eo.

33 Quumque venissent ad Jesum, viderunt, quòd jam mortuus esset, & non confregerunt crura ejus.

34 Sed unus ex militibus percussit eum in latere ejus lancea: & confestim exivit sanguis & aqua.

35 Et is qui vidit, testatus est: & verum est testimonium ejus: & ipse novit, quòd verum dicat, ut etiam vos credatis.

36 Hæc enim facta sunt, ut impleretur Scriptura, quæ dicit; Os non frangetur in eo.

37 Et rursus scriptura alia, quæ dicit; Intuebuntur in eum quem confoderunt.

38 Post hæc Josephus, ille qui erat ex Rama, petiit à Pilato, (quia discipulus erat Jesu, & occultus erat præ metu Judæorum) ut tolleret corpus Jesu, & permisit Pilatus: & venit, ac sustulit corpus Jesu.

39 Et venit etiam Nicodemus, ille qui venerat prius ad Jesum nocte, & attulit secum condimenti myrrhæ & aloës quasi centum libras.

40 Et sustulerunt corpus Jesu, & involverunt illud linteis & aromatibus, sicut est mos Judæis sepelire.

41 Erat autem in eo loco, in quo crucifixus fuerat Jesus, hortus, & in ipso horto sepulcrum novum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

42 Et posuerunt ibi Jesum, eo quòd Sabbathum intraret, & quod propinquum esset sepulcrum.

CAPUT ܩܦܠܐܘܢ

ܩܦܠܐܘܢ ܟ

1 ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܕܝܢ ܐܬܬ ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ ܨܦܪܐ ܟܕ ܚܫܘܟ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ ܘܚܙܬ ܠܟܐܦܐ ܕܫܩܝܠܐ ܡܢ ܩܒܪܐ܂ 2 ܘܪܗܛܬ ܐܬܬ ܠܘܬ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܘܠܘܬ ܗܘ ܬܠܡܝܕܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪܐ ܠܗܘܢ܂ ܕܫܩܠܘܗܝ ܠܡܪܢ ܡܢ ܗܘ ܒܝܬ ܩܒܪܐ܂ ܘܠܐ ܝܕܥܐ ܐܢܐ ܐܝܟܐ ܣܡܘܗܝ܂

3 ܘܢܦܩ ܫܡܥܘܢ ܘܗܘ ܬܠܡܝܕܐ ܐܚܪܢܐ܂ ܘܐܬܝܢ ܗܘܘ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ܂ 4 ܘܪܗܛܝܢ ܗܘܘ ܬܪܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܬܠܡܝܕܐ ܪܗܛ ܩܕܡ ܠܫܡܥܘܢ܂ ܘܐܬܐ ܩܕܡܝܐ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ܂

5 ܘܐܨܛܝܠ ܚܙܐ ܟܬܢܐ ܟܕ ܣܝܡܝܢ܂ ܠܡܥܠ ܕܝܢ ܠܐ ܥܠ܂ 6 ܐܬܐ ܕܝܢ ܫܡܥܘܢ ܒܬܪܗ ܘܥܠ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ܂ ܘܚܙܐ ܟܬܢܐ ܟܕ ܣܝܡܝܢ܂ 7 ܘܣܘܕܪܐ ܗܘ ܕܐܣܝܪ ܗܘܐ ܒܪܫܗ܂ ܠܐ ܥܡ ܟܬܢܐ܂ ܐܠܐ ܟܕ ܟܪܝܟ ܘܣܝܡ ܠܣܛܪ ܒܚܕ ܕܘܟܐ܂ 8 ܗܝܕܝܢ ܥܠ ܐܦ ܗܘ ܬܠܡܝܕܐ ܕܐܬܐ ܩܕܡܝܐ ܠܒܝܬ ܩܒܪܐ ܘܚܙܐ ܘܗܝܡܢ܂ 9 ܠܐ ܓܝܪ ܥܕܟܝܠ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܩܘܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ܂ 10 ܘܐܙܠܘ ܬܘܒ ܬܠܡܝܕܐ ܠܘܬ ܕܝܠܗܘܢ܂

11 ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܩܝܡܐ ܗܘܬ ܠܘܬ ܩܒܪܐ ܘܒܟܝܐ܂ ܘܟܕ ܒܟܝܐ ܐܨܛܝܠܬ ܠܩܒܪܐ܂ 12 ܘܚܙܬ ܬܪܝܢ ܡܠܐܟܝܢ ܒܚܘܪܐ܂ ܕܝܬܒܝܢ܂ ܚܕ ܡܢ ܐܣܕܘܗܝ ܘܚܕ ܡܢ ܪܓܠܘܗܝ܂ ܐܝܟܐ ܕܣܝܡ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܝܫܘܥ܂ 13 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܐܢܬܬܐ ܡܢܐ ܒܟܝܐ ܐܢܬܝ܂ ܐܡܪܐ ܠܗܘܢ܂ ܕܫܩܠܘܗܝ ܠܡܪܝ ܘܠܐ ܝܕܥܐ ܐܢܐ ܐܝܟܐ ܣܡܘܗܝ܂ 14 ܗܕܐ ܐܡܪܬ ܘܐܬܗܦܟܬ ܠܒܣܬܪܗ܂ ܘܚܙܬ ܠܝܫܘܥ ܟܕ ܩܐܡ܂ ܘܠܐ ܝܕܥܐ ܗܘܬ ܕܝܫܘܥ ܗܘ܂

15 ܐܡܪ

Mm 3

CAPUT XX.

1 PRimo verò *die* septimanæ venit Maria Magdalena manè, dum adhuc tenebræ essent, ad sepulcrum: & vidit lapidem sublatum à sepulcro.

2 Et cucurrit, & venit ad Simonem Cepham, & ad illum discipulum alium quem diligebat Jesus, & dixit eis; Sustulerunt Dominum nostrum ex illo sepulcro, & nescio ubi posuerint eum.

3 Et exivit Simon & ille discipulus alius, & veniebant ad sepulcrum.

4 Et accurrebant ambo simul; ille verò discipulus cucurrit ante Simonem, & venit prior ad sepulcrum.

5 Et prospiciens vidit lintea posita: ingrediendo autem non est ingressus.

6 Venit autem Simon post eum, & ingressus est in sepulcrum, ac vidit lintea posita.

7 Et sudarium, quod alligatum fuerat capiti ejus, non cum linteis, sed involutum, & positum seorsim in uno loco.

8 Tunc ingressus est etiam ille discipulus qui venerat prior ad sepulcrum, & vidit, ac credidit.

9 Non enim adhuc noverant ex Scripturis, quod futurum erat, ut surgeret à mortuis.

10 Et abierunt illi discipuli rursum ad locum suum.

11 Maria autem stabat ad sepulcrum, ac flebat: & quum fleret, prospexit in sepulcrum.

12 Et vidit duos Angelos in albis *vestibus*, qui sedebant, unus à cervicalibus ejus, & unus à pedibus ejus, ubi positum fuerat corpus Jesu.

13 Et dicunt ei; Mulier, quid fles? Dixit eis; quia sustulerunt Dominum meum, & nescio, ubi posuerint eum.

14 Hoc dixit, & vertit se retrorsum, ac vidit Jesum stantem; & nesciebat, quòd Jesus esset.

15 Dixit

15 Dixit ei Jesus; Mulier, quid fles? & quem quæris? Ipsa autem putavit, quòd hortulanus esset: & dixit ei; Domine mi, si tu sustulisti eum, dic mihi, ubi posueris eum: abiens tollam eum.

16 Dixit ei Jesus; Maria. Et conversa est, & dixit ei hebraicè; Rabbuni, quod dicitur Præceptor.

17 Dixit ei Jesus; Ne tangas me: nondum enim ascendi ad Patrem meum: abi autem ad fratres meos, & dic eis; Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum.

18 Tunc venit Maria Magdalena, & nunciavit discipulis, quòd vidisset Dominum nostrum, & hæc dixisset sibi.

19 Quum autem esset vespera diei illius primi in septimana, & portæ clausæ essent, ubi erant discipuli propter metum Judæorum, veniens Jesus stetit inter eos, & dixit eis; Pax vobiscum.

20 Hoc dixit, & ostendit eis manus suas, & latus suum. Et gavisi sunt discipuli, quum viderunt Dominum nostrum.

21 Dixit autem eis Jesus; Pax vobiscum; sicut misit me Pater meus, etiam ego mitto vos.

22 Et quum dixisset hæc, flavit in eos, & dixit eis; accipite Spiritum sanctum.

23 Si remiseritis peccata alicui, remittentur ei: & si retinueritis *peccata* alicujus, retenta erunt.

24 Thomas autem, unus ex duodecim, is qui dicitur Gemellus, nequaquam ibi erat cum eis, quum venit Jesus.

25 Et dicunt ei discipuli; Vidimus Dominum nostrum; ipse autem dixit eis; Nisi videam in manibus ejus loca clavorum, & immittam in ea digitos meos, & extendam manum meam in latus ejus, non credam.

26 Et post octo dies rursus intus erant discipuli,

& Thomas

15 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܬܬܐ ܡܢܐ ܒܟܝܐ ܐܢܬܝ ܘܠܡܢ ܒܥܝܐ ܐܢܬܝ. ܗܝ ܕܝܢ ܣܒܪܐ ܗܘܬ ܕܓܢܢܐ ܗܘ. ܘܐܡܪܐ ܠܗ: ܡܪܝ ܐܢ ܐܢܬ ܫܩܠܬܝܗܝ: ܐܡܪ ܠܝ ܐܝܟܐ ܣܡܬܝܗܝ ܐܙܠ ܐܫܩܘܠܝܘܗܝ. 16 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܡܪܝܡ: ܘܐܬܦܢܝܬ ܘܐܡܪܐ ܠܗ ܥܒܪܐܝܬ ܪܒܘܠܝ ܕܡܬܐܡܪ ܡܠܦܢܐ. 17 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܠܐ ܬܬܩܪܒܝܢ ܠܝ. ܠܐ ܓܝܪ ܥܕܟܝܠ ܣܠܩܬ ܠܘܬ ܐܒܝ. ܙܠܝ ܕܝܢ ܠܘܬ ܐܚܝ ܘܐܡܪܝ ܠܗܘܢ. ܣܠܩ ܐܢܐ ܠܘܬ ܐܒܝ ܘܐܒܘܟܘܢ ܘܐܠܗܝ ܘܐܠܗܟܘܢ. 18 ܘܐܬܬ ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ: ܘܣܒܪܬ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܚܙܬ ܠܡܪܢ ܘܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܗ. 19 ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܪܡܫܐ ܕܝܘܡܐ ܗܘ ܕܚܕ ܒܫܒܐ: ܘܬܪܥܐ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܬܠܡܝܕܐ: ܡܛܠ ܕܚܠܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ: ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܩܡ ܒܡܨܥܬܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܫܠܡܐ ܥܡܟܘܢ. 20 ܗܕܐ ܐܡܪ: ܘܚܘܝ ܐܢܘܢ ܐܝܕܘܗܝ ܘܣܛܪܗ. ܘܚܕܝܘ ܬܠܡܝܕܐ ܕܚܙܐܘܗܝ ܠܡܪܢ. 21 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܝܫܘܥ. ܫܠܡܐ ܥܡܟܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܫܕܪܢܝ ܐܒܝ ܐܦ ܐܢܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. 22 ܘܟܕ ܐܡܪ ܗܠܝܢ: ܢܦܚ ܒܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܩܒܠܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. 23 ܐܢ ܬܫܒܩܘܢ ܚܛܗܐ ܠܐܢܫ ܢܫܬܒܩܘܢ ܠܗ. ܘܐܢ ܬܐܚܕܘܢ ܕܐܢܫ ܐܚܝܕܝܢ. 24 ܬܐܘܡܐ ܕܝܢ ܚܕ ܡܢ ܬܪܥܣܪܬܗܘܢ. ܗܘ ܕܡܬܐܡܪ ܬܐܡܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܬܡܢ ܥܡܗܘܢ ܟܕ ܐܬܐ ܝܫܘܥ. 25 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ. ܚܙܝܢ ܠܡܪܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܢ ܠܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܘܟܬܐ ܕܩܒܥܐ: ܘܪܡܐ ܐܢܐ ܒܗܝܢ ܨܒܥܬܝ: ܘܡܘܫܛ ܐܢܐ ܐܝܕܝ ܒܣܛܪܗ: ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ. 26 ܘܒܬܪ ܬܡܢܝܐ ܝܘܡܝܢ: ܬܘܒ ܠܓܘ ܗܘܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܬܐܘܡܐ

cum eis, & veniens Jesus, quum clausæ essent portæ, stetit in medio, & dixit eis; Pax vobiscum.

27 Ac dixit Thomæ, infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & infer manum tuam, ac extende in latus meum: & ne sis incredulus, sed credens.

28 Et respondit Thomas, ac dixit ei; Domine mi, & Deus mi.

29 Dixit ei Jesus; Nunc quia vidisti me, credidisti: Beati sunt ii, qui non viderunt me, & crediderunt.

30 Multa autem signa alia fecit Jesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc.

31 Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quòd Jesus sit Christus Filius Dei: & quum credideritis, sit vobis per nomen ejus vita quæ est in æternum.

CAPUT XXI.

1 POst hæc ostendit rursus seipsum Jesus discipulis suis juxta mare Tiberiadis; ostendit autem sic:

2 Erant simul Simon Cephas & Thomas qui dicitur Gemellus, & Nathanael ille qui erat à Kana Galilææ, & filii Zebedæi, ac duo alii ex discipulis.

3 Dixit eis Simon Cephas; Abeo ad capiendum pisces. Dicunt ei; Nos quoque imus tecum. Et egressi sunt, & ascenderunt in navigium, & illa nocte nihil ceperunt.

4 Quum autem esset manè, stetit Jesus juxta littus maris: & non cognoverunt discipuli, quòd Jesus esset.

5 Et dixit eis Jesus; Pueri, num est vobis aliquid ad edendum? Dicunt ei; Non.

6 Dixit eis; jacite rete vestrum à latere dextro navigii, & invenietis. Et jecerunt: & non potuerunt trahere rete præ mul-

multitudine piscium, quos continebat.

7 Et ait discipulus ille, quem diligebat Jesus, Cephæ; Hic Dominus noster est. Simon autem, quum audivisset, quòd Dominus noster esset, accepit tunicam suam, cinxit lumbos suos, (quia nudus erat) & injecit seipsum in mare, ut veniret ad Jesum.

8 Alii autem discipuli navigio venerunt: (non enim remoti erant multum à terra, sed quasi ducentis cubitis) & trahebant rete illud piscium.

9 Quum autem ascendissent in terram, viderunt prunas positas, & piscem impositum eis, ac panem.

10 Et dixit eis Jesus; Afferte ex piscibus, quos cepistis nunc.

11 Et ascendit Simon Cephas, & traxit rete in terram plenum piscibus magnis, centum quinquaginta & tribus: & hoc toto onere nôn est scissum rete illud.

12 Et dixit eis Jesus; venite, prandete. Nemo autem ex discipulis audebat interrogare eum, quis esset; quia sciebant, quòd Dominus noster esset.

13 Accessit autem Jesus, & sustulit panem & pisces, ac dedit eis.

14 Hac tertia vice conspectus est Jesus discipulis suis, quum resurrexisset à mortuis.

15 Quum autem edissent, dixit Jesus Simoni Cephæ: Simon fili Jonæ, amas me plus quàm hi? Dixit ei; Etiam, Domine mi, tu scis, quòd amo te. Dixit ei Jesus; pasce mihi agnos meos.

16 Dixit ei rursus secunda vice; Simon fili Jonæ, amas me? Dixit ei; Etiam, Domine mi, tu scis, quod amo te. Dixit ei Jesus; Pasce mihi oves meas.

17 Dixit ei Jesus rursus tertia vice; Simon fili Jonæ, amas me? Et tristitia fuit Cephæ, quòd dixisset ei tertia vice;

[Syriac text]

vice; Amas me? Et dixit ei; Domine mi, omnia tu scis, tu nosti, quod amo te. Dixit ei Jesus; Pasce mihi oves meas.

18 Amen amen dico tibi; Quum junior esses, tu tibi ipsi cingebas lumbos tuos, & ambulabas quò volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius accinget tibi lumbos tuos, & ducet te quò non cupis.

19 Hoc autem dixit, ut ostenderet, qua morte glorificaturus esset Deum. Et quum dixisset hæc, dixit ei; Veni post me.

20 Et conversus est Simon, & vidit discipulum illum quem diligebat Jesus venientem post se, illum qui reciderat in cœna super pectus Jesu, & dixerat; Domine mi, quisnam prodet te?

21 Hunc quum vidisset Cephas, dixit Jesu; Domine mi, & hic quid?

22 Dixit ei Jesus; Si volo, ut maneat hic, donec veniam, quid ad te? Tu veni post me.

23 Et exivit hic sermo inter fratres, quòd ille discipulus non moriturus sit: Jesus autem nequaquam, quòd non moriturus esset, dixit; sed, Si volo, ut maneat hic, donec veniam, quid ad te?

24 Hic est discipulus qui testatus est de his omnibus, & etiam scripsit hæc: & scimus nos, quòd verum sit testimonium ejus.

25 Sunt autem etiam alia multa quæ fecit Jesus, quæ si sigillatim scriberentur, etiam ipse mundus, ut opinor, non sufficeret libris qui scriberentur.

[Syriac text]

Finitum est Evangelium sanctum prædicationis Johannis Evangelistæ, quod loquutus est Græcè Ephesi.

LIBER ACTUUM,

HOC AUTEM EST,

HISTORIÆ APOSTOLORUM BEATORUM,

Collectum a sancto LUCA Evangelista.

CAPUT I.

1 LIBRUM priorem scripsi, ô Theophile, de omnibus quæ cœpit Dominus noster Jesus Christus facere, & docere,

2 Usque in diem illum quo assumptus est, postquam mandata dedisset ipsis Apostolis, quos elegit per Spiritum sanctum.

3 Quibus etiam ostendit seipsum viventem, postquam passus est, signis multis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

4 Et quum comedisset cum eis panem, præcepit eis, ut Hierosolyma non discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam, *inquit*, audivistis à me.

5 Quia Johannes baptizavit aquis; sed vos baptizabimini Spiritu sancto, non post dies multos.

6 Ipsi autem quum essent congregati, interrogaverunt eum, & dixerunt ei; Domine noster, num hoc tempore es restituturus regnum Israeli?

7 Dixit eis ipse; Non est vestrum hoc, scire tempus aut tempora,

illa

ܟܬܒܐ ܕܦܪܟܣܝܣ.

ܗܢܘ ܕܝܢ

ܬܫܥܝܬܗܘܢ ܕܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ.

ܕܟܢܫ ܠܘܩܐ ܩܕܝܫܐ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ.

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܟܬܒܐ ܩܕܡܝܐ ܟܬܒܬ ܐܘ ܬܐܘܦܝܠܐ: ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܫܪܝ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܠܡܥܒܕ ܘܠܡܠܦܘ. 2 ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܘ ܕܒܗ ܐܣܬܠܩ. ܡܢ ܒܬܪ ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܠܫܠܝܚܐ ܐܝܠܝܢ ܕܓܒܐ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. 3 ܗܢܘܢ ܕܐܦ ܚܘܝ ܐܢܘܢ ܢܦܫܗ ܟܕ ܚܝ ܡܢ ܒܬܪ ܕܚܫ: ܒܐܬܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܒܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ. ܟܕ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ. 4 ܘܟܕ ܐܟܠ ܥܡܗܘܢ ܠܚܡܐ: ܦܩܕ ܐܢܘܢ ܕܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܠܐ ܬܬܦܪܩܘܢ. ܐܠܐ ܬܩܘܘܢ ܠܫܘܘܕܝܗ ܕܐܒܐ ܕܫܡܥܬܘܢ ܡܢܝ. 5 ܕܝܘܚܢܢ ܐܥܡܕ ܒܡܝܐ: ܘܐܢܬܘܢ ܬܬܥܡܕܘܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܠܐ ܒܬܪ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ. 6 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܟܢܝܫܝܢ: ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܘܐܡܪܝܢ: ܡܪܢ ܐܢ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܦܢܐ ܐܢܬ ܡܠܟܘܬܐ ܠܐܝܣܪܝܠ. 7 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܘ. ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܠܟܘܢ ܗܝ ܠܡܕܥ ܙܒܢܐ ܐܘ ܙܒܢܐ:

ܐܝܠܝܢ

ܐܝܠܝܢ ܕܐܒܐ ܣܡ ܐܢܘܢ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܢܦܫܗ.
8 ܐܠܐ ܡܐ ܕܐܬܐ ܥܠܝܟܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܬܣܒܘܢ ܚܝܠܐ ܘܬܗܘܘܢ ܠܝ ܣܗܕܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܘܒܟܠܗ ܝܗܘܕ. ܘܐܦ ܒܝܬ ܫܡܪܝܐ. ܘܥܕܡܐ ܠܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ. 9 ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ: ܟܕ ܚܙܝܢ ܠܗ ܐܫܬܩܠ. ܘܥܢܢܐ ܩܒܠܬܗ ܘܐܬܟܣܝ ܡܢ ܥܝܢܝܗܘܢ. 10 ܘܟܕ ܚܝܪܝܢ ܗܘܘ ܒܫܡܝܐ ܟܕ ܗܘ ܐܙܠ ܗܘܐ: ܐܫܬܟܚܘ ܠܗܘܢ ܬܪܝܢ ܓܒܪܝܢ ܩܝܡܝܢ ܠܘܬܗܘܢ ܒܠܒܘܫܐ ܚܘܪܐ. 11 ܘܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ ܓܒܪܐ ܓܠܝܠܝܐ: ܡܢܐ ܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܚܝܪܝܢ ܒܫܡܝܐ. ܗܢܐ ܝܫܘܥ ܕܐܫܬܩܠ ܡܢܟܘܢ ܠܫܡܝܐ ܗܟܢܐ ܢܐܬܐ ܐܝܟ ܕܚܙܝܬܘܢܝܗܝ ܕܣܠܩ ܠܫܡܝܐ. 12 ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܗܦܟܘ ܠܗܘܢ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܬ ܙܝܬܐ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܘܬ ܐܘܪܫܠܡ. ܘܪܚܝܩ ܡܢܗ ܐܝܟ ܫܒܥܐ ܐܣܛܕܘܬܐ. 13 ܘܟܕ ܥܠܘ ܣܠܩܘ ܠܗܘܢ ܠܥܠܝܬܐ ܗܝ ܕܒܗ ܫܪܝܢ ܗܘܘ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܘܝܘܚܢܢ ܘܝܥܩܘܒ. ܘܐܢܕܪܐܘܣ ܘܦܝܠܝܦܘܣ ܘܬܐܘܡܐ. ܘܡܬܝ ܘܒܪ ܬܘܠܡܝ. ܘܝܥܩܘܒ ܒܪ ܚܠܦܝ. ܘܫܡܥܘܢ ܩܢܢܝܐ. ܘܝܗܘܕܐ ܒܪ ܝܥܩܘܒ. 14 ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ: ܐܟܚܕܐ ܡܟܬܪܝܢ ܗܘܘ ܒܨܠܘܬܐ ܒܢܦܫܐ ܚܕܐ. ܥܡ ܢܫܐ. ܘܥܡ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܫܘܥ ܘܥܡ ܐܚܘܗܝ.
15 ܘܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ: ܩܡ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܒܡܨܥܬ ܬܠܡܝܕܐ. ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܬܡܢ ܟܢܫܐ ܕܐܢܫܐ ܐܝܟ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ. ܘܐܡܪ: 16 ܓܒܪܐ ܐܚܝܢ: ܘܐܠܐ ܗܘܐ ܕܢܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܘ ܕܩܕܡ ܐܡܪ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܦܘܡܗ ܕܕܘܝܕ: ܥܠ ܝܗܘܕܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܕܒܪܢܐ ܠܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܚܕܘܗܝ ܠܝܫܘܥ. 17 ܕܡܬܡܢܐ ܗܘܐ ܥܡܢ. ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ

illa quæ Pater posuit in potestate sua ipsius.

8 Sed quum venerit super vos Spiritus sanctus, accipietis virtutem, & eritis mihi testes Hierosolymis, & in universa Judæa, & etiam inter Samaritanos, & usque ad fines terræ.

9 Et quum hæc dixisset, dum aspicerent eum, assumptus est, & nubes excepit eum, & occultatus est ab oculis eorum.

10 Quumque intuerentur in cœlum, dum ipse abiret, inventi sunt duo viri stantes juxta eos in vestibus albis:

11 Et dicentes eis; Viri Galilæi, quid statis, & intuemini in cœlum? Hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, ita veniet, quemadmodum vidistis eum, quum ascenderet in cœlum.

12 Et postea reversi sunt Hierosolymam à monte qui vocatur *mons* loci Olivarum, qui est juxta Hierosolymam, & distat ab ea circiter septem stadiis.

13 Et postquam ingressi essent, ascenderunt in cænaculum illud, in quo erant Petrus, & Johannes, & Jacobus, & Andreas, & Philippus, & Thomas, & Matthæus, & Bartholomæus, & Jacobus filius Alphæi, & Simon Zelotes, & Judas filius Jacobi.

14 Hi omnes pariter perseverabant in oratione unanimiter, cum mulieribus, & cum Maria matre Jesu, & cum fratribus ipsius.

15 Et illis diebus surrexit Simon Cephas in medio discipulorum, (erat autem ibi turba hominum quasi centum & viginti) ac dixit:

16 Viri fratres, Justum erat, ut impleretur Scriptura ea quam prædixit Spiritus sanctus per os Davidis de Juda illo qui fuit dux illis qui apprehenderunt Jesum.

17 Quia connumerabatur nobiscum, & erat

ܠܗ ei

ei sors in ministerio hoc.

18 Hic est qui acquisivit sibi agrum ex mercede peccati: & cecidit in faciem suam super terram, & disruptus est à medietate sui: & effusa sunt universa viscera ejus.

19 Et hoc ipsum notum factum est omnibus iis qui habitant Hierosolymis: & ita vocatus est ager ille lingua regionis, Hakeldama; cujus interpretatio est, Ager sanguinis.

20 Scriptum enim est in libro Psalmorum; Habitaculum ejus sit desertum, & incola non sit in eo; Et, Ministerium ejus accipiat alter.

21 Oportet igitur unum ex his viris, qui fuerunt nobiscum hoc tempore toto, quo ingressus est, & egressus est apud nos Dominus noster Jesus,

22 Qui incepit à Baptismo Johannis usque ad diem quo assumptus est à nobis, ipsum fieri nobiscum testem resurrectionis ejus.

23 Et statuerunt duos, Josephum qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam.

24 Et quum orassent, dixerunt; Tu Domine, nosti quod est in cordibus omnium, ostende unum quem eligis ex his duobus,

25 Ut ipse accipiat sortem ministerii, & apostolatum, à quo separavit se Judas, ut abiret in locum suum.

26 Et jecerunt sortes, & ascendit *sors* ad Matthiam: & connumeratus est cum undecim Apostolis.

CAPUT II.

1 ET quum implerentur dies Pentecostes, quum essent congregati omnes simul:

2 Factus est repentè è cœlo sonus tanquam venti vehementis, & impleta est eo tota domus illa in qua sedebant.

3 Et visæ sunt eis linguæ, quæ dispertitæ erant tanquam ignis, & sederunt supra unumquemque ex eis.

4 Et

ܠܗ ܦܣܐ ܒܡܫܡܫܘܬܐ ܗܕܐ. 18 ܗܢܐ ܗܘ ܕܩܢܐ ܠܗ ܩܘܪܝܐ ܡܢ ܐܓܪܐ ܕܥܘܠܐ. ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܦܘܗܝ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܐܬܦܠܓ ܡܢ ܡܨܥܬܗ. ܘܐܫܬܦܟ ܟܠܗܘܢ ܡܥܘܗܝ. 19 ܘܗܕܐ ܐܬܝܕܥܬ ܠܟܠܗܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܘܐܬܩܪܝܬ ܩܪܝܬܐ ܗܝ ܒܠܫܢܗܘܢ ܕܐܬܪܐ. ܚܩܠ ܕܡܐ. ܕܬܘܪܓܡܗ ܩܪܝܬܐ ܕܕܡܐ. 20 ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܒܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܐ: ܕܬܗܘܐ ܥܡܪܬܗ ܚܪܒܐ: ܘܥܡܘܪܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܗ. ܘܣܥܘܪܘܬܗ ܢܣܒ ܐܚܪܢܐ. 21 ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܕܝܢ ܠܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܓܒܪܐ: ܕܗܘܘ ܥܡܢ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܥܠ ܘܢܦܩ ܠܘܬܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ. 22 ܡܢ ܕܫܪܝ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܗ ܕܝܘܚܢܢ: ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܐܣܬܠܩ ܡܢ ܠܘܬܢ: ܕܢܗܘܐ ܥܡܢ ܣܗܕܐ ܕܩܝܡܬܗ. 23 ܘܐܩܝܡܘ ܬܪܝܢ. ܠܝܘܣܦ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪܫܒܐ. ܕܐܬܟܢܝ ܝܘܣܛܘܣ: ܘܠܡܬܝܐ. 24 ܘܟܕ ܨܠܝܘ ܐܡܪܘ. ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܠܒܘܬܐ ܕܟܠ: ܚܘܝ ܠܡܢ ܓܒܝܬ ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ. 25 ܕܢܣܒ ܦܣܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ: ܘܕܫܠܝܚܘܬܐ ܕܡܢܗ ܢܦܩ ܝܗܘܕܐ ܕܢܐܙܠ ܠܕܘܟܬܗ. 26 ܘܐܪܡܝܘ ܦܣܐ: ܘܣܠܩ ܦܣܐ ܥܠ ܡܬܝܐ. ܘܐܬܡܢܝ ܥܡ ܚܕܥܣܪ ܫܠܝܚܐ.

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 ܘܟܕ ܐܬܡܠܝܘ ܝܘܡܝܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ: ܟܕ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ. 2 ܗܘܐ ܡܢ ܫܠܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܩܠܐ ܐܝܟ ܪܘܚܐ ܚܣܝܢܬܐ. ܘܐܬܡܠܝ ܡܢܗ ܟܠܗ ܒܝܬܐ ܗܘ ܕܒܗ ܝܬܒܝܢ ܗܘܘ. 3 ܘܐܬܚܙܝܘ ܠܗܘܢ ܠܫܢܐ ܕܡܬܦܠܓܢ ܗܘܝ ܐܝܟ ܢܘܪܐ. ܘܝܬܒܝܢ ܥܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ. 4 ܘܐܬܡܠܝܘ

4 [Syriac text illegible] 5 [Syriac text illegible] 6 [Syriac text illegible] 7 [Syriac text illegible] 8 [Syriac text illegible] 9 [Syriac text illegible] 10 [Syriac text illegible] 11 [Syriac text illegible] 12 [Syriac text illegible] 13 [Syriac text illegible] 14 [Syriac text illegible] 15 [Syriac text illegible] 16 [Syriac text illegible]

4 Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & inceperunt loqui singulis linguis, prout Spiritus dederat eis eloqui.

5 Erant autem viri habitantes Hierosolymis, timentes Deum, Judæi ex omnibus populis qui sunt sub cœlo

6 Et quando factus est sonus ille, convenit totus populus, & conturbatus est, eo quòd audiret unusquisque ex illis, quod loquerentur linguis ipsorum.

7 Stupefacti erant omnes, & mirabantur, dicentes alius ad alium; Hi omnes qui loquuntur, nonne ecce Galilæi sunt?

8 Quomodo nos audimus unusquisque linguam suam, in qua nati sumus?

9 Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant inter flumina, Judæi, & Cappadoces, & qui sunt regionis Ponti & Asiæ,

10 Et qui sunt regionis Phrygiæ, & Pamphyliæ, & Ægypti, & regionum Libyæ, quæ sunt vicinæ Cyrenæ, & qui venerunt Roma:

11 Judæi, & Proselyti: & qui sunt ex Creta, & Arabes. Ecce, audimus, quod loquuntur linguis nostris mirabilia Dei.

12 Mirabantur autem omnes, & obstupescebant, dicentes alius ad alium; Cujus est hæc voluntas?

13 Alii autem deridebant eos, dicentes; Hi merum biberunt, & inebriati sunt.

14 Et postea surrexit Simon Cephas cum undecim Apostolis, & extulit vocem suam, ac dixit eis; Viri Judæi, & omnes qui habitatis Hierosolymis, hoc notum sit vobis, & auscultate sermones meos:

15 Non enim, sicut vos putatis, hi ebrii sunt: nam ecce, usque nunc tertia est hora.

16 Sed hoc est quod dictum est per Joelem Prophetam,

17 Erit in diebus postremis, dicit Deus; effundam Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

18 Et super servos meos & super ancillas meas effundam Spiritum meum in diebus illis, & prophetabunt.

19 Et dabo signa in cœlo, & virtutes super terram, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

20 Sol mutabitur in caliginem, & luna in sanguinem, priusquam veniat dies Domini magnus, & formidabilis.

21 Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, servabitur.

22 Viri Israelitæ, audite sermones hos: Jesum Nazarenum Virum qui à Deo conspectus est apud vos virtutibus & prodigiis, quæ Deus fecit inter vos per manum ejus, sicut vos nostis:

23 Hunc, *inquam*, qui segregatus erat ad hoc per præscientiam & voluntatem Dei, tradidistis in manus improborum, & crucifixistis, ac interfecistis.

24 Deus autem excitavit eum, & solvit dolores inferorum: quia impossibile erat, ut detineretur in inferis.

25 David enim dixit de eo; Prævidebam Dominum meum omni tempore: quoniam ad dexteram meam est, ut non commovear.

26 Propterea lætatum est cor meum, & exsultavit gloria mea, & etiam corpus meum commorabitur in spe.

27 Quoniam non relicturus es animam meam in inferis, nec traditurus es benignum tuum, ut videat corruptionem.

28 Manifestasti mihi viam vitæ: replebis me jucunditate cum vultu tuo.

29 Viri fratres, permissum *est* dicere apertè apud vos de Patriarcha Davide, quòd mortuus est, & etiam sepultus est, & sepulcrum ejus est apud nos usque ad hunc diem.

30 Propheta enim erat, & sciebat, quòd juramentum jurasset sibi

17 ܢܗܘܐ ܒܝܘܡܬܐ ܐܚܪܝܐ ܐܡܪ ܐܠܗܐ : ܐܫܘܕ ܪܘܚܝ ܥܠ ܟܠ ܒܣܪ . ܘܢܬܢܒܘܢ ܒܢܝܟܘܢ ܘܒܢܬܟܘܢ . ܘܥܠܝܡܝܟܘܢ ܚܙܘܢܐ ܢܚܙܘܢ . ܘܩܫܝܫܝܟܘܢ ܚܠܡܐ ܢܚܠܡܘܢ . 18 ܘܥܠ ܥܒܕܝ ܘܥܠ ܐܡܗܬܝ ܐܫܘܕ ܪܘܚܝ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ . ܘܢܬܢܒܘܢ . 19 ܘܐܬܠ ܐܬܘܬܐ ܒܫܡܝܐ ܘܬܕܡܪܬܐ ܒܐܪܥܐ . ܕܡܐ ܘܢܘܪܐ ܘܥܠܛܐ ܕܬܢܢܐ : 20 ܫܡܫܐ ܢܬܗܦܟ ܠܚܫܘܟܐ ܘܣܗܪܐ ܠܕܡܐ . ܥܕܡܐ ܕܠܐ ܢܐܬܐ ܝܘܡܐ ܪܒܐ ܘܕܚܝܠܐ ܕܡܪܝܐ . 21 ܘܢܗܘܐ ܟܠ ܕܢܩܪܐ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܢܚܐ . 22 ܓܒܪܐ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܫܡܥܘ ܡܠܐ ܗܠܝܢ . ܠܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܓܒܪܐ ܕܐܬܚܙܝ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܘܬܟܘܢ . ܒܚܝܠܐ ܘܒܐܬܘܬܐ ܘܒܬܕܡܪܬܐ ܕܥܒܕ ܒܐܝܕܗ ܐܠܗܐ ܒܝܢܬܟܘܢ . ܐܝܟ ܕܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ . 23 ܠܗܢܐ ܕܦܪܝܫ ܗܘܐ ܠܗܕܐ : ܒܡܕܥܗ ܘܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ : ܐܫܠܡܬܘܢܝܗܝ ܒܐܝܕܝ ܥܘܠܐ . ܘܙܩܦܬܘܢ ܘܩܛܠܬܘܢ . 24 ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܐܩܝܡܗ . ܘܫܪܐ ܚܒܠܝܗ ܕܫܝܘܠ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ ܕܢܬܐܚܕ ܒܫܝܘܠ . 25 ܕܘܝܕ ܓܝܪ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ . ܕܡܩܕܡ ܗܘܝܬ ܚܙܐ ܠܡܪܝ ܒܟܠܙܒܢ . ܕܥܠ ܝܡܝܢܝ ܗܘ ܕܠܐ ܐܙܘܥ . 26 ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܕܝ ܠܒܝ ܘܪܘܙܬ ܬܫܒܘܚܬܝ . ܐܦ ܦܓܪܝ ܢܫܪܐ ܥܠ ܣܒܪܐ . 27 ܕܠܐ ܬܫܒܘܩ ܠܢܦܫܝ ܒܫܝܘܠ . ܘܠܐ ܬܬܠ ܠܚܣܝܕܟ ܠܡܚܙܐ ܚܒܠܐ . 28 ܓܠܝܬ ܠܝ ܐܘܪܚܐ ܕܚܝܐ . ܡܡܠܐ ܐܢܬ ܠܝ ܒܣܝܡܘܬܐ ܥܡ ܦܪܨܘܦܟ . 29 ܓܒܪܐ ܐܚܝܢ : ܫܠܝܛ ܠܡܐܡܪ ܓܠܝܐܝܬ ܠܘܬܟܘܢ : ܥܠ ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ ܕܘܝܕ . ܕܡܝܬ ܘܐܦ ܐܬܩܒܪ . ܘܒܝܬ ܩܒܘܪܗ ܠܘܬܢ ܗܘ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ . 30 ܢܒܝܐ ܓܝܪ ܗܘܐ . ܘܝܕܥ ܗܘܐ ܕܡܘܡܬܐ ܝܡܐ ܠܗ

ſibi Deus; De fructibus ventris tui collocabo ſuper thronum tuum.

31 Et prævidit, & loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quòd non ſit derelictus in inferis, etiam corpus ejus non viderit corruptionem.

32 Hunc Jeſum ſuſcitavit Deus, & nos omnes teſtes ejus ſumus.

33 Et ipſe eſt qui per dexteram Dei exaltatus eſt, & accepit à Patre promiſſionem de Spiritu ſancto, & effudit donum hoc quod ecce vos videtis & auditis.

34 Nequaquam enim David aſcendit in cœlum: nam ipſe dixit; Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextera mea,

35 Donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis.

36 Verè igitur ſciat tota domus Iſrael, quòd Dominum & Chriſtum fecerit eum Deus, hunc Jeſum quem vos crucifixiſtis.

37 Et quum audiviſſent hæc, compuncti ſunt in corde ſuo: & dixerunt Simoni, & reliquis Apoſtolis; Quid faciemus fratres?

38 Dixit eis Simon; Reſipiſcite, & baptizemini unuſquiſque veſtrum in nomine Domini Jeſu in remiſſionem peccatorum, ut accipiatis donum Spiritus ſancti.

39 Vobis enim facta eſt promiſſio, & filiis veſtris, ac omnibus iis qui longè ſunt, quos ipſe Deus vocabit.

40 Et ſermonibus aliis pluribus teſtabatur eis, & petebat ab eis, dicens; Servemini à generatione hac prava.

41 Et quidam ex iis promptè exceperunt ſermonem ejus, ac crediderunt, baptizatique ſunt: & addita ſunt illo die circiter tria millia animarum.

42 Et perſeverabant in doctrina Apoſtolorum, & aſſociabant ſe in precatione, & in fractione euchariſtiæ.

43 Et fiebat timor in omni anima; & ſigna multa, & prodigia fiebant

per

per Apostolos Hierosolymis.

44 Et omnes qui crediderant simul erant: & quicquid erat eis, communitatis erat.

45 Et illi quibus erat possessio vendebant eam, & dividebant unicuique, prout necessarium erat.

46 Et quotidie perseverabant in templo unanimiter: & domi frangebant panem, & capiebant cibum exsultantes, & in puritate cordis sui:

47 Laudabant Deum, assecuti gratiam coram universo populo. Et Dominus noster addebat quotidie eos qui salvi fiebant in coetu.

CAPUT III.

1 ET factum est, ut quum ascenderent Simon Cephas & Johannes simul in templum tempore precationis nonae horae,

2 Et ecce, virum quendam claudum ex utero matris suae ferebant homines illi qui soliti erant afferre, & ponere eum in porta templi quae vocatur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab iis qui ingrediebantur templum.

3 Hic quum vidisset Simonem & Johannem ingredientes in templum, petebat ab eis, ut darent sibi eleemosynam.

4 Et intuiti sunt eum Simon & Johannes, ac dixerunt ei; Intuere nos.

5 Ipse autem intuitus est eos, sperans ab eis accipere aliquid.

6 Dixit ei Simon; Aurum & argentum non est mihi; sed id quod est mihi, do tibi: In nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.

7 Et apprehendit eum manu sua dextera, & erexit eum: & protinus confirmati sunt pedes ejus, & calcanei ejus.

8 Et

8 Et exsiliens surrexit, & ambulavit, ac ingressus est cum eis in templum ambulans, & exsiliens, & laudans Deum.

9 Et vidit eum totus populus ambulantem, & laudantem Deum.

10 Et agnoverunt, quòd is esset ille mendicus, qui sedebat quotidie, & petebat eleemosynam ad portam quæ vocatur Speciosa: & repleti sunt admiratione & stupore super eo quod factum fuerat.

11 Et quum teneret Simonem & Johannem, accurrit totus populus mirabundus ad eos ad porticum quæ vocatur Salomonis.

12 Quumque videret Simon, respondit, & dixit eis; Viri Israelitæ, quid miramini hunc? Aut nos quid intuemini, quasi virtute nostra aut potestate nostra fecerimus hoc, ut ambularet hic?

13 Deus ipse Abrahami, & Isaaci, & Jacobi, Deus patrum nostrorum, glorificavit Filium suum Jesum, quem vos prodidistis, & abnegastis ante faciem Pilati, quum ille justificasset, ut solveret eum.

14 Vos autem sanctum & justum abnegastis, & petiistis hominem homicidam, ut daretur vobis.

15 Illum autem Principem vitæ interfecistis, quem excitavit Deus à mortuis: & nos omnes testes ejus sumus.

16 Et per fidem nominis sui, hunc quem videtis, & novistis, ipse confirmavit, & sanavit: & fides quæ est in eum dedit illi hanc sanitatem coram omnibus vobis.

17 Sed nunc, fratres mei, novi, quòd per errores fecistis hoc, sicut fecerunt Principes vestri.

18 Et Deus secundùm id quod prænunciavit per os omnium Prophetarum, quod passurus esset Christus ejus, implevit ita.

19 Resipiscite igitur, & convertimini, ut deleantur peccata vestra:

20 Et eveniant vobis tempora tranquillitatis

à conſpectu faciei Domini, ac mittat vobis illum qui præparatus erat vobis, Jeſum Chriſtum.

21 Quem oportet cœlos excipere uſque ad complementum temporum, omnium eorum quæ loquutus eſt Deus per os Prophetarum ſanctorum ſuorum qui à ſeculo *fuerunt*.

22 Moſes enim dixit; Prophetam excitabit vobis Dominus ex fratribus veſtris ſicut me: eum audite in omnibus iis quæ loquetur vobiscum.

23 Et erit, omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, peribit anima illa de populo ſuo.

24 Et Prophetæ omnes, qui à tempore Samuelis, & ii qui poſt eum fuerunt, loquuti ſunt, & prædicaverunt de diebus illis.

25 Vos eſtis Filii Prophetarum, & fœdus quod iniit Deus cum Patribus noſtris, quum diceret Abrahamo; In ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes generationes terræ,

26 Vobis prius ſtatuit & miſit Deus Filium ſuum benedicentem vobis, ſi convertamini, & reſipiſcatis à pravitatibus veſtris.

CAPUT IV.

1 ET quum hos ſermones loquerentur ad populum, ſurrexerunt contra eos Sacerdotes, & Sadducæi, & Præfecti templi.

2 Excandeſcebant in eos, quòd docerent populum, & prædicarent in Christo de reſurrectione à mortuis.

3 Et injecerunt in eos manus, & ſervârunt eos in diem poſterum, quia appropinquaverat veſpera.

4 Et multi qui audiverant ſermonem, crediderant: & erant numero circiter quinque millia virorum.

5 Et die poſtero congregati ſunt Principes, & Seniores, & Legiſperiti.

6 Et etiam Annas Princeps Sacerdotum, & Cajaphas, & Johannes, & Alexander, & ii

ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܪܒܝ ܟܗܢܐ.
7 ܘܟܕ ܐܩܝܡܘ ܐܢܘܢ ܒܡܨܥܬܐ : ܡܫܐܠܝܢ
ܗܘܘ ܠܗܘܢ : ܕܒܐܝܢܐ ܚܝܠܐ ܐܘ ܒܐܝܢܐ ܫܡܐ
ܥܒܕܬܘܢ ܗܕܐ. 8 ܗܝܕܝܢ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ : ܐܬܡܠܝ
ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܪܟܘܢܘܗܝ ܕܥܡܐ
ܘܩܫܝܫܐ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܫܡܥܘ. 9 ܐܢ ܚܢܢ
ܝܘܡܢܐ ܡܬܕܝܢܝܢܢ ܡܢܟܘܢ : ܥܠ ܛܒܬܐ ܕܗܘܬ
ܠܒܪܢܫܐ ܟܪܝܗܐ : ܒܡܢܐ ܗܢܐ ܐܬܐܣܝ :
10 ܗܕܐ ܬܗܘܐ ܝܕܝܥܐ ܠܟܘܢ ܘܠܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ.
ܕܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܨܪܝܐ ܗܘ ܕܐܢܬܘܢ
ܙܩܦܬܘܢܝܗܝ : ܗܘ ܕܐܩܝܡܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܝܬ
ܡܝܬܐ. ܒܗ ܗܘ ܗܢܐ ܗܐ ܩܐܡ ܩܕܡܝܟܘܢ ܟܕ
ܚܠܝܡ. 11 ܗܢܘ ܟܐܦܐ ܕܐܣܠܝܬܘܢܝܗܝ ܐܢܬܘܢ
ܒܢܝܐ. ܘܗܘ ܗܘܐ ܠܪܝܫ ܩܪܢܐ. 12 ܘܠܝܬ
ܒܐܢܫ ܐܚܪܢܐ ܦܘܪܩܢܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܫܡܐ ܐܚܪܢܐ
ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܒܢܝܢܫܐ : ܕܒܗ ܘܠܐ
ܠܡܚܐ. 13 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܡܠܬܗ ܕܫܡܥܘܢ ܘܕܝܘܚܢܢ
ܕܒܓܠܐ ܐܡܠܠܘ ܗܘܘ : ܐܣܬܟܠܘ ܕܠܐ
ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܣܦܪܐ ܘܗܕܝܘܛܐ ܐܢܘܢ. ܘܬܗܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ.
ܘܐܫܬܘܕܥܘ ܐܢܘܢ ܕܥܡ ܝܫܘܥ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܘ.
14 ܘܚܙܝܢ ܗܘܘ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܚܓܝܣܐ
ܗܘ ܕܐܬܐܣܝ : ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܡܕܡ ܠܡܐܡܪ
ܠܘܩܒܠܗܘܢ. 15 ܗܝܕܝܢ ܦܩܕܘ ܕܢܦܩܘܢ ܐܢܘܢ
ܡܢ ܟܢܘܫܬܗܘܢ. ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܠܚܕ :
16 ܡܢܐ ܢܥܒܕ ܠܗܘܢ ܠܓܒܪܐ ܗܠܝܢ. ܗܐ
ܓܝܪ ܐܬܐ ܓܠܝܬܐ ܕܗܘܬ ܒܐܝܕܝܗܘܢ : ܠܟܠܗܘܢ
ܥܡܘܪܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ ܐܬܝܕܥܬ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ
ܕܢܕܘܕ. 17 ܐܠܐ ܕܠܐ ܬܬܦܫܛ ܝܬܝܪ ܗܕܐ ܫܘܥܝܬܐ
ܒܥܡܐ : ܢܬܟܐܐ ܒܗܘܢ : ܕܬܘܒ ܠܐ ܢܡܠܠܘܢ
ܒܫܡܐ ܗܢܐ ܠܐܢܫ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ.

ܘܩܪܘ 18

& ii qui erant ex genere summorum Sacerdotum.

7 Et quum statuissent eos in medio, interrogabant eos; Qua virtute, aut quo nomine fecistis hoc?

8 Tunc Simon Cephas repletus est Spiritu sancto, & dixit eis; Principes populi, & Seniores domus Israel, audite.

9 Si nos hodie judicamur à vobis propter bonum quod factum est homini infirmo, per quid hic sanatus sit.

10 Hoc notum sit vobis, & toti populo Israelis, quòd in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem suscitavit Deus à mortuis, per ipsum illum ecce stat hic coram vobis sanus.

11 Hic est lapis quem reprobastis vos Ædificatores, & ipse factus est in caput anguli.

12 Nec est in homine alio salus: non enim est nomen aliud sub cœlo quod datum sit hominibus, per quod oporteat servari.

13 Et quum audivissent sermonem Simonis & Johannis, quem apertè dixerant, consideraverunt, quòd literarum imperiti, & idiotæ essent, & mirabantur eos: ac agnoscebant eos, quòd cum Jesu versati fuerant.

14 Et videbant, quòd staret cum eis claudus ille qui sanatus fuerat: nec poterant quicquam dicere contra eos.

15 Tunc præceperunt, ut educerent eos è concilio suo: & dicebant alius ad alium:

16 Quid faciemus hominibus istis? ecce enim signum manifestum quod factum est per eos omnibus habitatoribus Hierosolymæ innotuit, neque possumus negare.

17 Sed ne amplius exeat fama hæc, minemur illis, ne rursus loquantur de nomine hoc ulli hominum:

18 Et

à conspectu faciei Domini, ac mittat vobis illum qui præparatus erat vobis, Jesum Christum.

21 Quem oportet cœlos excipere usque ad complementum temporum, omnium eorum quæ loquutus est Deus per os Prophetarum sanctorum suorum qui à seculo *fuerunt*.

22 Moses enim dixit; Prophetam excitabit vobis Dominus ex fratribus vestris sicut me: eum audite in omnibus iis quæ loquetur vobiscum.

23 Et erit, omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, peribit anima illa de populo suo.

24 Et Prophetæ omnes, qui à tempore Samuelis, & ii qui post eum fuerunt, loquuti sunt, & prædicaverunt de diebus illis.

25 Vos estis Filii Prophetarum, & fœdus quod iniit Deus cum Patribus nostris, quum diceret Abrahamo; In semine tuo benedictionem consequentur omnes generationes terræ,

26 Vobis prius statuit & misit Deus Filium suum benedicentem vobis, si convertamini, & resipiscatis à pravitatibus vestris.

CAPUT IV. ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 ET quum hos sermones loquerentur ad populum, surrexerunt contra eos Sacerdotes, & Sadducæi, & Præfecti templi.

2 Excandescebant in eos, quòd docerent populum, & prædicarent in Christo de resurrectione à mortuis.

3 Et injecerunt in eos manus, & servârunt eos in diem posterum, quia appropinquaverat vespera.

4 Et multi qui audiverant sermonem, crediderant: & erant numero circiter quinque millia virorum.

5 Et die postero congregati sunt Principes, & Seniores, & Legisperiti.

6 Et etiam Annas Princeps Sacerdotum, & Cajaphas, & Johannes, & Alexander, & ii

ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܪܒܝ ܟܗܢܐ. 7 ܘܟܕ ܐܩܝܡܘ ܐܢܘܢ ܒܡܨܥܬܐ: ܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ: ܕܒܐܝܢܐ ܚܝܠܐ ܐܘ ܒܐܝܢܐ ܫܡܐ ܥܒܕܬܘܢ ܗܕܐ. 8 ܗܝܕܝܢ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܐܬܡܠܝ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܪܟܘܢܛܐ ܕܥܡܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܫܡܥܘ. 9 ܐܢ ܚܢܢ ܝܘܡܢܐ ܡܬܕܝܢܝܢܢ ܡܢܟܘܢ: ܥܠ ܛܝܒܘܬܐ ܕܗܘܬ ܠܒܪܢܫܐ ܟܪܝܗܐ: ܒܡܢܐ ܗܢܐ ܐܬܐܣܝ: 10 ܗܕܐ ܬܗܘܐ ܝܕܝܥܐ ܠܟܘܢ ܘܠܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܕܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܨܪܝܐ ܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܙܩܦܬܘܢܝܗܝ: ܗܘ ܕܐܩܝܡܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܒܗ ܗܢܐ ܗܐ ܩܐܡ ܩܕܡܝܟܘܢ ܟܕ ܚܠܝܡ. 11 ܗܢܘ ܟܐܦܐ ܕܐܣܠܝܘܗܝ ܐܢܬܘܢ ܒܢܝܐ. ܘܗܘܐ ܠܪܝܫ ܙܘܝܬܐ. 12 ܘܠܝܬ ܒܐܢܫ ܐܚܪܢܐ ܦܘܪܩܢܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܫܡܐ ܐܚܪܢܐ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܒܢܝܢܫܐ: ܕܒܗ ܙܕܩ ܠܡܚܐ. 13 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܡܠܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ ܘܕܝܘܚܢܢ ܕܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܒܓܠܐ: ܐܣܬܟܠܘ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܣܦܪܐ ܘܗܕܝܘܛܐ ܐܢܘܢ. ܘܬܡܗܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ. ܘܐܫܬܘܕܥܘ ܐܢܘܢ ܕܥܡ ܝܫܘܥ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܘ. 14 ܘܚܙܝܢ ܗܘܘ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܚܓܝܪܐ ܗܘ ܕܐܬܐܣܝ: ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܠܡܐܡܪ ܠܘܩܒܠܗܘܢ. 15 ܗܝܕܝܢ ܦܩܕܘ ܕܢܦܩܘܢ ܐܢܘܢ ܡܢ ܟܢܘܫܬܗܘܢ. ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܠܚܕ: 16 ܡܢܐ ܢܥܒܕ ܠܗܘܢ ܠܓܒܪܐ ܗܠܝܢ. ܗܐ ܓܝܪ ܐܬܐ ܓܠܝܬܐ ܕܗܘܬ ܒܐܝܕܝܗܘܢ: ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪܝ ܐܘܪܫܠܡ ܐܬܝܕܥܬ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܡܟܦܪ. 17 ܐܠܐ ܕܠܐ ܢܬܝܬܪ ܢܦܩ ܛܒܐ ܗܢܐ ܒܥܡܐ: ܢܐܝܡ ܠܗܘܢ: ܕܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܒܫܡܐ ܗܢܐ ܠܐܢܫ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ.

18 ܘܩܪܘ

& ii qui erant ex genere Summorum Sacerdotum.

7 Et quum statuissent eos in medio, interrogabant eos; Qua virtute, aut quo nomine fecistis hoc?

8 Tunc Simon Cephas repletus est Spiritu sancto, & dixit eis; Principes populi, & Seniores domus Israel, audite.

9 Si nos hodie judicamur à vobis propter bonum quod factum est homini infirmo, per quid hic sanatus sit.

10 Hoc notum sit vobis, & toti populo Israelis, quòd in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem suscitavit Deus à mortuis, per ipsum illum ecce stat hic coram vobis sanus.

11 Hic est lapis quem reprobastis vos Ædificatores, & ipse factus est in caput anguli.

12 Nec est in homine alio salus: non enim est nomen aliud sub cœlo quod datum sit hominibus, per quod oporteat servari.

13 Et quum audivissent sermonem Simonis & Johannis, quem apertè dixerant, consideraverunt, quòd literarum imperiti, & idiotæ essent, & mirabantur eos: ac agnoscebant eos, quòd cum Jesu versati fuerant.

14 Et videbant, quòd staret cum eis claudus ille qui sanatus fuerat: nec poterant quicquam dicere contra eos.

15 Tunc præceperunt, ut educerent eos è concilio suo: & dicebant alius ad alium:

16 Quid faciemus hominibus istis? ecce enim signum manifestum quod factum est per eos omnibus habitatoribus Hierosolymæ innotuit, neque possumus negare.

17 Sed ne amplius exeat fama hæc, minemur illis, ne rursus loquantur de nomine hoc ulli hominum:

18 Et

18 Et vocaverunt eos, & preceperunt eis, ut omnino non loquerentur, neque docerent in nomine Jesu.

19 Responderunt Simon Cephas & Johannes, ac dixerunt eis; An justum est coram Deo, ut vos audiamus potiùs quàm Deum, judicate:

20 Non enim possumus, ut id quod vidimus & audivimus ipsum non loquamur.

21 Et minati sunt eis, & dimiserunt eos; non enim invenerunt causam puniendi illos propter populum: quisque enim glorificabat Deum propter id quod factum fuerat:

22 Natus enim ampliùs quàm quadraginta annos erat homo ille in quo factum fuerat signum hoc sanationis.

23 Et quum dimissi essent, venerunt ad fratres suos, & narraverunt eis quicquid dixerant Sacerdotes & Seniores.

24 Et ipsi quum audivissent, simul sustulerunt vocem suam ad Deum, & dixerunt; Domine, tu es Deus qui fecisti cœlum & terram, & maria & quicquid est in eis.

25 Et tu es qui loquutus es per Spiritum sanctum per os Davidis servi tui; Quare tumultuati sunt populi, & gentes meditatæ sunt inane?

26 Adstiterunt Reges terræ & Principes, ac consilium inierunt simul adversus Dominum & adversus Christum ejus.

27 Congregati enim verè sunt in urbe hac adversus sanctum Filium tuum Jesum quem unxeras, Herodes & Pilatus cum gentibus & cœtu Israelis,

28 Ad faciendum quicquid manus tua & voluntas tua præfinivit, ut fieret.

29 Et etiam nunc Domine, intuere, & vide minas eorum, & da servis tuis, ut palam prædicent sermonem tuum.

30 Manum tuam extendens ad sanationes & ad prodigia, ut fiant in nomine Filii tui sancti Jesu.

31 Et quum orassent, & obsecrassent, commotus est locus in quo congregati erant: & repleti sunt omnes

Spiritu

[Syriac text illegible] 32 … 33 … 34 … 35 … 36 … 37 …

[Syriac text illegible] 1 … 2 … 3 … 4 …

Spiritu sancto, & loquebantur palam sermonem Dei.

32 Erat autem congregationi hominum eorum qui crediderant una anima & una mens: & nemo ex eis dicebat de opibus quas possidebat, quòd suæ essent; sed quicquid erat eis, communitatis erat.

33 Et virtute magna testabantur Apostoli de resurrectione Jesu Christi: & gratia magna erat cum omnibus ipsis.

34 Et nemo erat inter eos qui egenus esset: illi enim qui possidebant agros & domos, vendebant, & afferebant pretium ejus quod vendebatur:

35 Ac ponebant ad pedes Apostolorum: & dabatur unicuique secundùm id quod opus habebat.

36 Joseph autem ille qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, (quod exponitur Filius consolationis) Levita ex regione Cypri,

37 Erat ei ager, & vendidit eum, & attulit pretium ejus, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAPUT V.

1 ET vir quidam, cujus nomen erat Ananias, cum uxore sua cujus nomen erat Saphira, vendiderat agrum suum.

2 Et abstulit de pretio ejus, & abscondit, consentiente uxore sua, & attulit ex illo argento, & posuit ante pedes Apostolorum.

3 Et dixit ei Simon; Anania, quid est, quod sic implevit Satanas cor tuum, ut mentireris in Spiritum Sanctum, & absconderes de argento pretii agri?

4 Nonne erat tuus antequam venderetur? & quum venditus est, rursus in potestatem habebas super pretium ejus: quare posuisti in corde tuo, ut faceres hanc voluntatem

hinc? Non es mentitus in homines, sed in Deum.

5 Et quum audiret Ananias hos sermones, cecidit, & mortuus est. Et factus est timor magnus in omnibus qui audiverunt.

6 Et surrexerunt illi qui juvenes erant inter eos, & collegerunt eum, & eductum sepelierunt eum.

7 Et postea quam essent tres horæ etiam uxor ejus ingressa est nesciens quid factum esset.

8 Dixit ei Simon; Dic mihi, num hoc pretio vendidistis agrum? Ipsa autem dixit; Etiam, hoc pretio.

9 Dixit ei Simon; Quoniam æquales fuistis in tentando Spiritum Domini, ecce pedes sepelientium maritum tuum ad ostium, & ipsi efferent te.

10 Et statim cecidit ante pedes eorum, & mortua est: & ingressi sunt juvenes illi, ac invenerunt eam mortuam: & impositam in capulum deferentes sepelierunt eam juxta maritum suum.

11 Et factus timor magnus in toto cœtu, & in omnibus illis qui audierunt.

12 Et fiebant per manum Apostolorum signa & prodigia multa in populo: omnesque congregabantur simul in porticu Salomonis.

13 Et ex aliis nemo audebat appropinquare ad eos, sed magnificabat eos populus.

14 Et magis adjiciebantur illi qui credebant Domino, turba virorum ac mulierum.

15 Ita ut in plateas efferrent infirmos projectos in lectos; ut quum veniret Simon, saltem umbra ejus obumbraret illos.

16 Veniebant autem multi ad eos ex civitatibus aliis quæ sunt circa Hierosolymam afferentes infirmos & eos quibus erant spiritus impuri, & sanabantur omnes.

17 Et

ܗܘܐ. ܠܐ ܠܒܢܝܢܫܐ ܟܕܒܬ. ܐܠܐ ܠܐܠܗܐ.

5 ܘܟܕ ܫܡܥ ܚܢܢܝܐ ܡܠܐ ܗܠܝܢ ܢܦܠ ܘܡܝܬ: ܘܗܘܬ ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܘ.

6 ܘܩܡܘ ܐܝܠܝܢ ܕܛܠܝܐ ܒܗܘܢ ܘܟܢܫܘܗܝ ܘܐܦܩܘܗܝ ܩܒܪܘܗܝ.

7 ܘܟܕ ܗܘܝ ܬܠܬ ܫܥܝܢ ܥܠܬ ܐܦ ܐܢܬܬܗ ܟܕ ܠܐ ܝܕܥܐ ܡܕܡ ܕܗܘܐ.

8 ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ. ܐܡܪܝ ܠܝ ܐܢ ܒܗܠܝܢ ܕܡܝ̈ܐ ܙܒܢܬܘܢ ܩܪܝܬܐ. ܗܝ ܕܝܢ ܐܡܪܐ. ܐܝܢ ܒܗܠܝܢ ܕܡܝ̈ܐ.

9 ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܫܬܘܝܬܘܢ ܠܡܢܣܝܘ ܠܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ. ܗܐ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܩܒܘܪܘܗܝ ܕܒܥܠܟܝ ܥܠ ܬܪܥܐ ܘܢܦܩܘܢܟܝ.

10 ܘܡܚܕܐ ܢܦܠܬ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܘܡܝܬܬ: ܘܥܠܘ ܥܠܝܡ̈ܐ ܗܢܘܢ ܘܐܫܟܚܘܗ ܕܡܝܬܐ. ܘܫܩܠܘ ܐܦܩܘܗ ܘܩܒܪܘܗ ܠܘܬ ܒܥܠܗ.

11 ܘܗܘܬ ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܒܟܠܗ ܥܕܬܐ. ܘܒܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܘ.

12 ܘܗܘܝ ܗܘܘ ܒܐܝ̈ܕܝ ܫܠܝ̈ܚܐ: ܐܬܘ̈ܬܐ ܘܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ ܒܥܡܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܐܟܚܕܐ ܒܐܣܛܘܐ ܕܫܠܝܡܘܢ.

13 ܘܡܢ ܐܢܫܐ ܐܚܪ̈ܢܐ: ܐܢܫ ܠܐ ܡܡܪܚ ܗܘܐ ܕܢܬܩܪܒ ܠܘܬܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܥܡܐ.

14 ܘܝܬܝܪ ܡܬܬܘܣܦܝܢ ܗܘܘ ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ܒܡܪܝܐ: ܟܢܫܐ ܕܓܒܪ̈ܐ ܘܕܢܫ̈ܐ.

15 ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܘ̈ܩܐ ܡܦܩܝܢ ܗܘܘ ܟܪ̈ܝܗܐ ܟܕ ܪܡܝܢ ܥܠ ܥܪ̈ܣܬܐ. ܕܡܐ ܕܐܬܐ ܫܡܥܘܢ ܐܦܢ ܛܠܢܝܬܗ ܬܓܢ ܥܠܝܗܘܢ.

16 ܐܬܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܠܘܬܗܘܢ ܣܓܝ̈ܐܐ: ܡܢ ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܕܚܕܪܝܗ̇ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܟܕ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܟܪ̈ܝܗܐ ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܪ̈ܘܚܐ ܛܢ̈ܦܬܐ: ܘܡܬܐܣܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ.

17 ܘܐܬܡܠܝ

17 Et repletus erat invidia Princeps Sacerdotum, & omnes qui erant cum eo, qui erant ex doctrina Sadducæorum.

18 Et injecerunt manus in Apostolos, & apprehensos vinxerunt in carcere.

19 Tunc nocte Angelus Domini aperuit januam carceris, & eduxit eos, ac dixit eis;

20 Abite, state in templo, & loquimini populo omnes sermones hos vitæ.

21 Et egressi sunt tempore auroræ, ingressique sunt templum, ac docebant. Princeps autem Sacerdotum, & qui cum eo erant, convocaverunt Collegas suos & Seniores Israel, & miserunt ad carcerem, ut adducerent Apostolos.

22 Et quum abivissent ii qui missi fuerant ab eis, non invenerunt illos in carcere, & reversi venerunt;

23 Ac dixerunt; Invenimus carcerem clausum cautè, & etiam custodes stantes ad januas, & aperuimus, & neminem invenimus ibi.

24 Et quum audirent hos sermones summi sacerdotes, & Præfecti templi, obstupescebant super illis, & cogitabant quidnam esset hoc.

25 Et veniens quidam notum fecit eis; Illi viri quos vinxeratis in carcere, ecce stant in templo, & docent populum.

26 Tunc profecti sunt Præfecti cum ministris, ut adducerent eos, non coactè: timebant enim, ne lapidaret ipsos populus.

27 Et quum adduxissent eos, statuerunt eos coram toto Synedrio: & incipiebat Princeps Sacerdotum dicere eis:

28 Nonne præcipiendo præcepimus vobis, ut neminem doceretis in nomine hoc? Vos autem, ecce, replevistis Hierosolymam doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis hujus.

29 Respondit Simon cum Apostolis, & dixit eis: Deo oportet obedire potiùs quàm hominibus.

30 Deus

30 Deus Patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interfecistis, quum suspendistis eum in ligno.

31 Hunc ipsum statuit Deus Principem, & Servatorem: & exaltavit eum dexterâ suâ, ut daret conversionem & remissionem peccatorum Israeli.

32 Et nos testes sumus sermonum horum, ac Spiritus sanctus quem dedit Deus iis qui credunt in ipsum.

33 Et quum audivissent hos sermones, corripiebantur ira, & cogitabant interficere eos.

34 Et surrexit quidam ex Pharisæis, cujus nomen erat Gamaliel, Doctor Legis, & honoratus ab universo populo; & jussit, ut educerent Apostolos foras tempore exiguo.

35 Ac dixit illis: Viri filii Israel, attendite vobis ipsis, & videte, quid oporteat vos facere de istis viris.

36 Nam ante hoc tempus surrexerat Theudas, & dixit de seipso, quòd aliquid esset magni, & secuti sunt eum circiter quadringenti Viri: & ipse interfectus est, & illi qui sequebantur eum dispersi sunt, & facti sunt tanquam nihil.

37 Et surrexit post eum Judas Galilæus, diebus quibus describebantur homines argento capitali, & avertit populum multum post se: & ipse mortuus est, & omnes qui sequebantur eum, dispersi sunt.

38 Et nunc dico vobis; Absistite ab istis hominibus, & sinite eos: quia si ipsum sit, quòd ab hominibus sit hæc cogitatio & hoc opus, dissolventur, & cessabunt:

39 Sin autem ex Deo est, non est facultas in manibus vestris irritum reddendi illud; ne reperiamini adversus Deum insurgere. Et paruerunt ei:

40 Et

30 ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܝܢ· ܐܩܝܡ ܠܝܫܘܥ: ܐܝܢܐ ܕܐܢܬܘܢ ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ ܟܕ ܬܠܝܬܘܢܝܗܝ ܥܠ ܩܝܣܐ.

31 ܠܗ ܠܗܢܐ ܐܩܝܡ ܐܠܗܐ ܪܫܐ ܘܡܚܝܢܐ. ܘܐܥܠܝܗ ܒܝܡܝܢܗ: ܐܝܟ ܕܢܬܠ ܬܝܒܘܬܐ ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܠܐܝܣܪܝܠ.

32 ܘܚܢܢ ܣܗܕܐ ܚܢܢ ܕܗܠܝܢ ܡܠܐ: ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ.

33 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥܘ ܗܠܝܢ ܡܠܐ. ܡܬܚܡܬܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܪܥܝܢ ܗܘܘ ܕܢܩܛܠܘܢ ܐܢܘܢ.

34 ܘܩܡ ܗܘܐ ܚܕ ܡܢ ܦܪܝܫܐ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܓܡܠܐܝܠ ܡܠܦܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܘܡܝܩܪ ܡܢ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܘܦܩܕ ܕܢܦܩܘܢ ܐܢܘܢ ܠܫܠܝܚܐ ܠܒܪ ܩܠܝܠ.

35 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܓܒܪܐ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ· ܐܙܕܗܪܘ ܒܢܦܫܟܘܢ. ܘܚܙܘ ܡܢܐ ܘܠܐ ܠܟܘܢ ܠܡܥܒܕ ܥܠ ܗܠܝܢ ܓܒܪܐ.

36 ܩܕܡ ܓܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܩܡ ܗܘܐ ܬܐܘܕܐ: ܘܐܡܪ ܥܠ ܢܦܫܗ ܕܗܘ ܪܒ ܗܘ. ܘܐܬܢܩܦܘ ܠܗ ܐܝܟ ܐܪܒܥܡܐܐ ܓܒܪܝܢ. ܘܗܘ ܐܬܩܛܠ ܘܐܝܠܝܢ ܕܢܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܬܒܕܪܘ. ܘܗܘܘ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ.

37 ܘܒܬܪܗ ܩܡ ܗܘܐ ܝܗܘܕܐ ܓܠܝܠܝܐ: ܒܝܘܡܬܐ ܕܡܬܟܬܒܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝܢܫܐ ܒܟܣܦ ܪܫܐ. ܘܐܗܦܟ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܒܬܪܗ. ܘܗܘ ܡܝܬ. ܘܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܢܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܬܒܕܪܘ.

38 ܘܗܫܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܦܪܘܩܘ ܠܟܘܢ ܡܢ ܐܢܫܐ ܗܠܝܢ ܘܫܒܘܩܘ ܐܢܘܢ. ܐܢ ܗܘ ܓܝܪ ܕܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܗܝ ܡܚܫܒܬܐ ܗܕܐ ܘܥܒܕܐ ܗܢܐ: ܡܫܬܪܝܐ ܘܥܒܪܐ.

39 ܐܢ ܕܝܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ: ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܫܪܝܗ. ܕܠܡܐ ܬܫܬܟܚܘܢ ܕܠܘܩܒܠ ܐܠܗܐ ܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܐܬܛܦܝܣܘ ܠܗ.

40 ܘܩܪܘ

40 Et vocaverunt Apostolos, & verberaverunt eos; & præceperunt eis, ne loquerentur in nomine Jesu: ac dimiserunt eos.

41 Et egressi sunt è conspectu eorum gaudentes, quòd digni habiti essent propter Nomen ignominia affici.

42 Nec cessabant quotidiè docere in templo, & domi, & evangelizare de Domino nostro Jesu Christo.

CAPUT VI.

1 ET illis diebus, quum multiplicati essent discipuli, murmurarant Græci discipuli adversus Hebræos, quòd contemnerentur viduæ eorum in ministerio quotidiano.

2 Et vocaverunt duodecim Apostoli totam congregationem discipulorum, & dixerunt eis; Non est bonum, nos relinquere sermonem Dei, & ministrare mensis.

3 Exquirite igitur, fratres, & eligite septem viros ex vobis, de quibus sit testimonium, & plenos Spiritu Domini ac sapientia; & constituemus eos super hoc negotio:

4 Et nos perseverabimus in oratione, & ministerio sermonis.

5 Et placuit hic sermo coram toto populo: & elegerunt Stephanum, virum qui plenus erat fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochenum.

6 Hi steterunt coram Apostolis: & quum orassent, posuerunt super eos manum

7 Et sermo Dei crescebat, & augebatur numerus discipulorum Hierosolymæ valdè: & populus multus ex Judæis obediebat fidei.

8 Stephanus autem plenus erat gratia & virtute, & faciebat

signa

signa & miracula in populo.

9 Et surrexerant quidam è synagoga quæ vocatur Libertinorum, Cyrenæorum & Alexandrinorum, & *eorum* qui *erant* ex Cilicia, & ex Asia, & disputabant cum Stephano.

10 Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur per eum.

11 Tunc miserunt viros, & instruxerunt eos, ut dicerent; Nos audivimus eum, quod dixerit sermones blasphemiæ contra Mosen & contra Deum.

12 Et commoverunt populum & Seniores & Scribas: ac venerunt, & insurrexerunt in eum, & correptum adduxerunt eum in medium Synedrii.

13 Et statuerunt testes falsos, dicentes; Hic homo non cessat loqui sermones contra Legem & contra locum hunc sanctum:

14 Nos enim audivimus eum, quòd dixerit, quòd Jesus hic Nazaræus ipse destructurus sit locum hunc, & mutaturus ritus quos tradidit vobis Moses.

15 Et intuiti sunt eum omnes illi qui sedebant in congregatione, & viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.

CAPUT VII.

1 ET interrogavit eum summus Sacerdos; Nunquid hæc ita sunt?

2 Ipse verò dixit; Viri fratres & patres nostri, audite: Deus gloriæ visus est patri nostro Abrahamo, quum esset in Mesopotamia, priusquam veniens habitaret in Haran.

3 Et dixerat ei; Egredere ex terra tua & à filiis cognationis tuæ, & veni in terram illam quam ostendam tibi.

4 Et egressus est tunc Abrahamus è terra Chaldæorum, & veniens habitavit in Haran. Et inde, quum mortuus esset pater ejus, transtulit eum Deus in terram hanc, in qua habitatis hodie.

5 Et

9 10 11 12 13 14 15

1

1 2 3 4

5

[illegible]

5 Et non dedit ei hæreditatem in ea, ne veſtigium quidem pedis: & pollicitus erat, quòd daturus eſſet eam ipſi, ut hæreditariò poſſideret eam, & ſemini ejus, quum non eſſet ei filius.

6 Et loquutus fuerat cum eo Deus, quum diceret ei; Erit ſemen tuum inquilinum in terra aliena, & ſervituti ſubjicient illud, ac malè afficient ipſum quadringentis annis.

7 Et populum, cui ſervient ſervitutem, judicabo ipſum ego, dicit Deus: & poſt hæc exibunt, & ſervient mihi in loco hoc.

8 Et dedit ei fœdus circumciſionis: & tunc genuit Iſaacum, & circumcidit eum die octavo: & Iſaacus genuit Jacobum, & Jacobus genuit duodecim patres noſtros.

9 Et ipſi patres noſtri inviderunt Joſepho, & vendiderunt eum Ægyptiis: ſed Deus cum eo erat.

10 Et liberabat eum ab omnibus anguſtiis ejus, ac dedit ei gratiam & ſapientiam coram Pharaone Rege Ægypti: & conſtituit eum Principem ſuper Ægyptum, & ſuper totam domum ſuam.

11 Et extitit fames & anguſtia magna in univerſa Ægypto, & in terra Chanaan; & non erat patribus noſtris, quo ſaturarentur.

12 Quumque audiviſſet Jacobus, quòd eſſet frumentum in Ægypto, miſerat patres noſtros primùm:

13 Et quum profecti eſſent ſecunda vice, notum fecit Joſephus ſeipſum fratribus ſuis: & innotuit Pharaoni cognatio Joſephi.

14 Et miſit Joſephus, & acceſſivit patrem ſuum Jacobum, omnemque cognationem ſuam: erantque numero ſeptuaginta & quinque animæ.

15 Et deſcendit Jacobus in Ægyptum: ac mortuus eſt illic ipſe & patres noſtri.

16 Et translatus eſt in Sichem, ac poſitus eſt in ſepulcro quod emerat Abrahamus argento à filiis Hemor.

17 Et quum adveniſſet tempus ejus rei quam pollicitus fuerat juramento Deus

Deus Abrahamo, creverat populus, & [illegible] in Ægypto:

18 Donec surrexit Rex alius super Ægyptum, qui non noverat Josephum.

19 Et dolose egit adversus cognationem nostram, & malè affecit patres nostros, præcepitque, ut abjicerentur nati eorum, ne viverent.

20 Eodem tempore natus est Moses, & dilectus fuit Deo: & educatus est mensibus tribus domi patris sui.

21 Et quum abjectus esset à populo suo, invenit eum filia Pharaonis, & educavit eum sibi in filium.

22 Et eruditus est Moses in omni sapientia Ægyptiorum: eratque dives sermonibus suis, etiam factis suis.

23 Quumque natus esset quadraginta annos, subiit in cor ejus ut visitaret fratres suos filios Israel.

24 Et vidit quendam ex filiis generis sui vim patientem, & ultus est eum, & causam ejus egit, ac interfecit Ægyptium illum qui injuriam inferebat ei.

25 Et putabat, intelligere fratres suos filios Israel Deum per manum ipsius daturum liberationem, & non intellexerunt.

26 Die autem alio visus est ipsis, quum contenderent unus cum alio; & suadebat eis, ut pacarentur, dicens; Viri, fratres estis, propter quid injuriam infertis unus alii?

27 Ille autem qui inferebat injuriam socio suo, repulit eum à se, ac dixit ei; Quis constituit te super nos Principem & Judicem?

28 Num interficere me quæris, sicut interfecisti heri Ægyptium?

29 Et effugit Moses ob sermonem hunc, & factus est inquilinus in terra Midian: & fuerunt ei duo filii.

30 Et quum impleti essent ei illic quadraginta anni, visus est ei in deserto montis Sinai Angelus Domini in igne, qui ardebat in rubo.

31 Quumque

31 ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܘܫܐ ܐܬܕܡܪ ܒܚܙܘܐ. ܘܟܕ ܐܬܩܪܒ ܠܡܚܙܐ ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܒܩܠܐ.
32 ܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܝܟ. ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ. ܘܟܕ ܙܐܝܥ ܗܘܐ ܡܘܫܐ: ܠܐ ܡܡܪܚ ܗܘܐ ܕܢܚܘܪ ܒܚܙܘܐ.
33 ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ. ܫܪܝ ܡܣܐܢܝܟ ܡܢ ܪܓܠܝܟ. ܐܪܥܐ ܓܝܪ ܕܩܐܡ ܐܢܬ ܒܗ ܩܕܝܫܐ ܗܝ.
34 ܡܚܙܐ ܚܙܝܬ ܐܘܠܨܢܗ ܕܥܡܝ ܕܒܡܨܪܝܢ: ܘܬܢܚܬܗ ܫܡܥܬ. ܘܢܚܬܬ ܕܐܦܪܘܩ ܐܢܘܢ. ܘܗܫܐ ܬܐ ܐܫܠܚܟ ܠܡܨܪܝܢ.
35 ܠܗܢܐ ܡܘܫܐ ܕܟܦܪܘ ܒܗ ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܡܢܘ ܐܩܝܡܟ ܥܠܝܢ ܪܫܐ ܘܕܝܢܐ: ܠܗ ܠܗܢܐ ܐܠܗܐ ܪܫܐ ܘܦܪܘܩܐ ܫܕܪ ܠܗܘܢ. ܒܐܝܕܐ ܕܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܗ ܒܣܢܝܐ.
36 ܗܢܘ ܕܐܦܩ ܐܢܘܢ: ܟܕ ܥܒܕ ܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ ܘܚܝܠܐ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ: ܘܒܝܡܐ ܕܣܘܦ ܘܒܡܕܒܪܐ ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ.
37 ܗܢܘ ܡܘܫܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܕܢܒܝܐ ܢܩܝܡ ܠܟܘܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܚܝܟܘܢ ܐܟܘܬܝ. ܠܗ ܬܫܡܥܘܢ.
38 ܗܢܘ ܕܗܘܐ ܒܥܕܬܐ ܒܡܕܒܪܐ ܥܡ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗ ܘܥܡ ܐܒܗܝܢ ܒܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ. ܘܗܘܝܘ ܕܩܒܠ ܡܠܐ ܚܝܐ ܠܡܬܠ ܠܢ.
39 ܘܠܐ ܨܒܘ ܠܡܫܬܡܥܘ ܠܗ ܐܒܗܝܢ. ܐܠܐ ܫܒܩܘܗܝ: ܘܒܠܒܘܬܗܘܢ ܗܦܟܘ ܠܗܘܢ ܠܡܨܪܝܢ.
40 ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܠܐܗܪܘܢ: ܥܒܕ ܠܢ ܐܠܗܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܩܕܡܝܢ. ܡܛܠ ܕܗܢܐ ܡܘܫܐ ܕܐܦܩܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ: ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗ.
41 ܘܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܥܓܠܐ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ: ܘܕܒܚܘ ܕܒܚܐ ܠܦܬܟܪܐ. ܘܡܬܒܣܡܝܢ ܗܘܘ ܒܥܒܕܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ.
42 ܘܗܦܟ ܐܠܗܐ ܘܐܫܠܡ ܐܢܘܢ: ܕܢܗܘܘܢ ܦܠܚܝܢ ܠܚܝܠܘܬܐ ܕܫܡܝܐ.

31 Quumque vidiſſet Moſes, admiratus eſt viſionem: & quum accederet ad eum, ut videret, dixit ei Dominus in voce;

32 Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abrahami, & Iſaaci, & Jacobi. Et tremens Moſes non audebat intueri viſionem.

33 Et dixit ei Dominus; Solve calceamenta tua ex pedibus tuis: terra enim in qua ſtas ſancta eſt.

34 Videndo vidi afflictionem populi mei qui *eſt* in Ægypto, & gemitus ejus audivi, ac deſcendi, ut liberem eos: & nunc veni, mittam te in Ægyptum.

35 Hunc Moſen quem negaverant, dicentes; Quis conſtituit te ſuper nos Principem & Judicem? hunc ipſum Deus Principem & Liberatorem miſit eis per manus Angeli illius qui viſus fuerat ei in rubo.

36 Hic eſt qui eduxit illos, dum fecit ſigna & mirabilia ac prodigia in terra Ægypti, & in mari Suph, & in deſerto, annis quadraginta.

37 Hic Moſes eſt qui dixit filiis Iſrael; Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris ſicut me: ipſum audietis.

38 Hic eſt qui fuit in congregatione in deſerto cum Angelo illo qui loquebatur cum eo & cum patribus noſtris in monte Sinai: & idem eſt qui accepit ſermones vivos, ut nobis daret.

39 Et noluerunt ei obedire patres noſtri, ſed deſeruerunt eum, & cordibus ſuis reverſi ſunt in Ægyptum.

40 Quum dicerent Aaroni; Fac nobis deos qui eant ante nos: quia, quod hunc attinet Moſen qui eduxit nos è terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit ei.

41 Et fecit eis vitulum diebus illis: & mactaverunt victimas idolis, & oblectabant ſeſe opere manuum ſuarum.

42 Et avertit ſe Deus, & tradidit eos, ut colerent exercitus cœli: ſicut

sicut scriptum est in scripto Prophetarum; Numquid quadraginta annis in deserto victimam aut sacrificium obtulistis mihi, filii Israel?

43 Sed bajulastis tabernaculum Malcum, & sydus dei Rephon, imagines quas fecistis, ut adoraretis eas. Transferam vos ultra Babylonem.

44 Ecce tabernaculum testimonii Patrum nostrorum in deserto erat, sicut mandaverat is qui loquutus est cum Mose, ut faceret illud secundum similitudinem quam ostenderat ei.

45 Et hoc tabernaculum etiam introducendo introduxerunt Patres nostri cum Jesu in terram quam dedit eis Deus hæreditatem ex Gentibus illis quas ejecit à conspectu eorum, & deportatum est usque ad dies Davidis.

46 Qui invenit misericordiam in conspectu Dei; & petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacobi.

47 Salomon autem ædificavit domum.

48 Et Altissimus non habitat in opere manuum, sicut dicit Propheta;

49 Cœlum thronus meus est, & terra scabellum sub pedibus meis: quænam est ædes quam ædificabitis mihi? ait Dominus, aut quisnam est locus requietis meæ?

50 Nonne, ecce, manus mea fecit hæc omnia?

51 O duri cervice, & incircumcisi corde suo, & auditu suo: vos omni tempore Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, etiam vos.

52 Quem enim ex Prophetis non sunt persequuti, ac interfecerunt patres vestri? Eos qui prænunciaverunt de adventu Justi, illius quem vos prodidistis, & interfecistis.

53 Et accepistis Legem per mandatum Angelorum, & non servastis eam.

54 Et quum audivissent hæc, impleti sunt ira in semetipsis, & stridebant dentibus suis contra eum.

55 Et

55 Et ipse quum plenus esset fide & Spiritu sancto, intuitus est in cœlum, & vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à dextera Dei.

56 Ac dixit; Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis stantem à dextera Dei.

57 Et clamaverunt voce elata, ac obturaverunt aures suas, & irruerunt omnes in eum.

58 Et apprehensum ejecerunt eum extra urbem, ac lapidabant eum: & ii qui testati sunt in eum posuerunt vestimenta sua ad pedes adolescentis cujusdam qui vocabatur Saul.

59 Et lapidabant Stephanum orantem & dicentem; Domine noster Jesu, accipe spiritum meum.

60 Et quum posuisset genua, clamavit voce elata, & dixit; Domine noster, ne statuas eis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, recubuit.

61 Saulus autem consentiebat, ac communicabat in cædem ejus.

CAPUT VIII.

1 ET facta est illo die persequutio magna adversus Ecclesiam quæ erat Hierosolymis: & dispersi sunt omnes per agros Judææ, & etiam inter Samaritanos, præter Apostolos tantum.

2 Et positum in capulum sepelierunt Stephanum homines fideles: & luxerunt propter eum maximè.

3 Saulus autem persequebatur Ecclesiam Dei, intrans domos, & trahens viros & mulieres, & tradens carceri.

4 Et illi qui dispersi fuerant, circuibant, & prædicabant sermonem Dei.

5 Philippus verò descendit in urbem Samaritanorum, & prædicabat de Christo.

6 Et quum audirent sermonem ejus homines

homines qui illic erant, attendebant ei, & acquiescebant omnibus quæ dicebat; quia videbant signa quæ faciebat.

7 Multi enim, quos possidebant spiritus impuri, clamabant voce elata, & egrediebantur ab eis: & alii paralytici, & claudi sanati sunt.

8 Et gaudium magnum fiebat in illa civitate.

9 Erat autem illic homo quidam, cujus nomen erat Simon, qui habitaverat in ea civitate tempore multo: & suis magicis præstigiis seducebat populum Samaritanorum, magnificans seipsum, & dicens; Ego sum magnus ille.

10 Et deflectebant ad eum omnes magni & tenues, & dicebant; Hic est virtus magna Dei.

11 Et acquiescebant ei, quia tempore multo magicis præstigiis suis obstupefecerat eos.

12 Quum verò credidissent Philippo, qui evangelizabat regnum Dei in nomine Domini nostri Jesu Christi, baptizabantur viri & mulieres.

13 Et etiam ipse Simon credidit, ac baptizatus est, & adhærebat Philippo. Quumque videret signa & virtutes maximas, quæ fiebant per manum ejus, attonitus fiebat, & mirabatur.

14 Et quum audivissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset populus Samaritanorum sermonem Dei, miserunt ad eos Simonem Cepham & Johannem.

15 Et descenderunt, ac òraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum sanctum:

16 Nondum enim erat supra unum ex eis; sed tantùm baptizabantur in nomine Domini nostri Jesu.

17 Tunc imponebant illis manum, & accipiebant Spiritum sanctum.

18 Et quum videret Simon, quòd per impositionem manûs Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis argentum.

19 Dicens;

19 ܟܕ ܐܡܪ. ܗܒܘ ܐܦ ܠܝ ܫܘܠܛܢܐ ܗܢܐ: ܕܐܢܫ ܕܐܣܝܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܢܗܘܐ ܡܩܒܠ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ: 20 ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܟܣܦܟ ܥܡܟ ܢܗܘܐ ܠܐܒܕܢܐ. ܡܛܠ ܕܣܒܪܬ ܕܡܘܗܒܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܩܢܝܢܐ ܥܠܡܝܐ ܡܬܩܢܝܐ. 21 ܠܝܬ ܠܟ ܡܢܬܐ ܘܐܦܠܐ ܦܣܐ ܒܗܢܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܠܒܟ ܠܐ ܗܘܐ ܬܪܝܨ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 22 ܐܠܐ ܬܘܒ ܡܢ ܒܝܫܘܬܟ ܗܕܐ. ܘܒܥܝ ܡܢ ܐܠܗܐ: ܕܠܡܐ ܢܫܬܒܩ ܠܟ ܢܟܠܐ ܕܠܒܟ. 23 ܡܛܠ ܕܒܡܪܪܬܐ ܕܡܪܪܐ ܘܒܐܣܘܪܐ ܕܥܘܠܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܕܐܝܬܝܟ. 24 ܥܢܐ ܫܡܥܘܢ ܘܐܡܪ. ܒܥܘ ܐܢܬܘܢ ܚܠܦܝ ܡܢ ܐܠܗܐ: ܕܠܐ ܢܐܬܐ ܥܠܝ ܡܕܡ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬܘܢ. 25 ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܘܝܘܚܢܢ: ܟܕ ܐܣܗܕܘ ܘܐܠܦܘ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܦܟܘ ܠܗܘܢ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܒܩܘܪܝܐ ܣܓܝܐܐ ܕܫܡܪܝܐ ܣܒܪܘ. 26 ܘܡܠܐܟܗ ܕܡܪܝܐ ܡܠܠ ܥܡ ܦܝܠܝܦܘܣ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܩܘܡ ܙܠ ܠܬܝܡܢܐ ܒܐܘܪܚܐ ܡܕܒܪܝܬܐ ܕܢܚܬܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܠܥܙܐ. 27 ܘܩܡ ܐܙܠ. ܘܐܪܥܗ ܡܗܝܡܢܐ ܚܕ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܟܘܫ: ܫܠܝܛܐ ܕܩܢܕܩ ܡܠܟܬܐ ܕܟܘܫܝܐ. ܘܗܘ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܥܠ ܟܠܗ ܓܙܗ. ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܠܡܣܓܕ ܒܐܘܪܫܠܡ. 28 ܘܟܕ ܗܦܟ ܗܘܐ: ܝܬܒ ܗܘܐ ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ ܘܩܪܐ ܗܘܐ ܒܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ. 29 ܘܐܡܪ ܪܘܚܐ ܠܦܝܠܝܦܘܣ. ܩܪܘܒ ܘܐܬܢܩܦ ܠܡܪܟܒܬܐ. 30 ܘܟܕ ܩܪܒ ܫܡܥ ܕܩܪܐ ܗܘܐ ܒܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܡܐ ܡܣܬܟܠ ܐܢܬ ܒܡܐ ܕܩܪܐ ܐܢܬ. 31 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܣܬܟܠ ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܫ ܢܠܦܢܝ. ܘܒܥܐ ܡܢ ܦܝܠܝܦܘܣ: ܕܢܣܩ ܢܬܒ ܥܡܗ. 32 ܦܣܘܩܐ ܕܝܢ ܕܟܬܒܐ ܕܩܪܐ ܗܘܐ ܒܗ:

ܐܝܬܘܗܝ

19 Dicens; Date mihi quoque potestatem hanc, ut ille ſuper quem poſuero manum accipiat Spiritum ſanctum.

20 Dixit ei Simon Cephas; Argentum tuum tecum abeat in perditionem; quia putaſti, quód donum Dei divitiis mundi acquiratur.

21 Non eſt tibi pars, neque ſors in fide hac: quia cor tuum non fuit rectum coram Deo.

22 Veruntamen convertere à malitia tua hac, & deprecare Deum, ſi fortè remittatur tibi dolus cordis tui.

23 In hepate enim amaro & in vinculis iniquitatis video te eſſe.

24 Reſpondit Simon, ac dixit; Deprecamini vos pro me Deum, ne veniat ſuper me aliquid ex his quæ dixiſtis.

25 Simon autem & Johannes, quum conteſtati eſſent eos, & docuiſſent ſermonem Dei, reverſi ſunt Hieroſolymam, & in pagis multis Samaritanorum evangelizaverunt.

26 Et loquutus eſt Angelus Domini cum Philippo, ac dixit ei; Surge, abi ad meridiem, per viam deſertam, quæ deſcendit Hieroſolymâ Gazam.

27 Et ſurgens abiit, & occurrit ei eunuchus quidam, qui venerat ex Æthiopia, Præfectus Candacis Reginæ Æthiopum, & ipſe Præfectus erat ſuper univerſum theſaurum ejus: & venerat, ut adoraret Hieroſolymis.

28 Quumque reverteretur, ut abiret, ſedebat in curru, & legebat in Jeſaia Propheta.

29 Et dixit Spiritus ſanctus Philippo; Accede, & adjunge te currui.

30 Quumque acceſſiſſet, audivit, quòd legeret in Jeſaia Propheta, & dixit ei; Num intelligis quid legis?

31 Et ille ait; Quomodo poſſum intelligere, niſi quis erudiverit me? Et petiit à Philippo, ut aſcenderet, & ſederet ſecum.

32 Sectio autem Scripturæ in qua legebat,

erat

erat hæc; Tanquam agnus ad mactationem ductus est, & sicut ovis coram tonsore silebat, & ita non aperuit os suum in depressione sua.

33 Ex angustia & ex judicio abductus est: & ætatem ejus quis enarrabit? quoniam tollitur vita ejus à terra.

34 Et dicebat eunuchus ille Philippo; Oro te, de quonam dixit hoc Propheta? de seipso, aut de quopiam alio?

35 Tum Philippus aperuit os suum, & incepit ab hac Scriptura evangelizare ei de Domino nostro Jesu.

36 Et quum ipsi pergerent in via, pervenerunt ad locum quendam in quo erant aquæ: & ait eunuchus ille; Ecce aquæ: quod est obstaculum, quo minus baptizer?

37 Et dixit Philippus; Si credis ex toto corde licitum est: & respondit, & dixit; Ego credo, quod Jesus Christus Filius Dei sit.

38 Et præcepit, ut consisteret currus: & descenderunt ambo in aquas, & baptizavit Philippus eunuchum illum.

39 Quumque ascenderent ex aquis, Spiritus Domini rapuit Philippum, & rursus non vidit eum eunuchus ille, sed abibat per viam suam gaudens.

40 Philippus autem inventus est Azoti: & inde circuibat, & evangelizabat in civitatibus omnibus, usquedum veniret Cæsaream.

CAPUT IX.

1 SAul autem adhuc plenus erat minarum & iræ cruentæ adversus discipulos Domini nostri:

2 Et petiit sibi literas à summo Sacerdote dari Damascum ad Synagogas, ut si ipse quos inveniret

ambulantes

ܕܪܕܝܢ ܒܗܕܐ ܐܘܪܚܐ. ܓܒܪܐ ܐܘ ܢܫܐ: ܢܐܣܘܪ ܢܝܬܐ
ܐܢܘܢ ܠܐܘܪܫܠܡ. 3 ܘܟܕ ܐܙܠ ܗܘܐ ܘܫܪܝ
ܡܬܩܪܒ ܠܕܪܡܣܘܩ. ܡܢ ܫܠܝܐ ܐܙܠܓ
ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܢܘܗܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ. 4 ܘܢܦܠ ܥܠ
ܐܪܥܐ. ܘܫܡܥ ܩܠܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ: ܫܐܘܠ
ܫܐܘܠ. ܠܡܢܐ ܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ. ܩܫܐ ܗܘ ܠܟ
ܠܡܒܥܛ ܠܥܘܩܣܐ. 5 ܘܗܘ ܥܢܐ ܘܐܡܪ. ܡܢ
ܐܢܬ ܡܪܝ: ܘܡܪܢ ܐܡܪ. ܐܢܐ ܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܗܘ
ܕܐܢܬ ܪܕܦ ܐܢܬ. 6 ܐܠܐ ܩܘܡ ܥܘܠ ܠܡܕܝܢܬܐ:
ܘܬܡܢ ܢܬܡܠܠ ܥܡܟ ܥܠ ܡܕܡ ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܟ
ܠܡܥܒܕ. 7 ܘܓܒܪܐ ܕܪܕܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ
ܒܐܘܪܚܐ: ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܟܕ ܬܡܝܗܝܢ. ܩܠܐ
ܒܠܚܘܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ. ܐܢܫ ܕܝܢ ܠܐ ܡܬܚܙܐ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ. 8 ܘܩܡ ܫܐܘܠ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܠܐ
ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܕܡ. ܟܕ ܥܝܢܘܗܝ ܦܬܝܚܢ
ܗܘܝ. ܘܟܕ ܐܚܝܕܝܢ ܒܐܝܕܘܗܝ ܐܥܠܘܗܝ
ܠܕܪܡܣܘܩ. 9 ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܬܠܬܐ
ܝܘܡܝܢ: ܘܠܐ ܐܟܠ ܘܠܐ ܐܫܬܝ. 10 ܐܝܬ ܗܘܐ
ܕܝܢ ܒܕܪܡܣܘܩ ܬܠܡܝܕܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܗܘܐ
ܚܢܢܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܒܚܙܘܐ. ܚܢܢܝܐ:
ܘܐܡܪ ܗܐ ܐܢܐ ܡܪܝ. 11 ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ.
ܩܘܡ ܙܠ ܠܫܘܩܐ ܕܡܬܩܪܐ ܬܪܝܨܐ: ܘܒܥܝ ܒܒܝܬܐ
ܕܝܗܘܕܐ ܠܫܐܘܠ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܛܪܣܘܣ ܡܕܝܢܬܐ.
12 ܗܐ ܓܝܪ ܟܕ ܗܘ ܡܨܠܐ: ܚܙܐ ܒܚܙܘܐ ܓܒܪܐ
ܕܫܡܗ ܚܢܢܝܐ: ܕܥܐܠ ܘܣܐܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܐܝܟ
ܕܢܬܦܬܚܢ ܥܝܢܘܗܝ. 13 ܘܐܡܪ ܚܢܢܝܐ. ܡܪܝ.
ܫܡܥܬ ܡܢ ܣܓܝܐܐ ܥܠ ܓܒܪܐ ܗܢܐ. ܟܡܐ
ܒܝܫܬܐ ܥܒܕ ܠܩܕܝܫܝܟ ܒܐܘܪܫܠܡ. 14 ܘܗܐ
ܐܦ ܗܪܟܐ ܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܡܢ ܪܒܝ
ܟܗܢܐ: ܕܢܐܣܘܪ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܢ ܫܡܟ.

15 ܐܡܪ

ambulantes in hac via, viros aut mulieres, vinciret & adduceret eos Hierosolymam.

3 Et quum proficisceretur, ac inciperet appropinquare Damascum, derepentè affulsit super eum lux de cœlo.

4 Et cecidit in terram: & audivit vocem quæ dicebat ipsi; Saul, Saul, quid persequeris me? durum erit tibi calcitrare ad stimulos.

5 Respondit ipse, & dixit; Quis es Domine mi? Et Dominus noster dixit; Ego *sum* Jesus Nazarenus quem tu persequeris.

6 Sed surge, ingredere civitatem, & ibi sermo habebitur tecum de eo quod oportet te facere.

7 Et viri qui proficiscebantur cum eo in via stabant attoniti: quia vocem tantùm audiebant, nemo autem conspiciebatur eis.

8 Et surrexit Saul è terra, neque ei conspiciebatur quicquam, quum oculi ejus aperti essent. Et apprehendentes manus ejus introduxerunt eum Damascum.

9 Et non conspiciebatur ei *quicqam* tribus diebus: neque comedit, neque bibit.

10 Erat autem Damasci discipulus quidam, cujus nomen erat Ananias: & Dominus dixit ei per visionem; Anania. Et dixit; Ecce ego, Domine mi.

11 Et Dominus noster dixit ei; Surge, proficiscere in vicum qui vocatur Rectus, & quære in ædibus Judæ Saulum, qui est ex civitate Tarso:

12 Ecce enim quum ipse oraret, vidit per visionem virum, cujus nomen est Ananias, qui ingrederetur, & imponeret ei manum, ut aperirentur oculi ejus.

13 Et dixit Ananias; Domine mi, audivi ex multis de homine hoc, quanta mala intulerit sanctis tuis Hierosolymæ.

14 Et ecce, etiam hîc est potestas ei à summis Sacerdotibus, ut vinciat omnes eos qui invocant nomen tuum.

15 Dixit

15 Dixit ei Dominus; Surge, proficiscere, quia vas est mihi electum, ut proferat nomen meum ad Gentes, & ad Reges, & inter filios Israel.

16 Ego enim ostendam ei, quanta passurus sit propter nomen meum.

17 Tunc Ananias profectus est domum ad illum, & imposuit ei manum, ac dixit ei; Saul frater mi, Dominus noster Jesus misit me, (is qui conspectus est tibi in via, quum venires) ut aperiantur oculi tui, & implearis Spiritu sancto.

18 Et confestim cecidit ab oculis ejus aliquid quod simile erat squamæ, & aperti sunt oculi ejus: & surgens baptizatus est.

19 Et accepit cibum, & corroboratus est: fuitque *aliquot* diebus apud discipulos illos qui erant Damasci.

20 Et continuò prædicabat in synagogis Judæorum de Jesu, quòd is esset Filius Dei.

21 Et obstupescebant omnes illi qui audiebant eum, ac dicebant; Nonne hic est qui persequebatur omnes eos qui invocabant nomen hoc Hierosolymæ? & ecce etiam huc propter hoc ipsum mittebatur, ut vinciens adduceret eos ad summos Sacerdotes.

22 Saul autem magis roborabatur, & confundebat illos Judæos qui habitabant Damasci, quum ostenderet, quòd hic esset Christus.

23 Et quum multiplicati ei ibi essent dies, fecerunt contra eum insidias Judæi, ut interficerent eum.

24 Indicatæ autem fuerunt Saulo insidiæ quas quærebant facere ei: & custodiebant portas civitatis die ac nocte, ut interficerent eum.

25 Tunc posuerunt eum discipuli in sportam, & demiserunt eum è muro nocte.

26 Et profectus est Hierosolymam, & volebat

se

15 ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܩܘܡ ܙܠ . ܡܛܠ ܕܡܐܢܐ
ܗܘ ܠܝ ܓܒܝܐ . ܕܢܛܥܘܢ ܫܡܝ ܒܝܬ ܥܡܡܐ
ܘܡܠܟܐ . ܘܒܝܬ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ . 16 ܐܢܐ ܓܝܪ
ܐܚܘܝܘܗܝ ܟܡܐ ܥܬܝܕ ܠܡܚܫ ܡܛܠ ܫܡܝ .
17 ܗܝܕܝܢ ܚܢܢܝܐ ܐܙܠ ܠܒܝܬܐ ܠܘܬܗ : ܘܣܡ
ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܫܐܘܠ ܐܚܝ : ܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܫܕܪܢܝ : ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܟ ܒܐܘܪܚܐ ܟܕ ܐܬܐ
ܐܢܬ . ܐܝܟ ܕܬܬܦܬܚܢ ܥܝܢܝܟ ܘܬܬܡܠܐ ܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ . 18 ܘܡܚܕܐ ܢܦܠ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ
ܡܕܡ ܕܕܡܐ ܠܩܠܦܐ : ܘܐܬܦܬܚ ܥܝܢܘܗܝ .
ܘܩܡ ܥܡܕ : 19 ܘܩܒܠ ܣܝܒܪܬܐ ܘܐܬܚܝܠ :
ܘܗܘܐ ܝܘܡܬܐ ܩܠܝܠ ܥܡ ܬܠܡܝܕܐ ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܗܘܘ
ܒܕܪܡܣܘܩ . 20 ܘܡܚܕܐ ܡܟܪܙ ܗܘܐ
ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܥܠ ܝܫܘܥ . ܕܗܘܝܘ ܒܪܗ
ܕܐܠܗܐ . 21 ܘܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ . ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܐ ܗܘܐ ܗܢܘ
ܗܘ ܕܪܕܦ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܢ ܗܘܘ
ܠܫܡܐ ܗܢܐ ܒܐܘܪܫܠܡ : ܘܗܪܐ ܐܦ ܠܗܪܟܐ
ܡܛܠܗ ܗܕܐ ܡܫܬܕܪ ܗܘܐ : ܐܝܟ ܕܢܐܣܘܪ ܢܘܒܠ
ܐܢܘܢ ܠܪܒܝ ܟܗܢܐ ❖ 22 ܫܐܘܠ ܕܝܢ ܝܬܝܪ
ܡܬܚܝܠ ܗܘܐ : ܘܡܕܠܚ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܝܗܘܕܝܐ
ܗܢܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܒܕܪܡܣܘܩ . ܟܕ ܡܚܘܐ
ܗܘܐ ܕܗܢܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ . 23 ܘܟܕ ܣܓܝܘ ܠܗ
ܬܡܢ ܝܘܡܬܐ : ܥܒܕܘ ܥܠܘܗܝ ܢܟܠܐ ܝܗܘܕܝܐ
ܕܢܩܛܠܘܢܝܗܝ . 24 ܐܬܝܕܥܬ ܠܗ ܕܝܢ ܠܫܐܘܠ
ܐܪܡܘܬܐ ܕܪܢܝܢ ܗܘܘ ܠܡܥܒܕ ܠܗ . ܘܢܛܪܝܢ
ܗܘܘ ܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ . ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ
ܕܢܩܛܠܘܢܝܗܝ . 25 ܗܝܕܝܢ ܣܡܘܗܝ ܬܠܡܝܕܐ
ܒܣܦܝܪܬܐ : ܘܫܒܩܘܗܝ ܡܢ ܫܘܪܐ : ܒܠܠܝܐ .
26 ܘܐܙܠ ܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ . ܘܨܒܐ ܗܘܐ
ܠܡܬܢܩܦܘ

se adjungere discipulis: & omnes timebant ab eo, neque credebant, quòd discipulus esset.

27 Barnabas autem accepit eum, & adduxit eum ad Apostolos: & narravit eis, quomodo in via vidisset Dominum, & quod ita locutus esset cum eo; & quod ita Damasci loquutus esset palàm in nomine Jesu.

28 Et ingrediebatur cum eis, atque egrediebatur Hierosolymæ:

29 Ac loquebatur in nomine Jesu palàm, disputabatque cum Judæis illis qui noverant Græcè: ipsi verò volebant interficere eum.

30 Quumque *id* cognovissent fratres, deduxerunt eum nocte Cæsaream, & inde miserunt eum Tarsum.

31 Cæterùm in Ecclesia, quæ erat in tota Judæa & in Galilæa & Samaria, erat pax, quæ ædificabatur, & ambulabat in timore Dei, & consolatione Spiritus sancti multiplicabatur.

32 Et factum est, ut, quum circuiret Simon per civitates, descenderet etiam ad sanctos qui habitabant in civitate Lydda.

33 Et invenit virum quendam cujus nomen Æneas, qui decumbebat in lecto, & paralyticus erat annis octo.

34 Et dixit ei Simon; Ænea, sanat te Jesus Christus: surge, & sterne lectum tuum. Et continuò surrexit.

35 Et viderunt eum universi qui habitabant Lyddæ & Saronæ, & conversi sunt ad Deum.

36 Erat autem discipula quædam in urbe Joppe, cujus nomen Tabitha, hæc dives erat operibus bonis & eleemosynis quæ faciebat.

37 Infirmitate autem correpta fuit illis diebus: & mortua est: & laverunt eam, ac posuerunt eam in cœnaculo.

38 Et audiverunt discipuli, quòd Simon in urbe Lydda esset, quæ est juxta Joppen, ac miserunt ad eum

viros

viros duos qui peterent ab eo, ne pigeret illum venire ad se.

39 Et surrexit Simon, & abiit cum eis. Quumque venisset, subduxerunt eum in cœnaculum, & congregatæ adstabant circa eum omnes viduæ flentes, & ostendebant ei tunicas & vestes, quas dabat eis Tabitha, quum viveret.

40 Simon autem ejecit omnes homines foras, & procidit super genua sua, & oravit: & conversus est ad cadaver, ac dixit; Tabitha surge. Ipsa autem aperuit oculos suos, & quum vidisset Simonem, resedit.

41 Et porrexit ei manum suam, & erexit eam: & vocavit sanctos & viduas, ac dedit illam eis viventem.

42 Et innotuit hoc in tota civitate, & multi crediderunt in Dominum nostrum.

43 Fuit autem in ipsa Joppe diebus non paucis, diversabatur in ædibus Simonis coriarii.

CAPUT X.

1 CÆsareæ vero erat homo quidam centurio, cujus nomen erat Cornelius, ex cohorte quæ vocatur Italica.

2 Et justus erat, ac timebat Deum, ipse & domus ejus tota: faciebat eleemosynas multas in populo, & omni tempore precabatur Deum.

3 Hic vidit Angelum Dei per visionem manifestè circa horam nonam diei, qui ingressus est ad eum, & dixit ei; Corneli.

4 Et ipse intuitus est eum, ac timuit, & dixit; Quid est Domine mi? Et dixit ei Angelus; Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo.

5 Et nunc mitte aliquos Joppen civitatem, & accerse Simonem, qui vocatur Cephas.

ܓܒܪܝܢ ܬܪܝܢ ܕܢܒܥܘܢ ܡܢܗ܆ ܕܠܐ ܢܡܐܢ ܠܗ ܕܢܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ. 39 ܘܩܡ ܫܡܥܘܢ ܘܐܙܠ ܥܡܗܘܢ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܐܣܩܘܗܝ ܠܥܠܝܬܐ. ܘܟܢܫܢ ܗܘܝ ܠܘܬܗ ܟܠܗܝܢ ܐܪܡܠܬܐ ܟܕ ܒܟܝܢ܆ ܘܡܚܘܝܢ ܗܘܝ ܠܗ ܟܘܬܝܢܐ ܘܡܪܛܘܛܐ. ܕܝܗܒܐ ܗܘܬ ܠܗܝܢ ܛܒܝܬܐ ܟܕ ܚܝܐ. 40 ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܐܦܩ ܠܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܠܒܪ. ܘܩܡ ܥܠ ܒܘܪܟܘܗܝ ܘܨܠܝ. ܘܐܬܦܢܝ ܠܘܬ ܦܓܪܐ ܘܐܡܪ. ܛܒܝܬܐ ܩܘܡܝ. ܗܝ ܕܝܢ ܦܬܚܬ ܥܝܢܝܗ. ܘܟܕ ܚܙܬܗ ܠܫܡܥܘܢ ܝܬܒܬ. 41 ܘܐܘܫܛ ܠܗ ܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ. ܘܩܪܐ ܠܩܕܝܫܐ ܘܠܐܪܡܠܬܐ. ܘܝܗܒܗ ܠܗܘܢ ܟܕ ܚܝܐ. 42 ܘܐܫܬܡܥܬ ܗܕܐ ܒܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܤܓܝܐܐ ܗܝܡܢܘ ܒܡܪܢ. 43 ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗ ܒܝܘܦܐ ܝܘܡܬܐ ܠܐ ܙܥܘܪܝܢ. ܟܕ ܫܪܐ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܫܡܥܘܢ ܒܘܪܣܝܐ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘ ⁘

ܩܦܠܐܘܢ ܝ

1 ܒܩܣܪܝܐ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܩܢܛܪܘܢܐ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܩܪܢܠܝܘܣ. ܡܢ ܐܤܦܝܪ ܕܡܬܩܪܝܐ ܐܝܛܠܝܩܝܬܐ. 2 ܘܟܐܢ ܗܘܐ ܘܕܚܠ ܗܘܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܗܘ ܘܟܠܗ ܒܝܬܗ. ܘܥܒܕ ܗܘܐ ܙܕܩܬܐ ܤܓܝܐܬܐ ܒܥܡܐ. ܘܒܟܠܙܒܢ ܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. 3 ܗܢܐ ܚܙܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܒܚܙܘܐ ܓܠܝܐܝܬ܆ ܐܝܟ ܕܒܬܫܥ ܫܥܝܢ ܒܐܝܡܡܐ. ܕܥܠ ܠܘܬܗ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܩܘܪܢܠܝܐ. 4 ܗܘ ܕܝܢ ܚܪ ܒܗ ܘܕܚܠ܆ ܘܐܡܪ. ܡܢܐ ܡܪܝ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܐܟܐ. ܨܠܘܬܟ ܘܙܕܩܬܟ ܤܠܩ ܠܕܘܟܪܢܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 5 ܘܗܫܐ ܫܕܪ ܓܒܪܐ ܠܝܘܦܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܝܬܐ ܠܫܡܥܘܢ ܕܡܬܩܪܐ ܟܐܦܐ.

6 ܗܐ ܫܪܐ ܠܗ ܒܒܝܬܗ ܕܫܡܥܘܢ ܒܘܪܣܝܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܝܬܗ ܥܠ ܓܢܒ ܝܡܐ. 7 ܘܟܕ ܐܙܠ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗ: ܩܪܐ ܬܪܝܢ ܡܢ ܒܢܝ ܒܝܬܗ: ܘܦܠܚܐ ܚܕ ܕܕܚܠ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ. ܐܝܢܐ ܕܡܫܬܡܫ ܗܘܐ ܠܗ: 8 ܘܐܫܬܥܝ ܠܗܘܢ ܟܠܡܕܡ ܕܚܙܐ. ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܝܘܦܐ ܀ 9 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܟܕ ܪܕܝܢ ܗܘܘ ܒܐܘܪܚܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܤܠܩ ܫܡܥܘܢ ܠܐܓܪܐ ܕܢܨܠܐ ܒܫܬ ܫܥܝܢ. 10 ܘܟܦܢ ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܕܢܛܥܡ. ܘܟܕ ܡܛܝܒܝܢ ܠܗ: ܢܦܠܬ ܥܠܘܗܝ ܬܡܗܐ. 11 ܘܚܙܐ ܫܡܝܐ ܕܦܬܝܚܝܢ: ܘܡܐܢܐ ܚܕ ܐܣܝܪ ܒܐܪܒܥ ܦܢܘܬܗ. ܘܕܡܐ ܗܘܐ ܠܟܬܢܐ ܪܒܐ. ܘܢܚܬ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. 12 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܒܥ ܪܓܠܝܗܝܢ ܘܪܚܫܐ ܕܐܪܥܐ ܘܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ. 13 ܘܩܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܐܡܪ. ܫܡܥܘܢ. ܩܘܡ ܢܟܘܤ ܘܐܟܘܠ. 14 ܘܫܡܥܘܢ ܐܡܪ: ܚܤ ܡܪܝ. ܕܡܡܬܘܡ ܠܐ ܐܟܠܬ ܡܕܡ ܕܛܡܐ ܘܕܤܝܐܒ. 15 ܘܬܘܒ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܩܠܐ ܗܘܐ ܠܘܬܗ. ܡܕܡ ܕܐܠܗܐ ܕܟܝ ܐܢܬ ܠܐ ܬܤܝܒ. 16 ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܬ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ: ܘܐܤܬܠܩ ܠܗ ܡܐܢܐ ܠܫܡܝܐ. 17 ܘܟܕ ܡܬܕܡܪ ܗܘܐ ܫܡܥܘܢ ܒܢܦܫܗ ܡܢܘ ܚܙܘܐ ܕܚܙܐ: ܡܛܘ ܓܒܪܐ ܗܢܘܢ ܕܫܝܕܝܪܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܘܪܢܠܝܘܤ: ܘܫܐܠܝܢ ܥܠ ܒܝܬܐ ܕܫܪܐ ܒܗ ܫܡܥܘܢ. ܘܐܬܘ ܘܩܡܘ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܕܪܬܐ. 18 ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ ܘܡܫܬܐܠܝܢ: ܕܠܡܐ ܫܡܥܘܢ ܕܡܬܩܪܐ ܟܐܦܐ ܗܪܟܐ ܫܪܐ. 19 ܘܟܕ ܫܡܥܘܢ ܪܢܐ ܗܘܐ ܒܚܙܘܐ: ܐܡܪܐ ܠܗ ܪܘܚܐ. ܗܐ ܓܒܪܐ ܬܠܬܐ ܒܥܝܢ ܠܟ. 20 ܩܘܡ ܚܘܬ ܘܙܠ ܥܡܗܘܢ ܟܕ ܠܐ ܡܬܦܠܓ ܒܪܥܝܢܟ. ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܗܘ ܫܕܪܬ ܐܢܘܢ ܀

21 ܗܝܕܝܢ

6 Ecce, diversatur in ædibus Simonis coriarii, quæ est juxta mare.
7 Et quum abiiset Angelus qui loquebatur cum eo, vocavit duos ex domesticis suis, & militem unum timentem Deum, eum qui obediebat ipsi.
8 Et narravit eis quicquid viderat, ac misit eos Joppen.
9 Et die postero quum ipsi iter facerent, & appropinquarent civitati, conscendit Simon tectum, ut oraret sexta hora.
10 Et esuriebat, ac cupiebat edere: quumque pararent ei *cibum*, cecidit super eum mentis excessus:
11 Et vidit cœlos apertos, & vas quoddam devinctum quatuor angulis: & simile erat linteo magno, ac descendebat è cœlo super terram.
12 Et erant in eo omnia animantia quadrupedia & reptilia terræ, & volucres cœli.
13 Et vox venit ad eum dicens; Simon, surge, macta, & manduca.
14 Et Simon dixit; Absit Domine mi: nunquam comedi quicquam contaminatum & pollutum.
15 Et rursus secunda vice vox facta est ad eum; Quæ Deus purificavit, tu ne contamines.
16 Hoc autem factum est tribus vicibus: & sublatum est vas in cœlum.
17 Et quum miraretur Simon apud se ipsum quænam esset visio quam viderat, advenerunt viri illi, qui missi fuerant à Cornelio: & interrogabant de domo in qua diversabatur Simon, & venerunt, ac steterunt juxta portam vestibuli.
18 Et clamabant ibi, ac interrogabant; Nunquid Simon qui vocatur Cephas hic diversatur?
19 Et quum Simon cogitaret de visione, dixit ei Spiritus; Ecce, viri tres quærunt te:
20 Surge, descende, & proficiscere cum eis, non hæsitante mente tua: quia ego misi eos.

21 Tunc

21 Tunc descendit Simon ad viros illos, & dixit eis; Ego sum quem quæritis: quæ est causa propter quam venitis?

22 Dicunt ei; Viro cuidam cujus nomen est Cornelius Centurioni timenti Deum, de quo testatur universus populus Judæorum, dictum est in visione ab Angelo sancto, ut mittens introduceret te in ædes suas, & audiret sermonem abs te.

23 Et introduxit eos Simon, & excepit eos, ubi diversabatur: & surrexit postridie ejus diei, & egressus est, ac abiit cum eis: abierunt quoque cum eis nonnulli ex fratribus Joppensibus.

24 Et die postero ingressi sunt Cæsaream: Cornelius autem exspectabat eos, congregatis ad se omnibus filiis cognationis suæ, & amicis & dilectis qui erant ei.

25 Quumque ingrederetur Simon, occurrit ei Cornelius, & procidens adoravit ad pedes ejus.

26 Et Simon erexit eum, ac dixit ei; Surge: ego quoque homo sum.

27 Et quum loqueretur cum eo, ingressus est, & invenit multos qui venerant illuc:

28 Dixitque eis; Vos scitis, quòd non sit permissum homini Judæo, ut se adjungat homini alienigenæ, qui non sit contribulis suus: at mihi Deus ostendit, ne dicerem de ullo, quod pollutus sit aut contaminatus.

29 Propter hoc promptè veni, quum misissetis ad me. Sed interrogo vos, propter quod misistis ad me?

30 Et dixit ei Cornelius; Quatuor dies sunt usque ad hoc tempus, ex quo ecce jejuno: & hora nona dum oro domi meæ, adstitit vir quidam coram me indutus albis:

31 Et dixit mihi; Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynarum tuarum mentio facta est coram Deo.

32 Sed

21 ܗܝܕܝܢ ܢܚܬ ܫܡܥܘܢ ܠܘܬ ܓܒܪܐ ܗܢܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܐ ܐܢܐ ܗܘ ܕܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܝܕܐ ܗܝ ܥܠܬܐ ܕܡܛܠܬܗ ܐܬܝܬܘܢ. 22 ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܩܘܪܢܠܝܘܣ : ܩܢܛܪܘܢܐ ܙܕܝܩܐ ܘܕܚܠ ܠܐܠܗܐ. ܘܡܣܗܕܝܢ ܥܠܘܗܝ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܐܬܐܡܪ ܠܗ ܒܚܙܘܐ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܩܕܝܫܐ : ܕܢܫܕܪ ܢܝܬܝܟ ܠܒܝܬܗ : ܘܢܫܡܥ ܡܠܬܐ ܡܢܟ. 23 ܘܐܥܠ ܐܢܘܢ ܫܡܥܘܢ : ܘܩܒܠ ܐܢܘܢ ܐܝܟܐ ܕܫܪܐ ܗܘܐ. ܘܩܡ ܠܝܘܡܐ ܕܒܬܪܗ ܘܢܦܩ ܘܐܙܠ ܥܡܗܘܢ. ܘܐܙܠܘ ܥܡܗ ܐܢܫܐ ܐܢܫ ܡܢ ܐܚܐ ܕܝܘܦܐ. 24 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܥܠ ܠܩܣܪܝܐ. ܩܘܪܢܠܝܘܣ ܕܝܢ ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ : ܟܕ ܡܟܢܫܝܢ ܠܘܬܗ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܫܪܒܬܗ. ܘܐܦ ܪܚܡܐ ܡܫܬܘܕܥܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܠܗ. 25 ܘܟܕ ܥܐܠ ܫܡܥܘܢ. ܐܪܥܗ ܩܘܪܢܠܝܘܣ : ܘܢܦܠ ܣܓܕ ܠܪܓܠܘܗܝ. 26 ܘܫܡܥܘܢ ܐܩܝܡܗ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܩܘܡ ܠܟ. ܐܦ ܐܢܐ ܒܪܢܫܐ ܐܢܐ. 27 ܘܟܕ ܡܡܠܠ ܥܡܗ : ܥܠ ܘܐܫܟܚ ܣܓܝܐܐ ܕܐܬܘ ܗܘܘ ܠܬܡܢ. 28 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ : ܕܠܐ ܡܦܣ ܠܓܒܪܐ ܝܗܘܕܝܐ ܕܢܩܦ ܠܐܢܫ ܢܘܟܪܝܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܪ ܫܪܒܬܗ. ܠܝ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܚܘܝܢܝ : ܕܠܐ ܐܡܪ ܥܠ ܐܢܫ ܕܛܡܐ ܐܘ ܡܣܝܒ. 29 ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܠܐ ܟܘܠܝ ܐܬܝܬ ܟܕ ܫܕܪܬܘܢ ܒܬܪܝ : ܫܐܠ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܡܛܠ ܡܢܐ ܫܕܪܬܘܢ ܒܬܪܝ. 30 ܘܐܡܪ ܠܗ ܩܘܪܢܠܝܘܣ. ܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܐܝܬ ܠܝ ܟܕ ܨܐܡ ܐܢܐ ܗܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܗܢܐ. ܘܒܬܫܥ ܫܥܝܢ ܟܕ ܡܨܠܐ ܐܢܐ ܒܒܝܬܝ. ܓܒܪܐ ܚܕ ܩܡ ܠܘܩܒܠܝ ܟܕ ܠܒܝܫ ܚܘܪܐ. 31 ܘܐܡܪ ܠܝ. ܩܘܪܢܠܝܐ : ܐܫܬܡܥܬ ܨܠܘܬܟ. ܘܐܬܕܟܪܬ ܙܕܩܬܟ ܩܕܡ ܐܠܗܐ.

32 ܫܕܪ

32 Sed mitte in civitatem Joppen, & accerse Simonem qui vocatur Cephas: ecce, diversatur in ædibus Simonis coriarii juxta mare: & ipse veniens loquetur tecum.

33 Et extemplò misi ad te: tuque bene fecisti, quòd adveneris: & ecce, nos omnes coram te, & cupimus audire quicquid mandatum est tibi à Deo.

34 Aperuit autem Simon os suum, & ait; Verè expertus sum, quòd Deus non sit accipiens vultum;

35 Sed in omnibus populis is qui timet eum, & operatur justitiam, acceptus est ei.

36 Sermo enim *est* quem misit filiis Israel, & evangelizavit eis pacem & tranquillitatem per Jesum Christum, hic est Dominus omnium.

37 Et etiam vos nostis sermonem qui factus est in universa Judæa, qui incèpit à Galilæa post baptismum quem prædicavit Johannis,

38 De Jesu qui *fuit* ex Nazareth, quem Deus unxit Spiritu sancto & virtute. Et is est qui circuibat, & sanabat eos qui læsi erant à malo: quia Deus erat cum eo.

39 Et nos testes ejus *sumus* de omnibus quæ fecit in universa regione Judææ & Hierosolymæ. Hunc ipsum suspenderunt Judæi in ligno, & interfecerunt eum:

40 Et eum suscitavit Deus tertio die, & dedit eum, ut conspiceretur palàm:

41 Non autem toti populo, sed nobis qui à Deo electi sumus, ut simus ei testes, qui comedimus cum eo, & bibimus post resurrectionem ejus à mortuis.

42 Et præcepit nobis, ut prædicaremus, & testaremur populo, quòd hic sit qui destinatus est à Deo Judex vivorum & mortuorum.

43 Et de eo testati sunt omnes Prophetæ, quòd quisquis credit per nomen ejus accepturus sit remissionem peccatorum.

44 Et quum ipse Simon loqueretur hos sermones, obtexit Spiritus sanctus omnes eos qui audiebant sermonem.

45 Et attoniti facti sunt, ac obstupuerunt fratres circumcisi qui venerant cum eo, quod etiam super gentes donum Spiritus sancti effusum esset:

46 Audiebant enim eos loquentes unaquaque linguâ, & magnificabant Deum.

47 Et dixit Simon; Nunquid aquas quis potest prohibere, ut non baptizentur illi qui ecce acceperunt Spiritum sanctum, sicut nos?

48 Tunc præcepit eos baptizari in nomine Domini nostri JesuChristi: & petierunt ab eo, ut maneret apud ipsos *aliquot* dies.

CAPUT XI.

1 ET auditum fuit ab Apostolis & à fratribus qui erant in Judæa, quòd etiam Gentes accepissent sermonem Dei.

2 Et quum ascendisset Simon Hierosolymam, disceptabant cum eo illi qui erant ex circumcisione,

3 Dicentes, quòd ad homines præputium habentes ingressus esset, & edisset cum eis.

4 Et cœpit Simon ordine dicere eis;

5 Quum orarem Joppe, vidi in visione, quòd descenderet vas quoddam, quod simile erat linteo, & devinctum erat quatuor angulis suis, descendebatque è cœlo, & venit usque ad me.

6 Et intuitus sum illud, & videbam, quod essent in eo animalia quadrupedia, & reptilia terræ, & etiam volucres cœli.

7 Et audiebam vocem quæ dicebat mihi; Simon, surge, macta, ac manduca.

8 Et dixi; Absit, Domine mi, Nam nunquam ingressum est in os meum quod pollutum & quod contaminatum esset.

9 Et rursus vox dixit mihi è cœlo; Id

ܕܟܝܗܝ ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܐܢܬ ܠܐ ܬܛܢܦ܂ 10 ܗܕܐ
ܗܘܬ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ܆ ܘܐܣܬܠܩ ܠܗ ܟܠܗܘܢ
ܠܫܡܝܐ܂ 11 ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ܆ ܬܠܬܐ ܓܒܪܝܢ
ܕܐܫܬܕܪܘ ܠܘܬܝ ܡܢ ܩܘܪܢܠܝܘܣ ܡܢ ܩܣܪܝܐ܂
ܐܬܘ ܘܩܡܘ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܕܪܬܐ ܕܒܝܬܐ ܕܗܘܝܬ ܒܗ܂
12 ܘܐܡܪ ܠܝ ܪܘܚܐ܂ ܕܙܠ ܥܡܗܘܢ ܕܠܐ ܦܘܠܓܐ܂
ܘܐܬܘ ܥܡܝ ܐܦ ܗܠܝܢ ܫܬܐ ܐܚܝܢ܂ ܘܥܠܢ
ܠܒܝܬܗ ܕܓܒܪܐ܂ 13 ܘܐܫܬܥܝ ܠܢ ܐܝܟܢܐ ܚܙܐ
ܒܒܝܬܗ ܡܠܐܟܐ܆ ܕܩܡ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܕܫܕܪ
ܠܝܘܦܐ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܘܐܝܬܐ ܠܫܡܥܘܢ ܕܡܬܩܪܐ
ܟܐܦܐ܂ 14 ܘܗܘ ܢܡܠܠ ܥܡܟ ܡܠܐ ܕܒܗܝܢ
ܬܚܐ܂ ܐܢܬ ܘܟܠܗ ܒܝܬܟ܂ 15 ܘܟܕ ܐܫܪܝܬ
ܬܡܢ ܠܡܡܠܠܘ܆ ܐܓܢܬ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܥܠܝܗܘܢ܆ ܐܝܟ ܕܐܦ ܥܠܝܢ ܡܢ ܩܕܝܡ܂
16 ܘܐܬܕܟܪܬ ܡܠܬܗ ܕܡܪܢ܆ ܕܐܡܪ ܗܘܐ܂ ܕܝܘܚܢܢ
ܐܥܡܕ ܒܡܝܐ܆ ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܬܥܡܕܘܢ ܒܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ܂ 17 ܐܢ ܗܟܝܠ ܐܠܗܐ ܫܘܝܐܝܬ ܝܗܒ ܡܘܗܒܬܐ
ܠܥܡܡܐ܆ ܐܝܟ ܕܠܢ ܕܗܝܡܢܢ ܒܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܆ ܐܢܐ ܡܢ ܗܘܝܬ ܕܡܫܟܚ ܗܘܝܬ
ܠܡܟܠܝܘ ܠܐܠܗܐ܂ 18 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܗܠܝܢ ܡܠܐ܆ ܫܠܝܘ܆
ܘܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ܂ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܆
ܕܟܝ ܐܦ ܠܥܡܡܐ ܐܠܗܐ ܝܗܒ ܬܝܒܘܬܐ ܠܚܝܐ܀
19 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܐܬܒܕܪܘ ܗܘܘ ܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܕܗܘܐ
ܥܠ ܐܣܛܦܢܘܣ܂ ܡܛܘ ܗܘܘ ܥܕܡܐ ܠܦܘܢܝܩܐ܂
ܘܐܦ ܠܐܬܪܐ ܕܩܘܦܪܘܣ ܘܠܐܢܛܝܘܟܝܐ܂ ܟܕ ܐܢܫ
ܠܐ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܡܠܬܐ܆ ܐܠܐ ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ ܒܠܚܘܕ܂
20 ܐܝܬ ܗܘܘ ܕܝܢ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫܐ
ܡܢ ܩܘܦܪܘܣ ܘܡܢ ܩܘܪܝܢܐ܂ ܗܠܝܢ ܥܠܘ
ܗܘܘ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ܆ ܘܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܥܡ
ܝܘܢܝܐ܂ ܘܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܡܪܢ ܝܫܘܥ܂

21 ܘܐܝܬ

quod Deus purificavit, tu ne pollutum pronuncies.

10 Hoc factum est tribus vicibus: & sublata sunt omnia in cœlum.

11 Et eodem momento tres viri, qui missi fuerant ad me à Cornelio Cæsareâ, venerunt, & steterunt juxta portam vestibuli *domus* in qua diversabar.

12 Et dixit mihi Spiritus; Abi cum eis absque hæsitatione. Et venerunt mecum isti quoque sex fratres, & ingressi sumus domum ejus viri.

13 Et narravit nobis, quomodo vidisset domi suæ Angelum, qui adstitisset, & dixisset ipsi; Mitte in civitatem Joppen, & accerse Simonem qui vocatur Cephas:

14 Et ipse loquetur sermones tecum per quos servaberis tu & tota domus tua.

15 Et quum cœpissem illic loqui, obtexit Spiritus sanctus eos quemadmodum nos ab initio.

16 Et recordatus sum sermonis Domini nostri, quum diceret; Johannis baptizavit aquis, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

17 Si igitur Deus æqualiter dedit donum gentibus, illis quæ crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, sicut nobis, ego quis eram qui sufficerem ad prohibendum Deum?

18 Et quum hos sermones audivissent, tacuerunt: & glorificaverunt Deum, & dicebant; Jam etiam gentibus Deus dedit conversionem ad vitam.

19 Illi autem qui dispersi fuerant ex afflictione quæ fuerat propter Stephanum, pervenerant usque ad Phœniciam, etiam ad regionem Cypri, & Antiochiam, nemini loquentes sermonem nisi Judæis tantùm.

20 Erant autem quidam ex iis è Cypro, & ex Cyrenia, illi ingressi fuerant Antiochiam, & loquebantur cum Græcis, ac evangelizabant de Domino nostro Jesu.

21 Eratque

21 Eratque cum eis manus Domini: & multi crediderunt, & conversi sunt ad Dominum.

22 Et auditum est hoc ipsum in auribus filiorum Ecclesiæ quæ erat Hierosolymæ. Et miserunt Barnabam Antiochiam.

23 Quumque venisset illuc, & vidisset gratiam Dei, gavisus est: & efflagitabat ab eis, ut toto corde suo adhærerent Domino nostro.

24 Nam vir erat bonus, & repletus erat Spiritu sancto, & fide, & additus est populus multus Domino nostro.

25 Et ipse egressus est Tarsum ad quærendum Saulum.

26 Quumque invenisset eum, adduxit eum secum Antiochiam. Et annum totum pariter congregabantur in Ecclesia, & docuerunt populum multum. Ab eo tempore primùm vocati sunt Antiochiæ discipuli, Christiani.

27 Et diebus illis venerunt Hierosolymis illuc Prophetæ.

28 Et surrexit quidam ex iis, cujus nomen erat Agabus, & notum fecit eis per Spiritum, quòd fames magna futura esset in tota terra: & facta est fames ista diebus Claudii Cæsaris.

29 Cæterùm discipuli, sicut erat unicuique ex ipsis, decreverunt mittere in subsidium fratrum eorum qui habitabant in Judæa.

30 Et miserunt per manum Barnabæ & Sauli ad seniores qui ibi erant.

CAPUT XII.

1 EOdem autem tempore injecerat manus in quosdam qui erant in Ecclesia, ut malè tractaret eos Herodes Rex, is qui cognominatus est Agrippa.

2 Et interfecit gladio Jacobum fratrem Johannis.

3 Quumque videret, quòd placeret hoc Judæis, perrexit

apprehendere

[illegible]

apprehendere etiam Simonem Cepham: & erant dies azymorum.

4 Et apprehendit eum, & conjecit eum in carcerem, & tradidit eum sexdecim militibus, ut custodirent eum, ut post Pascha traderet eum populo Judæorum.

5 Et quum ipse Simon custodiretur in carcere, oratio assidua pro ipso offerebatur ab Ecclesia Deo.

6 Et ea ipsa nocte in cujus diluculo futurum erat, ut traderet eum, quum dormiret Simon inter duos milites, & vinctus esset duabus catenis, & alii custodirent ostia carceris:

7 Angelus Domini stetit supra eum, & lux affulsit in tota domo: & pupugit ei latus, ac excitavit eum, & dixit ei; Surge velociter. Et ceciderunt catenæ è manibus ejus.

8 Et dixit ei Angelus; Accinge lumbos tuos, & calcea scandalia tua. Et fecit ita. Et iterum dixit ei; obvolve te pallio tuo, & veni post me.

9 Et egressus est, ac sequebatur eum, ignorans quòd verum esset illud quod fiebat per Angelum: putabat enim, quòd visionem videret.

10 Et quum præterita fuisset custodia prima & secunda, venerunt usque ad portam ferream, & aperta fuit eis sponte. Quumque egressi fuissent, ac transivissent vicum unum, discessit ab eo Angelus.

11 Tunc agnovit Simon, ac dixit; Nunc novi verè, quòd Dominus misit Angelum suum, & eripuit me è manu Herodis Regis, & ab eo quod cogitabant adversus me Judæi.

12 Et quum considerasset, venit domum Mariæ matris Johannis, illius qui cognominatus est Marcus: quia fratres multi illic congregati erant, & orabant.

13 Et pulsavit ostium vestibuli: & egressa est, ut responderet ei, puella,

puella, cujus nomen Rode.

14 Et agnovit vocem Simonis: ac præ gaudio suo non aperuit ei ostium; sed reversa est cursu, & dixit eis; Simon ecce stat ad ostium vestibuli.

15 Dicunt ei; omnino turbata es. Et ipsa contendebat, quòd hoc ita esset. Dicunt ei; fortasse Angelus ejus est.

16 Et Simon pulsabat ostium: & egressi viderunt eum, & attoniti facti sunt.

17 Et innuebat eis manu sua, ut tacerent: & ingressus est, ac narravit eis, quomodo Dominus eduxisset ipsum è carcere, dixitque iis; Narrate hæc Jacobo & fratribus. Et egressus abiit in locum alium.

18 Et quum esset diluculum, extitit contentio magna inter milites de Simone, quidnam factum esset ei.

19 Herodes verò quum quæsivisset eum, & non invenisset eum, condemnavit custodes, & præcepit, ut morerentur. Et egressus est è Judæa, ac commorabatur Cæsareæ.

20 Et quia iratus erat contra Tyrios & Tzidonios, congregati sunt, & venerunt ad eum simul, & persuaso Blistao cubiculario Regis petierunt ab eo, ut esset sibi pax, quia alimonia regionis suæ ex regno erat Herodis.

21 Die autem certo indutus erat Herodes veste regia, & sedebat pro tribunali, & verba faciebat ad turbam.

22 Populus verò totus clamabat, ac dicebat; Hæ Filiæ vocum Dei sunt, & non sunt hominum.

23 Et pro eo quòd non dedisset gloriam Deo, confestim percussit eum Angelus Domini, & erosus est a vermibus, ac mortuus est.

24 Et evangelium Dei prædicabatur, & incrementum accipiebat.

25 Barnabas autem & Saul reversi

ܗܦܟܘ ܕܝܢ ܐܘܪܫܠܡ ܠܐܢܛܝܘܟܝ: ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܠܡܘ ܬܫܡܫܬܗܘܢ. ܘܕܒܪܘ ܥܡܗܘܢ ܠܝܘܚܢܢ ܗܘ ܕܐܬܟܢܝ ܡܪܩܘܣ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖

ܩܦܠܐܘܢ ܝܓ

1 ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܥܕܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝ ܢܒܝܐ ܘܡܠܦܢܐ. ܒܪܢܒܐ ܘܫܡܥܘܢ ܕܡܬܩܪܐ ܢܝܓܪ. ܘܠܘܩܝܘܣ ܕܡܢ ܩܘܪܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܡܢܐܝܠ ܒܪ ܡܪܒܝܢܘܬܗ ܕܗܪܘܕܣ ܛܛܪܪܟܐ ܘܫܐܘܠ. 2 ܘܟܕ ܗܢܘܢ ܨܝܡܝܢ ܗܘܘ ܘܡܨܠܝܢ ܠܐܠܗܐ: ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܦܪܘܫܘ ܠܝ ܠܫܐܘܠ ܘܠܒܪܢܒܐ. ܠܥܒܕܐ ܐܝܢܐ ܕܐܢܐ ܩܪܝܬ ܐܢܘܢ. 3 ܘܒܬܪ ܕܨܡܘ ܘܨܠܝܘ. ܣܡܘ ܥܠܝܗܘܢ ܐܝܕܐ ܘܫܪܘ ܐܢܘܢ ❖ 4 ܘܗܢܘܢ ܟܕ ܐܫܬܠܚܘ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ: ܢܚܬܘ ܠܗܘܢ ܠܣܠܘܩܝܐ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܪܕܘ ܒܝܡܐ ܠܩܘܦܪܘܣ. 5 ܘܟܕ ܥܠܘ ܠܣܠܡܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܡܠܬܗ ܕܡܪܢ ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܘܡܫܡܫ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. 6 ܘܟܕ ܐܬܟܪܟܘ ܠܟܠܗ ܓܙܪܬܐ. ܥܕܡܐ ܠܦܦܘܣ ܡܕܝܢܬܐ: ܐܫܟܚܘ ܓܒܪܐ ܚܕ ܚܪܫܐ ܝܗܘܕܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܢܒܝܐ ܕܓܠܐ. ܘܫܡܗ ܗܘܐ ܒܪ ܫܘܡܐ. 7 ܗܢܐ ܢܩܝܦ ܗܘܐ ܠܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܢܬܘܦܛܘܣ ܘܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܣܪܓܝܘܣ ܦܘܠܘܣ. ܘܩܪܐ ܗܘܐ ܐܢܬܘܦܛܘܣ ܠܫܐܘܠ ܘܠܒܪܢܒܐ. ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܕܢܫܡܥ ܡܢܗܘܢ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. 8 ܘܩܐܡ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠܗܘܢ ܗܢܐ ܚܪܫܐ ܒܪ ܫܘܡܐ: ܕܡܬܬܪܓܡ ܫܡܗ ܐܠܘܡܐܣ. ܡܛܠ ܕܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܗܦܟܝܘܗܝ ܠܐܢܬܘܦܛܘܣ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ.

9 ܫܐܘܠ

reversi sunt Hierosolyma Antiochiam, postquam complevissent ministerium suum; & assumserunt secum Johannem illum qui cognominatus est Marcus.

CAPUT XIII.

1 ERant autem in Ecclesia Antiochiæ Prophetæ & Doctores, Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius qui erat ex civitate Cyrene, & Manahel unà educatus cum Herode Tetrarcha, & Saul.

2 Et quum ipsi jejunarent, & obsecrarent Deum, dixit eis Spiritus sanctus; Separate mihi Saulum & Barnabam ad opus illud ad quod vocavi eos.

3 Et postquam jejunassent, & orassent, imposuerunt eis manum, & dimiserunt eos.

4 Et ipsi, quum emissi essent à Spiritu sancto, descenderunt Seleuciam: & inde iter fecerunt per mare usque in Cyprum.

5 Et quum ingressi essent Salamina civitatem, evangelizabant sermonem Domini nostri in synagogis Judæorum: & Johannes ministrabat eis.

6 Et quum circumlustrassent totam insulam usque ad civitatem Paphum, invenerunt virum quendam magum Judæum, qui erat Pseudo-propheta, cujus nomen erat Bar-Suma.

7 Hic adhærebat viro sapienti, qui erat Proconsul, & vocabatur Sergius Paulus. Et advocavit Proconsul Saulum & Barnabam, & petebat, ut audiret ab eis sermonem Dei.

8 Resistebat autem eis ipse hic magus Bar-Suma, cujus nomen exponitur Elymas: quia cupiebat avertere Proconsulem à fide.

9 Saul

9 Saul autem ille qui vocatus est Paulus, repletus erat Spiritu sancto, & intuitus est eum,

10 Ac dixit; O plene omnibus dolis & omnibus malis, fili accusatoris, & hostis omnis justitiæ, non cessas pervertere vias rectas Domini?

11 Et nunc manus Domini contra te est; & eris cæcus, & non videbis solem usque ad tempus. Et confestim cecidit super eum caligo & tenebræ, & circuibat, ac quærebat quisnam apprehenderet manum ejus.

12 Et quum vidisset Proconsul id quod factum fuerat, miratus est, & credidit doctrinæ Domini.

13 Paulus autem & Barnabas iter fecerunt per mare ex civitate Papho, & venerunt Pergen civitatem Pamphyliæ: & abscessit ab eis Johannes, ac profectus est Hierosolymam.

14 Ipsi verò egressi sunt Pergâ, & venerunt Antiochiam civitatem Pisidiæ; ac ingressi sunt synagogam, ac sederunt die sabbathi.

15 Et postquam lecta esset Lex & Prophetæ, miserunt ad eos Seniores synagogæ, & dixerunt; Viri fratres, si quis est vobis sermo exhortationis, alloquimini populum.

16 Et surrexit Paulus, & annuit manu sua, ac dixit; Viri filii Israel, & qui timetis Deum, audite.

17 Deus populi hujus elegit Patres nostros, & extulit, ac crescere fecit eos, quum essent incolæ in terra Ægypti, & brachio elato eduxit eos ex ea.

18 Et nutrivit eos in deserto quadraginta annis.

19 Et delevit septem populos in terra Canaan, & dedit eis terram eorum hæreditate possidendam.

20 Et quadringentis & quinquaginta annis dedit ei Judices, usque ad Samuelem Prophetam.

21 Et tunc petierunt sibi Regem, & dedit eis Deus

Saulum

9 ܫܐܘܠ ܕܝܢ ܗܘ ܕܐܬܩܪܝ ܦܘܠܘܣ ܐܬܡܠܝ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܚܪ ܒܗ 10 ܘܐܡܪ ܐܘ ܕܡܠܐ ܟܠܗ ܢܟܠܝܢ ܘܟܠܗܝܢ ܒܝܫܬܐ ܒܪܗ ܕܐܟܠ ܩܪܨܐ ܘܒܥܠܕܒܒܐ ܕܟܠܗ ܟܐܢܘܬܐ ܠܐ ܫܠܐ ܐܢܬ ܠܡܥܩܡܘ ܐܘܪܚܬܗ ܬܪܝܨܬܐ ܕܡܪܝܐ܀

11 ܘܗܫܐ ܐܝܕܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠܝܟ ܘܬܗܘܐ ܣܡܝܐ ܘܠܐ ܬܚܙܐ ܫܡܫܐ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ ܘܡܚܕܐ ܢܦܠܬ ܥܠܘܗܝ ܥܡܛܢܐ ܘܚܫܘܟܐ ܘܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܘܒܥܐ ܡܢܘ ܢܐܚܘܕ ܐܝܕܗ 12 ܘܟܕ ܚܙܐ ܐܢܬܘܦܛܘܣ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܐܬܕܡܪ ܘܗܝܡܢ ܒܝܘܠܦܢܗ ܕܡܪܝܐ܀ 13 ܦܘܠܘܣ ܕܝܢ ܘܒܪܢܒܐ ܪܕܘ ܒܝܡܐ ܡܢ ܦܦܘܣ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܬܘ ܠܗܘܢ ܠܦܪܓܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܦܡܦܘܠܝܐ ܘܦܪܫ ܡܢܗܘܢ ܝܘܚܢܢ ܘܐܙܠ ܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ܀

14 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܢܦܩܘ ܡܢ ܦܪܓܐ ܘܐܬܘ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܦܝܣܝܕܝܐ ܘܥܠܘ ܠܟܢܘܫܬܐ ܘܝܬܒܘ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ 15 ܘܒܬܪ ܕܐܬܩܪܝܘ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ ܫܠܚܘ ܠܗܘܢ ܩܫܝܫܐ ܕܟܢܘܫܬܐ ܘܐܡܪܘ ܓܒܪܐ ܐܚܝܢ ܐܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܡܠܬܐ ܕܒܘܝܐܐ ܡܠܠܘ ܥܡ ܥܡܐ܀ 16 ܘܩܡ ܦܘܠܘܣ ܘܐܘܫܛ ܐܝܕܗ ܘܐܡܪ ܓܒܪܐ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܐܝܠܝܢ ܕܕܚܠܝܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܫܡܥܘ 17 ܐܠܗܗ ܕܥܡܐ ܗܢܐ ܓܒܐ ܠܐܒܗܬܢ ܘܐܪܝܡ ܘܐܣܓܝ ܐܢܘܢ ܟܕ ܗܘܘ ܬܘܬܒܐ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܘܒܕܪܥܐ ܪܡܐ ܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢܗ 18 ܘܬܪܣܝ ܐܢܘܢ ܒܡܕܒܪܐ ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ 19 ܘܚܪܒ ܫܒܥܐ ܥܡܡܝܢ ܒܐܪܥܐ ܕܟܢܥܢ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܪܥܗܘܢ ܠܝܪܬܘܬܐ 20 ܘܐܪܒܥܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܕܝܢܐ ܥܕܡܐ ܠܫܡܘܐܝܠ ܢܒܝܐ 21 ܘܗܝܕܝܢ ܫܐܠܘ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ

ܠܫܐܘܠ

Saulum filium Kis, virum ex tribu Benjamin, annis quadraginta.

22 Et sustulit eum, & suscitavit eis Davidem Regem: & testatus est de eo, & dixit; Inveni Davidem filium Jessæ, virum secundùm cor meum: ipse faciet omnia placita mea.

23 E semine hujus excitavit Deus Israeli, juxta id quod pollicitus fuerat, Jesum Redemptorem.

24 Et misit Johannem, ut prædicaret ante adventum ejus baptismum conversionis toti populo Israelis.

25 Et quum expleret Johannes ministerium suum, dicebat; Quem putatis me esse, non sum ego; sed ecce, venit post me is cui non sum dignus, ut solvam corrigias calceamentorum ejus.

26 Viri fratres, filii prosapiæ Abrahami, & qui vobiscum timent Deum, vobis missum est verbum vitæ.

27 Illi enim habitatores Hierosolymæ, & Primores eorum, non perceperunt illud, nec etiam scripta Prophetarum, quæ leguntur omni sabbatho; sed condemnaverunt eum, & compleverunt omnia quæ scripta sunt.

28 Et quum non invenissent causam mortis ullam, petierunt à Pilato, ut interficerent eum.

29 Quumque perfecissent quicquid scriptum fuerat de eo, demiserunt eum de cruce, & posuerunt eum in sepulcro.

30 Deus autem excitavit eum à mortuis.

31 Et visus est diebus multis iis qui ascenderant cum eo ex Galilæa Hierosolymam: & ipsi sunt nunc testes ejus apud populum.

32 Et etiam nos ecce evangelizamus vobis, quod promissionem illam, quæ facta fuit patribus nostris,

33 Ecce compleverit eam Deus nobis filiis illorum, qui excitavit Jesum, sicut scriptum est in secundo Psalmo; Filius meus es tu, ego hodie genui te.

34 Et ſic excitavit eum Deus à mortuis, ut rurſus non ſit reverſurus viſurus corruptionem, quemadmodum dixit; Dabo vobis beneficentiam Davidis fidelem.

35 Et rurſus dixit in loco alio; Non dediſti benignum tuum, ut videret corruptionem.

36 David enim in generatione ſua miniſtravit voluntati Dei, & obdormivit, adjunctuſque eſt patribus ſuis, ac vidit corruptionem.

37 Hic verò, quem excitavit Deus, non vidit corruptionem.

38 Scitote igitur, fratres, quòd per hunc ipſum prædicetur vobis remiſſio peccatorum.

39 Et ab omnibus, à quibus non potuiſtis per Legem Moſis juſtificari, per hunc, quiſquis credit, juſtificatur.

40 Cavete igitur, ne veniat ſuper vos id quod ſcriptum eſt in Prophetis:

41 Videte contemtores, & admirabimini, ac devaſtabimini, quia opus operor diebus veſtris, quod non crederetis, ſi quis narraret vobis.

42 Et quum egrederentur ab eis, petierunt ab ipſis, ut ſabbatho alio loquerentur ſermones iſtos cum ipſis.

43 Et poſtquam dimiſſa eſſet congregatio, multi Judæi iverunt poſt eos, & etiam proſelyti, qui timebant Deum: & illi loquebantur, & ſuadebant eis, ut adhærerent gratiæ Dei.

44 Et ſabbatho alio congregata eſt tota civitas ad audiendum ſermonem Dei.

45 Et quum vidiſſent Judæi turbam magnam, repleti ſunt invidia, & obſiſtebant ſermonibus quos loquebatur Paulus, ac blaſphemabant.

46 Dixit autem Paulus & Barnabas apertè; Vobis oportebat primùm prædicari ſermonem Dei: ſed quia repellitis ipſum à vobis, & ſtatuitis contra vos

34 ܘܗܟܢܐ ܐܩܝܡܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ. ܕܬܘܒ ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܢܚܙܐ ܚܒܠܐ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܬܠ ܠܟܘܢ ܛܝܒܘܬܗ ܕܕܘܝܕ ܡܗܝܡܢܬܐ. 35 ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܒܕܘܟܐ ܐܚܪܬܐ: ܕܠܐ ܝܗܒܬ ܠܚܣܝܕܟ ܕܢܚܙܐ ܚܒܠܐ. 36 ܕܘܝܕ ܓܝܪ ܒܫܪܒܬܗ ܫܡܫ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܫܟܒ ܘܐܬܬܘܣܦ ܥܠ ܐܒܗܘܗܝ ܘܚܙܐ ܚܒܠܐ. 37 ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܐܩܝܡܗ ܐܠܗܐ ܠܐ ܚܙܐ ܚܒܠܐ. 38 ܕܥܘ ܗܟܝܠ ܐܚܝ̈ ܕܒܗ ܒܗܢܐ ܡܬܟܪܙ ܠܟܘܢ ܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ. 39 ܘܡܢ ܟܠ ܕܠܐ ܐܫܟܚܬܘܢ ܒܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ ܠܡܙܕܕܩܘ: ܒܗܢܐ ܟܠ ܕܡܗܝܡܢ ܡܙܕܕܩ. 40 ܐܙܕܗܪܘ ܗܟܝܠ ܕܠܐ ܢܐܬܐ ܥܠܝܟܘܢ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܢܒܝ̈ܐ. 41 ܕܚܙܘ ܡܒܣܪ̈ܢܐ ܘܐܬܕܡܪܘ ܘܐܬܚܒܠܘ. ܕܥܒܕܐ ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܒܝܘܡܝ̈ܟܘܢ: ܥܒܕܐ ܕܠܐ ܬܗܝܡܢܘܢ ܐܢ ܐܢܫ ܢܫܬܥܐ ܠܟܘܢ. 42 ܘܟܕ ܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܠܘܬܗܘܢ: ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗܘܢ ܕܠܫܒܬܐ ܐܚܪܬܐ ܢܡܠܠܘܢ ܥܡܗܘܢ ܡܠ̈ܐ ܗܠܝܢ. 43 ܘܟܕ ܐܫܬܪܝܬ ܟܢܘܫܬܐ: ܣܓܝ̈ܐܐ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܐܙܠܘ ܒܬܪܗܘܢ. ܘܐܦ ܓܝܘܪ̈ܐ ܕܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܘܗܢܘܢ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܘܡܦܝܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ: ܕܢܗܘܘܢ ܢܩܝܦܝܢ ܠܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ✣ 44 ܘܠܫܒܬܐ ܐܚܪܬܐ: ܟܢܝܫܐ ܗܘܬ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܫܡܥ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. 45 ܘܟܕ ܚܙܘ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ: ܐܬܡܠܝܘ ܚܣܡܐ. ܘܡܩܘܡܝܢ ܗܘܘ ܠܡܠ̈ܐ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ ܘܡܓܕܦܝܢ ܗܘܘ. 46 ܐܡܪ ܕܝܢ ܦܘܠܘܣ ܘܒܪܢܒܐ ܒܓܠܐ. ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܩܕܡܝܬ ܢܬܡܠܠ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܕܚܩܬܘܢ ܠܗ ܡܢܟܘܢ. ܘܦܣܩܬܘܢ ܥܠ

ܢܦܫܟܘܢ

ܢܦܫܟܘܢ ܕܠܐ ܫܘܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ : ܗܐ
ܡܬܦܢܝܢܢ ܠܢ ܠܘܬ ܥܡܡܐ . 47 ܗܟܢܐ ܓܝܪ
ܦܩܕ ܠܢ ܡܪܢ . ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ . ܕܣܡܬܟ ܢܘܗܪܐ
ܠܥܡܡܐ. ܕܬܗܘܐ ܠܚܝܐ ܥܕܡܐ ܠܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ.
48 ܘܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܥܡܡܐ : ܚܕܝܢ ܗܘܘ :
ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ . ܘܗܝܡܢܘ ܐܝܠܝܢ ܕܣܝܡܝܢ
ܗܘܘ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ : 49 ܘܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ
ܡܬܟܪܙܐ ܗܘܬ ܒܟܠܗ ܗܝ ܐܬܪܐ . 50 ܝܗܘܕܝܐ
ܕܝܢ ܓܪܓܘ ܠܪܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܠܢܫܐ ܥܬܝܪܬܐ
ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܝ ܥܡܗܘܢ ܕܚܠܢ ܠܐܠܗܐ : ܘܐܥܝܪܘ
ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ ܦܘܠܘܣ ܘܥܠ ܒܪܢܒܐ ܘܐܦܩܘ ܐܢܘܢ
ܡܢ ܬܚܘܡܗܘܢ . 51 ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܢܦܨܘ
ܥܠܝܗܘܢ ܚܠܐ ܕܪܓܠܝܗܘܢ . ܘܐܬܘ ܠܗܘܢ ܠܐܝܩܢܝܘܢ
ܡܕܝܢܬܐ . 52 ܘܬܠܡܝܕܐ ܡܬܡܠܝܢ ܗܘܘ
ܚܕܘܬܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ✤ ✤ ✤ ✤ ✤

vos ipsos, quod non digni sitis vita quæ est in æternum, ecce, convertimus nos ad Gentes.

47 Sic enim præcepit nobis Dominus noster, sicut scriptum est; Posui te lucem Gentibus, ut sis in salutem usque ad fines terræ.

48 Quumque audirent Gentes, gaudebant, & glorificabant Deum: crediderùntque illi, qui positi erant ad vitam quæ est in æternum,

49 Et sermo Domini prædicabatur in tota illa regione.

50 Judæi verò suscitaverunt Principes civitatis, & mulieres divites, quæ cum illis timebant Deum, & excitaverunt persequutionem contra Paulum & contra Barnabam, & ejecerunt eos è limitibus suis.

51 Et quum egrederentur, excusserunt contra eos pulverem pedum suorum: & venerunt Iconium civitatem.

52 Et discipuli replebantur gaudio & Spiritu sancto.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܕ

CAPUT. XIV.

1 ܘܐܬܘ ܥܠܘ ܠܗܘܢ ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ.
ܘܡܠܠܘ ܥܡܗܘܢ : ܐܝܟ ܕܢܗܝܡܢܘܢ
ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܘܡܢ ܝܘܢܝܐ . 2 ܝܗܘܕܝܐ
ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܗܘܘ : ܓܪܓܘ
ܠܥܡܡܐ ܕܢܒܐܫܘܢ ܠܗܘܢ ܠܐܚܐ . 3 ܘܗܢܘܢ
ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ ܬܡܢ . ܘܡܡܠܠܝܢ
ܗܘܘ ܥܠ ܡܪܢ . ܘܗܘ ܡܣܗܕ ܗܘܐ ܥܠ ܡܠܬܐ
ܕܛܝܒܘܬܗ . ܒܐܬܘܬܐ ܘܒܬܕܡܪܬܐ ܕܥܒܕ ܗܘܐ
ܒܐܝܕܝܗܘܢ . 4 ܘܐܬܦܠܓ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܢܗܘܢ
ܐܝܬ ܗܘܘ ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ : ܘܡܢܗܘܢ
ܢܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܠܫܠܝܚܐ . 5 ܗܘܐ ܕܝܢ ܥܠܝܗܘܢ
ܐܘܚܕܢܐ ܡܢ ܥܡܡܐ . ܘܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܘܡܢ ܪܫܢܝܗܘܢ.
ܕܢܨܥܪܘܢ ܐܢܘܢ ܘܢܪܓܡܘܢ ܐܢܘܢ ܒܟܐܦܐ .

1 ET venerunt, & ingressi sunt synagogam Judæorum, & ita loquuti sunt cum eis, ut crederent multi ex Judæis & ex Græcis.

2 Judæi verò, ex illis qui non obediebant, excitaverunt Gentes, ut malè afficerent fratres.

3 Et ipsi tempus multum fuerunt ibi, & palam loquebantur de Domino: & ipse testabatur de sermone gratiæ suæ per signa & prodigia quæ faciebat per manus eorum.

4 Et tota turba civitatis divisa erat: ex illis erant cum Judæis, & ex illis adhærebant Apostolis.

5 Factus est autem in eos impetus à Gentibus, & à Judæis, & Primoribus eorum, ut contumeliis afficerent eos, & obruerent eos lapidibus.

6 Quumque *hoc* cognoscerent, discesserunt, & confugerunt in civitates Lycaoniæ & Lystræ & Derbæ, & pagos qui sunt circum eas: & ibi evangelizabant.
7 Et Vir quidam habitabat in civitate Lystra, qui affligebatur pedibus suis, claudus à ventre matris suæ, qui nunquam ambulaverat.

8 Hic audivit Paulum loquentem: & quum vidisset eum Paulus, & agnosceret, quòd esset in eo fides, se servatum iri.
9 Dixit ei voce elata; Tibi dico; In nomine Domini nostri Jesu Christi surge in pedes tuos. Et exsiliens surrexit, ac ambulavit.

10 Et congregatio populi, quum vidissent id quod fecerat Paulus, extulerunt vocem suam linguâ regionis, & dicebant; Dii assimilati sunt hominibus, & descenderunt ad nos.
11 Et nominabant Barnabam dominum deorum, & Paulum Mercurium, quia ipse incipiebat sermonem.
12 Et sacerdos domini deorum, qui erat extra urbem, adduxit tauros & coronas ad fores atrii, quò loci habitabant, & volebat sacrificare illis.

13 Barnabas autem & Paulus, quum audivissent, sciderunt vestimenta sua, & prosilierunt, & egressi sunt ad turbam:
14 Et clamabant, ac dicebant; Viri, quid facitis? etiam nos homines sumus, passionibus obnoxii sicut vos, qui annunciamus vobis,ut ab istis inutilibus convertamini ad Deum viventem, qui fecit cœlum & terram & maria, & omnia quæ sunt in eis.

15 Qui in ætatibus priscis sivit omnes gentes ambulare suis ipsarum viis:

16 Quanquam non permiserit seipsum sine testimonio esse, quum faceret eis bona è cœlo, & demitteret pluviam, & crescere faceret fructus

6 ܘܟܕ ܝܕܥܘ ܥܪܩܘ ܘܐܬܛܫܝܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܠܘܩܐܘܢܝܐ ܠܘܣܛܪܐ ܘܕܪܒܐ ܘܩܘܪܝܐ ܕܚܕܪܝܗܝܢ. ܘܬܡܢ ܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܀ 7 ܘܓܒܪܐ ܚܕ ܝܬܒ ܗܘܐ ܒܠܘܣܛܪܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܟܪܝܗ ܗܘܐ ܒܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܚܓܝܪܐ ܕܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ. ܘܡܡܬܘܡ ܠܐ ܗܠܟ ܗܘܐ. 8 ܗܢܐ ܫܡܥܗ ܠܦܘܠܘܣ ܕܡܡܠܠ. ܘܟܕ ܚܙܝܗܝ ܦܘܠܘܣ ܘܐܣܬܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܚܐ. 9 ܐܡܪ ܠܗ ܒܩܠܐ ܪܡܐ. ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܩܘܡ ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܟ. ܘܫܘܪ ܩܡ ܘܗܠܟ. 10 ܘܟܢܫܐ ܕܥܡܐ ܟܕ ܚܙܐ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܦܘܠܘܣ. ܐܪܝܡܘ ܩܠܗܘܢ ܒܠܫܢܗ ܕܐܬܪܐ ܘܐܡܪܝܢ. ܐܠܗ̈ܐ ܐܬܕܡܝܘ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܘܢܚܬܘ ܠܘܬܢ. 11 ܘܡܫܡܗܝܢ ܗܘܘ ܠܒܪܢܒܐ ܡܪܐ ܐܠܗ̈ܐ. ܘܠܦܘܠܘܣ ܗܪܡܝܣ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܡܫܪܐ ܗܘܐ ܒܡܠܬܐ. 12 ܘܟܘܡܪܐ ܕܡܪܐ ܐܠܗ̈ܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ: ܐܝܬܝ ܬܘܪ̈ܐ ܘܟܠܝܠ̈ܐ ܠܬܪܥ ܕܪܬܐ ܐܝܟܐ ܕܝܬܒܝܢ ܗܘܘ: ܘܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܕܒܚ ܠܗܘܢ. 13 ܒܪܢܒܐ ܕܝܢ ܘܦܘܠܘܣ ܟܕ ܫܡܥܘ ܨܪܝܘ ܢܚ̈ܬܝܗܘܢ. ܘܫܘܪܘ ܢܦܩܘ ܠܟܢܫܐ. 14 ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ. ܓܒܪ̈ܐ ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܦ ܚܢܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܚܢܢ ܚܫܘܫܐ ܐܟܘܬܟܘܢ. ܕܡܣܒܪܝܢ ܠܟܘܢ ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܕܡ ܬܬܦܢܘܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܗܘ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܝܡ̈ܡܐ ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ. 15 ܗܘ ܕܒܕܪ̈ܐ ܩܕܡܝ̈ܐ ܫܒܩ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܒܐܘܪܚܬܗܘܢ. 16 ܟܕ ܠܐ ܫܒܩ ܢܦܫܗ ܕܠܐ ܣܗܕܘܬܐ. ܟܕ ܥܒܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܛܒܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ: ܘܡܚܬ ܗܘܐ ܡܛܪܐ: ܘܡܪܒܐ ܗܘܐ

ܦܐܪ̈ܐ

fructus temporibus suis, ac impleret saturitate & lætitia corda eorum.

17 Et quum hæc dicerent, vix cohibuerunt populum, ne quis sacrificaret ipsis.

18 Venerunt autem eò Judæi Iconio & Antiochiâ, & commoverunt contra eos populum, & lapidaverunt Paulum, & traxerunt eum extra urbem, quia putabant, quòd mortuus esset.

19 Et congregati sunt juxta eum discipuli, & surgens ingressus est urbem: & die postero egressus est inde cum Barnaba, ac venerunt in urbem Derben.

20 Et quum evangelizassent incolis urbis illius, discipulos fecerunt multos: & conversi venerunt ad urbem Lystram, & Iconium, & Antiochiam,

21 Confirmantes animos discipulorum, & efflagitantes ab iis, ut perseverarent in fide, ac dicebant eis, quòd per oppressiones multas oporteat ingredi in regnum Dei.

22 Et constituerunt eis in omni cœtu Seniores, jejunantes cum eis, ac orantes, commendantesque eos Domino nostro in quem crediderant.

23 Et quum circuissent regionem Pisidiæ, venerunt ad Pamphyliam.

24 Et quum loquuti essent in urbe Perga sermonem Domini, descenderunt Attaliam.

25 Et inde iter fecerunt per mare, & venerunt Antiochiam: quia inde commendati fuerant gratiæ Domini ad opus illud quod expleverunt.

26 Et quum congregassent totum cœtum, narrabant quicquid fecisset Deus cum eis, & quod aperuisset ostium fidei gentibus.

27 Et tempore multo fuerunt ibi apud discipulos.

CAPUT XV.

1 DEſcenderant autem quidam ex Judæa, & docebant fratres; Si non circumcidamini ritu Legis, non poteſtis ſervari.

2 Et facta eſt commotio magna & diſputatio Paulo & Barnabæ cum eis: & factum eſt, ut aſcenderint Paulus & Barnabas, & alii cum eis, ad Apoſtolos & Seniores qui erant Hieroſolymis, propter hanc quæſtionem.

3 Et deducens dimiſit eos eccleſia, & iter fecerunt per totam Phœniciam, & etiam inter Samaritanos, narrantes de converſione gentium, & fecerunt gaudium magnum omnibus fratribus.

4 Quumque veniſſent Hieroſolymam, excepti ſunt ab Eccleſia & ab Apoſtolis & à Senioribus: & narraverunt eis quicquid feciſſet cum eis Deus.

5 Surrexerunt autem homines qui crediderunt ex doctrina Phariſæorum, & dicebant; Neceſſe erat vobis circumcidere eos, & præcipere eis, ut ſervarent Legem Moſis.

6 Congregati verò ſunt Apoſtoli & Seniores, ut providerent huic ſermoni.

7 Et quum fuiſſet diſputatio multa, ſurrexit Simon, & dixit eis; Viri fratres, vos ſcitis, quòd à diebus prioribus Deus *inter nos me* elegerit, ut gentes ex ore meo ſermonem evangelii audirent, & crederent.

8 Et Deus, qui novit id quod eſt in cordibus, teſtatus eſt de eis, ac dedit eis Spiritum ſanctum ſicut nobis.

9 Et nihil diſcrevit inter nos & eos, quia purgavit fide corda eorum.

10 Et nunc vos quid tentatis Deum, ut ponatis jugum ſuper colla diſcipulorum, id

ܩܦܠܐܘܢ ܝܗ

1 ܘܢܚܬܘ ܗܘܘ ܐܢܫܐ ܡܢ ܝܗܘܕ: ܘܡܠܦܝܢ ܗܘܘ ܠܐܚܐ. ܕܐܠܐ ܓܙܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܥܝܕܐ ܕܢܡܘܣܐ: ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܚܐ. 2 ܘܗܘܐ ܚܪܝܢܐ ܘܒܥܬܐ ܠܐ ܙܥܘܪܬܐ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܒܪܢܒܐ ܥܡܗܘܢ. ܘܗܘܐ ܕܢܣܩܘܢ ܦܘܠܘܣ ܘܒܪܢܒܐ ܘܐܚܪܢܐ ܥܡܗܘܢ: ܠܘܬ ܫܠܝܚܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܡܛܠ ܗܕܐ ܒܥܬܐ. 3 ܘܠܘܝܬ ܐܢܘܢ ܥܕܬܐ ܘܫܕܪܬ ܐܢܘܢ. ܘܪܕܝܢ ܗܘܘ ܒܟܠܗ ܦܘܢܝܩܐ. ܘܐܦ ܒܝܬ ܫܡܪܝܐ. ܡܫܬܥܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܦܘܢܝܐ ܕܥܡܡܐ. ܘܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܐ. 4 ܘܟܕ ܐܬܘ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܐܬܩܒܠܘ ܡܢ ܥܕܬܐ ܘܡܢ ܫܠܝܚܐ ܘܡܢ ܩܫܝܫܐ. ܘܐܫܥܝܘ ܠܗܘܢ ܟܠܡܐ ܕܥܒܕ ܥܡܗܘܢ ܐܠܗܐ. 5 ܘܩܡܘ ܕܝܢ ܐܢܫܐ ܐܝܠܝܢ ܕܗܝܡܢܘ ܗܘܘ ܡܢ ܝܘܠܦܢܐ ܕܦܪܝܫܐ: ܘܐܡܪܝܢ: ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܡܓܙܪ ܐܢܘܢ. ܘܠܡܦܩܕ ܐܢܘܢ ܕܢܛܪܘܢ ܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ. 6 ܘܐܬܟܢܫܘ ܕܝܢ ܫܠܝܚܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܢܚܙܘܢ ܥܠ ܡܠܬܐ ܗܕܐ. 7 ܘܟܕ ܗܘܬ ܒܥܬܐ ܣܓܝܐܬܐ: ܩܡ ܫܡܥܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܓܒܪܐ ܐܚܝܢ: ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܡܢ ܝܘܡܬܐ ܩܕܡܝܐ: ܡܢ ܦܘܡܝ ܨܒܐ ܐܠܗܐ ܕܢܫܡܥܘܢ ܥܡܡܐ ܡܠܬܐ ܕܣܒܪܬܐ. ܘܢܗܝܡܢܘܢ. 8 ܘܐܠܗܐ ܕܝܕܥ ܕܒܠܒܘܬܐ ܐܣܗܕ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܝܟ ܕܠܢ. 9 ܘܡܕܡ ܠܐ ܦܪܫ ܒܝܢܬܢ ܠܒܝܢܬܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܟܝ ܠܒܘܬܗܘܢ. 10 ܘܗܫܐ ܡܢܐ ܡܢܣܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐܠܗܐ. ܐܝܟ ܕܬܣܝܡܘܢ ܢܝܪܐ ܥܠ ܨܘܪܗܘܢ ܕܬܠܡܝܕܐ:

ܐܢܐ

quod neque Patres nostri, neque nos potuimus ferre?

11 Sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus nos servatum iri sicut ipsi.

12 Et tacuerunt universus cœtus, ac audiebant Paulum & Barnabam, qui narrabant de eo quod fecisset Deus per manus eorum, signa & prodigia inter Gentes.

13 Et postquam conticuissent, surrexit Jacobus, ac dixit; Viri fratres, audite me.

14 Simon narravit vobis, quomodo cœperit Deus eligere ex Gentibus populum nomini suo.

15 Et huic rei consonant sermones Prophetarum, sicut scriptum est;

16 Post hæc revertar & erigam tabernaculum David quod collapsum fuerat, & ædificabo quod corruerat ex eo, & erigam illud:

17 Ut requirant cæteri homines Dominum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum: ait Dominus qui fecit hæc omnia.

18 Nota sunt à seculo opera Dei.

19 Propter hoc ego dico, ne obtundant eos qui ex Gentibus convertuntur ad Deum.

20 Sed mittatur ad eos, ut abstineant à pollutione immolati *idolis*, & à scortatione, & ab eo quod suffocatum est, & à sanguine.

21 Mosen enim quod attinet; ei ab ætatibus priscis in omni civitate fuerunt præcones in synagogis qui omnibus sabbatis legunt eum.

22 Tunc Apostoli & Seniores cum tota Ecclesia elegerunt viros ex sese, & miserunt Antiochiam cum Paulo & Barnaba Judam, qui vocatur Barsaba, & Silam, viros qui primarii erant inter fratres:

23 Et scripserunt epistolam per manus eorum, ita: Apostoli & Seniores & fratres,

iis

iis qui sunt Antiochiæ, & in Syria, & in Cilicia, fratres qui sunt ex Gentibus, pacem.

24 Auditum est à nobis, quòd quidam è nobis egressi sint, & turbaverint vos sermonibus, & subverterint animas vestras, dicentes, ut circumcidamini, & servetis Legem, quibus nos non mandavimus.

25 Propterea cogitavimus omnes nos simul congregati, & elegimus viros, misimusque eos ad vos cum Paulo & Barnaba dilectis nostris,

26 Hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi.

27 Et misimus cum eis Judam & Silam, qui ipsi sermone exponent vobis ipsa hæc.

28 Placuit enim Spiritui sancto, & etiam nobis, ut non imponeretur vobis onus amplius præter hæc quæ necessaria sunt:

29 Ut abstineatis ab eo quod immolatum *est simulacris*, & à sanguine, & à suffocato, & à scortatione: & quum servaveritis vos ipsos ab illis, benè eritis. Estote firmi in Domino nostro.

30 Illi autem, qui missi fuerant, venerunt Antiochiam, & congregaverunt totum populum, ac tradiderunt epistolam.

31 Et quum legissent, gavisi sunt, & consolationem acceperunt.

32 Sermone quoque copioso corroboraverunt fratres, & confirmaverunt eos socii Judæ & Silæ: quippe qui & ipsi Prophetæ essent.

33 Quumque fuissent ibi *aliquod* tempus, dimiserunt eos fratres in pace ad Apostolos.

34 Verùm placuit Silæ manere ibi.

35 Paulus autem & Barnabas manserunt Antiochiæ, & docebant, ac evangelizabant cum aliis multis sermonem Dei.

36 Et post *aliquot* dies dixit Paulus Barnabæ; Revertamur, & visitemus fratres qui sunt in omni civitate in qua prædicavimus sermonem Dei, & videamus, quid faciant.

37 Barnabas autem volebat assumere Johannem, illum

ܗܘ ܕܐܬܟܢܝ ܡܪܩܘܣ. 38 ܦܘܠܘܣ ܕܝܢ
ܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܕܒܪܗ ܥܡܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܫܒܩ
ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܟܕ ܗܘܘ ܒܦܡܦܘܠܝܐ. ܘܠܐ ܐܙܠ
ܥܡܗܘܢ. 39 ܡܛܠ ܗܕܐ ܚܪܝܢܐ ܦܪܫܘ ܚܕ ܡܢ
ܚܕ. ܘܒܪܢܒܐ ܕܒܪ ܠܡܪܩܘܣ ܘܪܕܘ ܒܝܡܐ ܘܐܬܘ
ܠܩܘܦܪܘܣ. 40 ܦܘܠܘܣ ܕܝܢ ܓܒܐ
ܠܗ ܠܫܝܠܐ ܘܢܦܩ ܟܕ ܡܓܥܠ ܡܢ ܐܚܐ
ܠܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. 41 ܘܪܕܐ ܗܘܐ ܒܣܘܪܝܐ
ܘܒܩܝܠܝܩܝܐ ܘܡܫܪܪ ܗܘܐ ܥܕܬܐ ܀

illum, qui cognominatus est Marcus.

38 Paulus verò nolebat assumere eum secum, eo quòd reliquisset ipsos, quum essent in Pamphylia, & non abiisset cum eis.

39 Propter hanc contentionem separati sunt alter ab altero. Et Barnabas assumsit Marcum, & iter fecerunt per mare, & profecti sunt in Cyprum.

40 Paulus autem elegit sibi Silam, & egressus est commendatus à fratribus gratiæ Dei.

41 Et iter faciebat per Syriam & per Ciliciam, & confirmabat Ecclesias.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܘ

1 ܘܡܛܐ ܗܘܐ ܠܕܪܒܐ ܡܕܝܢܬܐ ܘܠܠܘܣܛܪܐ ܀
ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܬܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܚܕ ܕܫܡܗ
ܛܝܡܬܐܘܣ. ܒܪܗ ܕܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܝܗܘܕܝܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ.
ܘܐܒܘܗܝ ܐܪܡܝܐ. 2 ܘܬܠܡܝܕܐ ܕܡܢ
ܠܘܣܛܪܐ ܘܡܢ ܐܝܩܢܘܢ. ܡܣܗܕܝܢ ܗܘܘ
ܥܠܘܗܝ. 3 ܠܗܢܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ
ܕܢܕܒܪܝܘܗܝ ܥܡܗ: ܘܢܣܒ ܓܙܪܗ. ܡܛܠ
ܝܗܘܕܝܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܐܬܪܐ. ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ
ܟܠܗܘܢ ܠܐܒܘܗܝ ܕܐܪܡܝܐ ܗܘܐ. 4 ܘܟܕ ܡܟܪܟܝܢ
ܗܘܘ ܒܡܕܝܢܬܐ: ܡܟܪܙܝܢ ܗܘܘ ܘܡܠܦܝܢ
ܠܗܘܢ ܕܢܗܘܘܢ ܢܛܪܝܢ ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܟܬܒܘ
ܫܠܝܚܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܒܐܘܪܫܠܡ. 5 ܗܝ ܕܝܢ ܥܕܬܐ
ܡܫܬܪܪܢ ܗܘܝ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܡܣܓܝܢ ܗܘܝ
ܒܡܢܝܢܐ ܟܠܝܘܡ. 6 ܘܗܠܟܘ ܕܝܢ ܒܦܪܘܓܝܐ
ܘܒܓܠܛܝܐ ܐܬܪܘܬܐ. ܘܟܠܐ ܐܢܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ:
ܕܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܒܐܣܝܐ. 7 ܘܟܕ
ܐܬܘ ܠܡܘܣܝܐ ܐܬܪܐ: ܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܐܙܠܘܢ ܡܢ
ܬܡܢ ܠܒܝܬܘܢܝܐ. ܘܠܐ ܐܪܦܝ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ
ܕܝܫܘܥ ܀ 8 ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܘܣܝܐ:
ܐܬܘ

CAPUT. XVI.

1 AC pervenit Derben civitatem & Lystram. Erat autem ibi discipulus quidam, cujus nomen Timotheus, filius Judææ cujusdam fidelis, & pater ejus gentilis erat.

2 Et omnes discipuli qui erant ex Lystra & ex Iconio testabantur de eo.

3 Hunc volebat Paulus assumere secum, & acceptum eum circumcidit, propter Judæos qui erant in eo loco: noverant enim omnes patrem ejus, quod gentilis esset.

4 Et quum proficiscerentur in civitates, prædicabant ac docebant eos, ut servarent mandata quæ scripserant Apostoli & Seniores qui erant Hierosolymis.

5 Itaque Ecclesiæ confirmabantur in fide, & augebantur numero quotidie.

6 Ambulaverunt autem per Phrygiam & per Galatiam regiones, & prohibuit eos Spiritus sanctus, ne loquerentur sermonem Dei in Asia.

7 Et quum venissent in Mysiam regionem, volebant proficisci inde in Bithyniam, & non permisit eis Spiritus Jesu.

8 Et quum exivissent ex Mysia,

venerunt

venerunt in Troadem regionem.

9 Et per visionem noctis visus est Paulo quasi vir quidam Macedo, stans, & efflagitans ab eo, dicens; Veni in Macedoniam, & adjuva me.

10 Quum autem vidisset Paulus hanc visionem, statim voluimus exire in Macedoniam: quia intellexeramus, quod Dominus noster vocaret nos, ut evangelizaremus eis.

11 Et iter fecimus ex Troade, ac recta tetendimus in Samothraciam; inde die postero venimus in civitatem Neapolin:

12 Et illinc Philippos, quæ ipsa est Caput Macedoniæ, & erat colonia. Fuimus autem in hac civitate aliquot diebus.

13 Et egressi sumus die sabbathi extra portam urbis juxta ripam fluminis; quia ibi conspiciebatur domus orationis. Quumque sederemus, loquebamur cum mulieribus quæ congregatæ erant ibi.

14 Et mulier quædam *erat* vendens purpuram, quæ timebat Deum, nomen ejus erat Lydia, ex Theatira civitate; cujus cor Dominus noster aperuit, & audiebat id quod dicebat Paulus.

15 Ac baptizata est ipsa, & domestici ejus, & rogabat nos, ac dicebat; Si id est, quod verè confiditis, quod crediderim in Dominum nostrum, venite, & diversamini in ædibus meis. Et valde coegit nos.

16 Et factum est, quum proficisceremur domum orationis, occurrit nobis puella quædam, cui erat spiritus Divinationis: & faciebat dominis suis quæstum magnum divinatione qua divinabat.

17 Et veniebat post Paulum & post nos, & clamabat, ac dicebat; Hi homines servi sunt Dei Altissimi, & evangelizant vobis viam salutis.

18 Et ita faciebat diebus multis, & irritatus est Paulus, ac dixit spiritui

Spiritui illi; Ego præcipio tibi in nomine Jeſu Chriſti, ut exeas ab ea. Et eadem hora exivit.

19 Et quum vidiſſent domini ejus, quòd exiviſſet ex ea ſpes quæſtus ipſorum, apprehenderunt Paulum & Silam, & trahentes adduxerunt eos in forum:

20 Et obtulerunt eos Præfectis ac Primoribus civitatis, ac dicebant; Iſti homines conturbant urbem noſtram, quia Judæi ſunt:

21 Et prædicant nobis ritus eos quos non permiſſum eſt nobis recipere & exequi, quia Romani ſumus.

22 Et turba multa congregata eſt contra eos: tunc Præfecti diruperunt veſtimenta eorum, & præceperunt, ut flagellarent eos.

23 Quumque flagellaſſent eos multum, conjecerunt eos in carcerem, & præceperunt cuſtodi carceris, ut cuſtodiret eos diligenter.

24 Ipſe autem quum accepiſſet hoc mandatum, introducens incluſit eos in locum interiorem carceris, & vinxit pedes eorum numella.

25 Et mediâ nocte Paulus & Silas orabant, ac glorificabant Deum, & audiebant eos vincti.

26 Et repentè *terræ* motus magnus factus eſt, & commota ſunt fundamenta carceris, & apertæ ſunt ſtatim fores omnes, & vincula omnium ſoluta ſunt.

27 Et quum expergefactus eſſet cuſtos carceris, & vidiſſet, quod apertæ eſſent fores carceris, accepit gladium, & quæſivit ſeipſum interficere, eo quòd putabat, quòd aufugiſſent vincti.

28 Et vocavit eum Paulus voce elata, ac dixit ei; Ne facias tibi ipſi aliquid mali, quia omnes nos hic ſumus.

29 Et accendit ſibi lucernam, & proſiliit, ac ingreſſus eſt tremens, & procidit ad pedes Pauli & Silæ.

30 Et

30 Et deduxit eos foras, ac dicebat eis; Domini mei, quid oportet me facere, ut server?

31 Et ipsi dixerunt ei; Crede in Dominum nostrum Jesum Christum, & servaberis tu & domus tua.

32 Et alloquuti sunt eum sermonem Domini, & omnes domesticos ejus.

33 Et eadem hora illa nocte assumens lavit eos à plaga eorum: & continuò baptizatus est ipse & domestici ejus omnes.

34 Et acceptos eos subduxit domum suam, & apposuit eis mensam, exsultabatque ipse & domestici ejus omnes in fide Dei.

35 Et quum esset diluculum, miserunt Præfecti eos qui ferebant fasces, qui dicerent Præfecto carceris; Dimitte illos homines.

36 Et quum audivisset præfectus carceris, ingressus dixit hunc ipsum sermonem Paulo; Miserunt, *inquit*, duces, ut dimittamini: & nunc exite, & abite in pace.

37 Dixi ei Paulus; Insontes flagellarunt nos coram mundo toto, homines Romanos, & conjecerunt nos in carcerem, & nunc clam ejiciunt nos? Non profectò: sed ipsi veniant, & educant nos.

38 Et abierunt qui gestabant fasces, ac dixerunt ducibus sermones illos qui dicti fuerant sibi. Quumque audivissent, quòd Romani essent, timuerunt:

39 Et venerunt ad eos, ac rogaverunt eos, ut exirent, ac discederent ab urbe.

40 Quumque egressi essent è carcere, introiverunt ad Lydiam, ac viderunt ibi fratres, ac consolati sunt eos, & egressi sunt.

CAPUT

ܩܦܠܐܘܢ ܝܙ

1 ܥܒܪܘ ܕܝܢ ܒܐܡܦܝܦܘܠܝܣ ܘܐܦܘܠܘܢܝܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܬܘ ܠܬܣܠܘܢܝܩܐ: ܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. 2 ܘܥܠ ܦܘܠܘܣ ܐܝܟܢܐ ܕܡܥܕ ܗܘܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܬܠܬܐ ܫܒܬܐ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܡܢ ܟܬܒܐ. 3 ܟܕ ܡܦܫܩ ܗܘܐ ܘܡܚܘܐ: ܕܡܫܝܚܐ ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܚܫ ܘܢܩܘܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܘܗܘܝܘ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܢܐ ܕܡܣܒܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. 4 ܘܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܗܝܡܢܘ ܘܐܬܢܩܦܘ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܫܝܠܐ. ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܐܝܠܝܢ ܕܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܘܐܦ ܢܫܐ ܝܕܝܥܬܐ ܠܐ ܙܥܘܪܝܬܐ. 5 ܘܐܬܚܣܡܘ ܗܘܘ ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܙܠܘ ܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܒܝܫܐ ܡܢ ܫܘܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܘܥܒܕܘ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܫܓܫܘܗ ܗܘܘ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܬܘ ܘܩܡܘ ܠܘܬܗ ܒܒܝܬܗ ܕܝܐܣܘܢ ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܕܢܦܩܘܢ ܐܢܘܢ ܡܢ ܬܡܢ: ܘܢܫܠܡܘܢ ܐܢܘܢ ܠܐܟܠܘܣ. 6 ܘܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܐܢܘܢ ܬܡܢ: ܢܓܪܘܗ ܗܘܘ ܠܝܐܣܘܢ ܘܠܐܚܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܬܡܢ. ܘܐܝܬܝܘ ܐܢܘܢ ܠܘܬ ܪܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܟܕ ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܕܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܠܟܠܗ ܐܪܥܐ ܫܓܫܘ. ܘܗܐ ܠܗܪܟܐ ܐܬܘ. 7 ܘܡܩܒܠܢܗܘܢ ܗܘܐ ܝܐܣܘܢ. ܘܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܠܘܩܒܠ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܩܣܪ ܩܝܡܝܢ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܕܐܝܬ ܡܠܟܐ ܐܚܪܢܐ ܝܫܘܥ. 8 ܐܬܪܓܫܘ ܕܝܢ ܪܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܟܕ ܫܡܥܘ ܗܠܝܢ. 9 ܘܢܣܒܘ ܡܘܗܒܐ ܡܢ ܝܐܣܘܢ ܘܐܦ ܡܢ ܐܚܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܫܪܘ ܐܢܘܢ. 10 ܐܚܐ ܕܝܢ ܒܗ ܒܠܠܝܐ ܫܕܪܘ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܫܝܠܐ ܠܒܪܘܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܟܕ ܐܙܠܘ ܠܬܡܢ:

ܥܠܘ

CAPUT. XVII.

1 AC transiverunt per Amphipolin & Apolloniam civitates, veneruntque Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.

2 Et ingressus est Paulus, sicut solitus erat, ad eos, & sabbathis tribus loquutus est cum eis ex Scripturis,

3 Explicans & ostendens, quòd oportuerit Christum pati, & resurgere à mortuis, & ipsum esse Jesum Christum, hunc quem, *inquit*, euangelizo vobis.

4 Et quidam ex eis crediderunt, & adhæserunt Paulo & Silæ, & multi ex Græcis, qui timebant Deum, ac etiam mulieres celebres non paucæ.

5 Et invidia moti sunt Judæi, & adjunxerunt se illis viri mali ex foro civitatis, feceruntque turbam magnam, & conturbarunt civitatem: & venerunt, ac steterunt contra domum Jasonis, quærebantque, ut educerent eos inde, & traderent eos turbæ.

6 Quumque non invenissent eos ibi, traxerunt Jasonem & fratres qui erant ibi, & adduxerunt eos ad Primores civitatis, clamantes; Hi sunt qui totam terram turbârunt, & ecce, rursus huc venerunt.

7 Et hospes eorum est hic Jason, & omnes hi contra mandata Cæsaris insurgunt, dicentes, quòd sit Rex alius, Jesus.

8 Turbati autem sunt Primores civitatis & universus populus, quum audivissent hæc.

9 Et acceperunt fide-jussores à Jasone, & etiam à fratribus: & tunc dimiserunt eos.

10 Fratres verò statim ea ipsa nocte dimiserunt Paulum & Silam Berœam civitatem: quumque venissent illuc, ingressi

ingressi sunt synagogas Judæorum.

11 Nobiliores enim erant illi Judæi qui illic erant, quam Judæi qui erant Thessalonicæ, & audiebant ab eis sermonem quotidie hilariter, quum discuterent ex Scripturis, num hæc ita essent.

12 Et multi ex eis crediderunt, & ita etiam ex Græcis viri multi & mulieres celebres.

13 Et quum cognovissent Judæi illi Thessalonicenses, quod sermo Dei prædicaretur à Paulo in civitate Berœa, venerunt etiam illuc, neque desierunt commovere & turbare plebem.

14 Et Paulum dimiserunt fratres, ut descenderet ad mare. Et mansit in ea civitate Silas & Timotheus.

15 Et illi qui comites se præbuerunt Paulo venerunt quoque cum eo usque ad civitatem Athenas: & quum exirent ab eo, acceperunt ab eo epistolam ad Silam & Timotheum, ut cito proficiscerentur ad ipsum.

16 Ipse autem Paulus, quum exspectaret Athenis, amaritudine afficiebatur in spiritu suo: Videbat *enim* civitatem plenam simulacris.

17 Et loquebatur in synagoga cum Judæis, & cum iis qui timebant Deum, & in foro cum iis qui obviam veniebant quotidie.

18 Philosophi etiam qui ex doctrina erant Epicuri, & alii qui vocabantur Stoici, disputabant cum eo, & quisque ex eis dicebant; Quid sibi vult hic collector sermonum? Et alii dicebant; Deos peregrinos prædicat: quia Jesum & resurrectionem ejus prædicabat eis.

19 Et apprehenderunt eum, & deduxerunt eum domum judicii, quæ vocatur Areo-

ܐܪܝܘܣ ܦܓܘܣ. ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܡܕܥ ܡܢܘ ܗܕܐ ܡܠܦܢܘܬܐ ܚܕܬܐ ܕܡܟܪܙ ܐܢܬ. 20 ܡܠܐ ܓܝܪ ܢܘܟܪܝܬܐ ܐܝܬ ܐܢܬ ܡܫܡܥ ܠܢ: ܘܨܒܝܢܢ ܠܡܕܥ ܡܢܐ ܐܢܝܢ ܗܠܝܢ. 21 ܐܬܢܝܐ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܠܬܡܢ ܢܘܟܪܝܐ: ܥܠ ܡܕܡ ܐܚܪܢ ܠܐ ܒܛܝܠܝܢ ܗܘܘ: ܐܠܐ ܠܡܐܡܪ ܘܠܡܫܡܥ ܡܕܡ ܚܕܬ. 22 ܘܟܕ ܩܡ ܦܘܠܘܣ ܒܐܪܝܘܣ ܦܓܘܣ ܐܡܪ. ܓܒܪܐ ܐܬܢܝܐ: ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܒܟܠܡܕܡ ܡܝܬܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܕܚܠܬ ܫܐܕܐ. 23 ܟܕ ܡܬܟܪܟ ܗܘܝܬ ܘܚܙܐ ܗܘܝܬ ܒܝܬ ܕܚܠܬܟܘܢ. ܐܫܟܚܬ ܓܘܡܐ ܚܕ: ܕܟܬܝܒ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ. ܠܐܠܗܐ ܟܣܝܐ. ܗܘ ܗܟܝܠ ܕܟܕ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܚܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ: ܠܗ ܗܘ ܡܟܪܙ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. 24 ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܕܥܒܕ ܥܠܡܐ ܘܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗ. ܘܗܘܝܘ ܡܪܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ: ܒܗܝܟܠܐ ܕܥܒܕ ܐܝܕܝܐ ܠܐ ܥܡܪ. 25 ܘܠܐ ܡܫܬܡܫ ܡܢ ܐܝܕܝ ܒܢܝܢܫܐ. ܘܠܘܬ ܡܕܡ ܠܐ ܣܢܝܩ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܝܗܒ ܠܟܠܢܫ ܚܝܐ ܘܢܦܫܐ. 26 ܘܥܒܕ ܡܢ ܕܡܐ ܚܕ ܟܠܗ ܥܠܡܐ ܕܒܢܝܢܫܐ: ܕܢܗܘܘܢ ܥܡܪܝܢ ܥܠ ܐܦܝ ܐܪܥܐ ܟܠܗ. ܘܦܪܫ ܙܒܢܐ ܒܦܘܩܕܢܗ: ܘܣܡ ܬܚܘܡܐ ܠܡܥܡܪܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. 27 ܕܢܗܘܘܢ ܒܥܝܢ ܠܐܠܗܐ ܘܡܢ ܒܪܝܬܗ: ܘܡܢ ܒܪܝܬܗ ܢܫܟܚܘܢܝܗܝ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܐ ܗܘܐ ܪܚܝܩ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢܢ. 28 ܒܗ ܗܘ ܓܝܪ ܚܝܝܢܢ ܘܡܬܬܙܝܥܝܢܢ ܘܐܝܬܝܢ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܫܐ ܡܢ ܚܟܝܡܐ ܕܠܘܬܟܘܢ ܐܡܪܘ. ܕܡܢܗ ܗܘ ܛܘܗܡܢ. 29 ܐܢܫܐ ܗܟܝܠ ܕܛܘܗܡܗܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ: ܠܐ ܫܘܝܢܢ ܠܡܣܒܪ ܕܠܕܗܒܐ ܐܘ ܠܣܐܡܐ. ܐܘ ܠܟܐܦܐ ܕܓܠܝܦܐ ܒܐܘܡܢܘܬܐ ܘܒܡܚܫܒܬܐ ܕܒܪܢܫܐ ܕܡܝܐ ܐܠܗܘܬܐ. 30 ܙܒܢܐ

Areo-pagus, dicentes ei; Possumusne cognoscere quæ sit hæc doctrina nova quam prædicas?

20 Sermones enim peregrinos seminas in auditu nostro: & cupimus cognoscere, quinam hi sint.

21 Athenienses autem omnes, & illi qui veniebant illuc peregrini, de nulla alia re soliciti erant, nisi ad dicendum & audiendum aliquid novi.

22 Et quum staret Paulus in Areopago, dixit; Viri Athenienses, video ego vos, quòd in omnibus excellitis in religione dæmonum.

23 Quum circuirem, & viderem ædem vestrarum religionum, inveni aram quandam, cui inscriptum erat; DEI RECONDITI. Eum igitur quem ignorantes vos colitis, hunc ipsum ego prædico vobis.

24 Deus enim qui fecit mundum, & quicquid est in eo, & ipse est Dominus cœli & terræ, in templis manufactis non habitat:

25 Neque ministratur à manibus hominum, neque ullius rei est indigens, quia ipse dat unicuique vitam & animam.

26 Et ex uno sanguine fecit mundum totum hominum, ut habitarent super faciem terræ universæ: & definivit tempora mandato suo, posuitque limites habitationis hominum:

27 Ut quærerent Deum, & pervestigarent, & ex creaturis ejus invenirent ipsum; eo quòd etiam non longè abest ab unoquoque ex nobis.

28 In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus: sicut etiam quidam ex sapientibus vestris dixit: Ex ipso est progenies nostra.

29 Homines igitur, quorum progenies ex Deo est, non debemus existimare, quòd auro aut argento aut lapidi artificio & scientia hominis sculpto similis sit divinitas.

30 Tempora

30 Tempora enim erroris præterire fecit Deus; & tempore hoc præcipit omnibus hominibus, ut unusquisque in omni loco resipiscat.

31 Quia statuit diem, in quo judicaturus est universam terram in justitia, per virum quem definivit: & convertit omnem hominem ad fidem ejus, quum excitavit eum à mortuis.

32 Quumque audivissent resurrectionem quæ est à mortuis, quidam ex eis deridebant, & quidam ex eis dicebant; Tempore alio audiemus te de hoc.

33 Et ita egressus est Paulus è medio eorum.

34 Et quidam ex eis adhæserunt ei, ac crediderunt: unus autem ex iis erat Dionysius, ex judicibus Areopagi, & mulier quædam cujus nomen Damaris, & alii cum eis.

30 ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܕܛܘܥܝܝܐ ܐܥܒܪ ܐܠܗܐ. ܘܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܡܦܩܕ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ: ܕܟܠ ܐܢܫ ܒܟܠ ܕܘܟ ܢܬܘܒ. 31 ܡܛܠ ܕܐܩܝܡ ܝܘܡܐ ܕܒܗ ܥܬܝܕ ܕܢܕܘܢ ܠܐܪܥܐ ܟܠܗ ܒܟܐܢܘܬܐ: ܒܝܕ ܓܒܪܐ ܕܦܪܫ: ܘܐܦܢܝ ܠܟܠ ܐܢܫ ܠܗܝܡܢܘܬܗ ܟܕ ܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. 32 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܩܝܡܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ: ܡܢܗܘܢ ܡܒܙܚܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܢܗܘܢ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ. ܠܙܒܢ ܐܚܪܢ ܢܫܡܥܟ ܥܠ ܗܕܐ. 33 ܘܗܟܢܐ ܢܦܩ ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܒܝܢܬܗܘܢ. 34 ܘܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܐܬܢܩܦܘܗܝ ܘܗܝܡܢܘ. ܚܕ ܕܝܢ ܡܢܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܡܢ ܕܝܢܐ ܕܐܪܝܘܦܓܘܣ. ܘܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝܣ. ܘܐܚܪܢܐ ܥܡܗܘܢ ✣ ✣ ✣ ✣

CAPUT XVIII.

1 ET quum egressus esset Paulus Athenis, venit Corinthum.

2 Et invenit ibi hominem quendam Judæum, cujus nomen erat Aquilas, qui erat ex Ponto regione, qui eo ipso tempore venerat è regione Italiæ, ipse & Priscilla uxor ejus: (eo quòd præcepisset Claudius Cæsar, ut exirent omnes Judæi Româ) & accessit ad eos.

3 Eò quòd artificii eorum esset, diversatus est apud eos, & operabatur cum eis: artificio autem suo conficientes tabernacula erant.

4 Et loquebatur in synagoga omni sabbatho, & suadebat Judæis & Ethenicis.

5 Quumque venissent ex Macedonia Silas & Timotheus, constrictus erat in sermone ipse Paulus, eo quòd insurgerent in eum

Judæi,

ܩܦܠܐܘܢ ܝܚ

1 ܘܟܕ ܢܦܩ ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܐܬܝܢܘܣ: ܐܬܐ ܠܗ ܠܩܘܪܢܬܘܣ. 2 ܘܐܫܟܚ ܬܡܢ ܓܒܪܐ ܚܕ ܝܗܘܕܝܐ: ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܐܩܘܠܐܘܣ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܦܢܛܘܣ ܐܬܪܐ. ܕܒܗ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܐܝܛܠܝܐ. ܗܘ ܘܦܪܝܣܩܠܐ ܐܢܬܬܗ. ܡܛܠ ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܩܠܘܕܝܘܣ ܩܣܪ: ܕܢܦܩܘܢ ܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝܐ ܡܢ ܪܗܘܡܝ. ܘܩܪܒ ܠܘܬܗܘܢ. 3 ܡܛܠ ܕܒܢܝ ܐܘܡܢܘܬܗܘܢ ܗܘܐ ܫܪܐ ܠܗ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܦܠܚ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ. ܒܐܘܡܢܘܬܗܘܢ ܕܝܢ ܓܪܕܝܐ ܗܘܘ. 4 ܘܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܟܢܘܫܬܐ ܒܟܠ ܫܒܐ. ܘܡܦܝܣ ܗܘܐ ܠܝܗܘܕܝܐ ܘܠܚܢܦܐ. 5 ܘܟܕ ܐܬܘ ܗܘܘ ܡܢ ܡܩܕܘܢܝܐ ܫܝܠܐ ܘܛܝܡܬܐܘܣ: ܐܠܝܨ ܗܘܐ ܒܡܠܬܐ ܗܘ ܦܘܠܘܣ. ܡܛܠ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܘܩܒܠܗ

ܝܗܘܕܝܐ

[illegible]

Judæi, & blasphemarent, quum testaretur eis, quod Jesus esset Christus.

6 Et excussit vestimenta sua, ac dixit eis; Ab hoc tempore ego purus sum: proficiscor ad gentes.

7 Et egressus est inde, ac introivit domum cujusdam, cujus nomen Titus, qui timebat Deum: & domus ejus adhærebat synagogæ.

8 Et Crispus Præfectus Synagogæ crediderat in Dominum nostrum, ipse & domestici ejus omnes: ac multi Corinthii audiebant, & credebant in Deum, ac baptizabantur.

9 Et dixit Dominus in visione Paulo; Ne timeas, sed loquere, & ne taceas:

10 Quia ego tecum sum, & nemo potest nocere tibi: & populus multus est mihi in urbe hac.

11 Mansit autem annum & menses sex Corinthi, & docebat eos sermonem Dei:

12 Et quum esset Gallion Proconsul Achaiæ, congregati sunt *Judæi* pariter contra Paulum, & adduxerunt eum ante tribunal,

13 Dicentes; Hic præter legem suadet hominibus revereri Deum.

14 Et quum peteret Paulus, ut aperiret os suum, & loqueretur, dixit Gallion Judæis; Si de aliqua re mala aut fraudulenta aut re detestabili accusaretis, ô Judæi, convenienter susciperem vos:

15 Si autem quæstiones sunt de sermone & de nominibus & de lege vestra, ipsi nostis inter vos: ego enim nolo esse judex harum rerum.

16 Et repulit eos à tribunali suo.

17 Et apprehenderunt omnes Ethnici Sosthenem Seniorem synagogæ, & percutiebant eum ante tribunal;

& Gallion

& Gallion negligebat ista.

18 Et quum fuisset Paulus illic dies multos, valedixit fratribus, & iter fecit per mare, ut proficisceretur in Syriam. Et venerunt cum eo Priscilla & Aquilas, quum totondisset caput suum Cenchris: quia votum voverat.

19 Et pervenerunt Ephesum. Et ingressus est Paulus synagogam, & loquebatur cum Judæis.

20 Et rogabant eum, ut moraretur apud eos: & non præbuit assensum.

21 Dicens; Oportet me certè festum venturum Hierosolymis agere: & si Deus voluerit, veniam rursus ad vos.

22 Et Aquilam ac Priscillam reliquit Ephesi: & ipse iter fecit per mare, ac venit Cæsaream, & ascendit, & salutavit ecclesiam, & abiit Antiochiam.

23 Et quum fuisset ibi diebus aliquot, exivit, & circuivit juxta ordinem regionem Phrygiæ & Galatiæ, confirmans omnes discipulos.

24 Et vir quidam cujus nomen erat Apollo, Judæus, natione Alexandrinus, & eruditus in eloquentia, & subtilis in Scripturis, venit Ephesum.

25 Hic edoctus erat viam Domini, & fervebat spiritu, ac loquebatur, ac docebat plene de Jesu; quum nihil sciret nisi baptismum Johannis.

26 Et cœpit manifestè loqui in synagoga: quumque audivissent eum Aquilas & Priscilla, adduxerunt eum domum suam, & plenè ostenderunt ei viam Domini.

27 Quumque vellet proficisci in Achajam, anteverterunt eum fratres, & scripserunt discipulis, ut exciperent eum. Et quum profectus esset, juvit multùm per gratiam omnes fideles.

28 Fortiter

28 ܒܚܝܠܬܢܘܬܐ ܓܝܪ ܙܟܐ ܗܘܐ ܠܟܢܫܐ ܕܝܗܘܕܝܐ
ܩܕܡ ܥܡܐ ܟܕ ܡܚܘܐ ܗܘܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܥܠ ܝܫܘܥ
ܕܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ ܀

28 Fortiter enim disputabat contra Judæos coram turbis, demonstrans ex scripturis de Jesu, quòd Christus esset.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܛ

1 ܘܟܕ ܐܦܘܠܘܣ ܗܘܐ ܒܩܘܪܢܬܘܣ.
ܐܬܟܪܟ ܦܘܠܘܣ ܒܓܒܝܬܐ ܥܠܝܬܐ: ܘܐܬܐ ܠܐܦܣܘܣ.
ܘܫܐܠ ܗܘܐ ܠܬܠܡܝܕܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܫܟܚ ܬܡܢ.
2 ܕܠܡܐ ܩܒܠܬܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܢ ܕܗܝܡܢܬܘܢ.
ܥܢܘ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܐܦܠܐ ܐܢ ܐܝܬ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܫܡܥܢ. 3 ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܘܒܡܢܐ ܥܡܕܬܘܢ. ܐܡܪܝܢ
ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܝܘܚܢܢ. 4 ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܦܘܠܘܣ. ܝܘܚܢܢ ܐܥܡܕ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܬܝܒܘܬܐ
ܠܥܡܡܐ ܟܕ ܐܡܪ ܕܢܗܝܡܢܘܢ ܒܡܢ ܕܐܬܐ ܡܢ ܒܬܪܗ:
ܕܐܝܬܘܗܝ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 5 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܗܠܝܢ
ܥܡܕܘ ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 6 ܘܣܡ
ܠܗܘܢ ܐܝܕܐ ܦܘܠܘܣ. ܘܐܬܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܥܠܝܗܘܢ. ܘܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܒܠܫܢܝܢ ܠܫܢܝܢ
ܘܡܬܢܒܝܢ ܗܘܘ. 7 ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ
ܐܢܫܐ ܬܪܥܣܪ. 8 ܘܥܐܠ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ ܠܟܢܘܫܬܐ.
ܘܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܓܠܝܐ ܝܪܚܐ ܬܠܬܐ. ܘܡܦܝܣ
ܗܘܐ ܥܠ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. 9 ܘܐܢܫܝܢ
ܡܢܗܘܢ ܡܬܩܫܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܚܪܝܢ. ܘܡܨܚܝܢ
ܗܘܘ ܠܐܘܪܚܐ ܕܐܠܗܐ ܩܕܡ ܟܢܫܐ ܕܥܡܡܐ. ܗܝܕܝܢ
ܦܪܫ ܦܘܠܘܣ: ܘܦܪܫ ܡܢܗܘܢ ܠܬܠܡܝܕܐ.
ܘܟܠܝܘܡ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ: ܒܐܣܟܘܠܐ
ܕܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܛܘܪܢܘܣ. 10 ܘܗܕܐ ܗܘܬ ܫܢܝܢ
ܬܪܬܝܢ. ܥܕܡܐ ܕܫܡܥܘ ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܟܠܗܘܢ
ܕܥܡܪܝܢ ܒܐܣܝܐ. ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܪܡܝܐ. 11 ܘܚܝܠܐ
ܪܘܪܒܐ ܥܒܕ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܦܘܠܘܣ.
12 ܐܝܟܢܐ

CAPUT XIX.

1 ET quum esset Apollo Corinthi, circuivit Paulus regiones superiores ad Ephesum: & interrogabat discipulos quos invenit ibi;

2 Num accepistis Spiritum sanctum, ex quo credidistis? Responderunt, & dixerunt ei; Neque etiam num sit Spiritus, auditum est à nobis.

3 Dixit eis; In quid ergo baptizati fuistis? Dicunt; In baptisma Johannis.

4 Dixit eis Paulus; Johannes baptizavit baptismo resipiscentiæ populos, quum diceret, ut crederent in eum qui venturus erat post ipsum, qui est Jesus Christus.

5 Et quum hæc audivissent, baptizati sunt in nomine Domini nostri Jesu Christi.

6 Et imposuit illis manum Paulus, ac venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur singulis linguis, ac prophetabant.

7 Erant autem omnes illi viri duodecim.

8 Et ingrediebatur Paulus in synagogam, ac loquebatur palam menses tres, persuadebatque de regno Dei.

9 Et quidam ex eis indurabantur, & contendebant, ac conviciis proscindebant viam Dei coram turba populorum. Tunc discessit Paulus, & separavit ab eis discipulos: & quotidie loquebatur cum eis in schola cujusdam, cujus nomen erat Tyrannus.

10 Et hoc factum est per annos duos, donec audivissent sermonem Domini omnes qui habitabant in Asia Judæi & Gentiles.

11 Et virtutes maximas edebat Deus per manum Pauli.

12 Ita

12 Ita ut etiam à vestimentis quæ erant super corpus ejus, sudaria aut frusta deferrent, & ponerent super infirmos, & discederent ab eis infirmitates, & etiam dæmonia exirent.

13 Volebant autem etiam quidam Judæi, qui circumvagabantur, & adjurabant dæmones, adjurare in nomine Domini nostri Jesu eos quibus erant spiritus impuri, dicentes; Adjuramus vos per nomen Jesu quem prædicat Paulus.

14 (Erant autem septem filii viri cujusdam Judæi, Principis Sacerdotum, cujus nomen erat Sceva, qui faciebant hoc.)

15 Et respondit dæmonium illud malum, ac dixit eis; Jesum cognosco, & Paulum scio; vos autem qui estis?

16 Et insiliit in eos homo ille in quo erat spiritus malus, & invaluit contra eos, & dejecit eos, & nudati ac vulnerati effugerunt ab ædibus illis.

17 Et hoc innotuit omnibus Judæis & Gentilibus qui habitabant Ephesi. Et incidit timor in omnes: & exaltabatur nomen Domini nostri Jesu Christi.

18 Et multi ex iis, qui crediderunt, veniebant, & annunciabant delicta sua, ac confitebantur id quod fecerant.

19 Multi verò etiam magi congregaverunt scripta sua, & adferentes concremarunt ea coram omnibus: & supputaverunt pretia eorum, & ascendit ad argenti quinque myriades.

20 Et ita virtute magna corroborabatur, & crescebat fides Dei.

21 Quum autem expleta essent hæc, proposuit Paulus in mente sua circuire totam Macedoniam & Achaiam, & proficisci Hierosolymam, ac dicebat; Postquam profectus fuero illuc,

oportet

oportet me etiam Romam videam.

22 Et misit duos viros ex iis, qui ministrabant ei, in Macedoniam, Timotheum & Aristum; ipse verò mansit ad tempus in Asia.

23 Factus est autem illo tempore tumultus magnus ob viam Dei:

24 Erat enim ibi faber argentarius quidam, cujus nomen erat Demetrius, qui faciebat templa argentea Dianæ, & præbebat artis suæ opificibus lucrum magnum.

25 Hic congregavit omnes artis suæ opifices, & eos qui operabantur cum eis, ac dixit illis; Viri, nostis, quòd negotiatio nostra tota sit ex hoc artificio.

26 Et etiam vos auditis, & videtis, quòd non tantùm civibus Ephesi, sed etiam multitudini totius Asiæ persuasit hic Paulus, & avertit *eam*, dicens, quòd non dii sint illi qui manibus hominum fiunt.

27 Et non hoc negotium tantummodo diffamatur, & cessat; sed etiam ipsum templum Dianæ deæ magnæ reputabitur tanquam nihil: & etiam ipsa dea totius Asiæ, & *quam* omnes gentes adorant, Spernetur.

28 Et quum audivissent hæc, impleti sunt ira, & clamabant, ac dicebant; Magna est Diana Ephesiorum.

29 Et tumultuata est universa civitas, & accurrerunt pariter, & irruerunt in theatrum, & corripientes abduxerunt secum Gajum & Aristarchum, viros Macedonios, comites Pauli.

30 Et Paulus volebat intrare in theatrum, & prohibuerunt eum discipuli.

31 Et etiam Primores Asiæ, quia amici ejus erant, mittentes rogaverunt eum, ne traderet

traderet seipsum, ut ingrederetur in theatrum.

32 Turbæ autem quæ erant in theatro, valdè commotæ erant, & alii alia clamabant: multi autem ex eis nesciebant propter quid congregati essent.

33 Populus verò Judæorum qui erant ibi, constituerunt ex se virum Judæum, cujus nomen erat Alexander: & quum staret, annuit manu sua, & volebat defensionem habere apud populum.

34 Et quum cognovissent, quod Judæus esset, clamaverunt omnes una voce ad horas duas; Magna est Diana Ephesiorum.

35 Et sedavit eos Princeps civitatis, dicens; Viri Ephesii, quis enim est hominum qui ignoret civitatem Ephesiorum, quòd æditua sit Dianæ magnæ, & imaginem ejus quæ de cœlo descendit?

36 Quia igitur huic rei nemo potest contradicere, oportet vos esse tranquillos, & non facere aliquid præcipitanter.

37 Adduxistis enim homines istos, quum neque templa expilârint, neque maledixerint deæ nostræ.

38 Si autem huic Demetrio & artis ejus opificibus sit disceptatio cum aliquo, ecce Proconsul est in civitate: artifices sunt, accedant, & causam dicant unus in alium.

39 Et si quid aliud requiratis, in loco qui datus est ex lege ad concionem, dirimetur.

40 Eò quòd etiam nunc in periculo versamur, ne accusemur tanquam seditiosi, quia non possumus defensionem habere de congregatione diei hujus, qua congregati sumus otiosè, & tumultuati sine causa. Et quum hæc dixisset, dimisit turbam.

CAPUT

ܩܦܠܐܘܢ ܟ

1 ܘܒܬܪ ܕܫܠܐ ܡܢ ܫܓܘܫܝܐ. ܩܪܐ ܦܘܠܘܣ ܠܬܠܡܝܕܐ: ܘܒܝܐ ܐܢܘܢ ܘܢܫܩ ܐܢܘܢ. ܘܢܦܩ ܐܙܠ ܠܗ ܠܡܩܕܘܢܝܐ. 2 ܘܟܕ ܐܬܟܪܟ ܐܢܘܢ ܠܐܬܪܘܬܐ ܗܠܝܢ. ܘܒܝܐ ܐܢܘܢ ܒܡܠܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܐܬܐ ܠܗ ܠܗܠܠܣ ܐܬܪܐ. 3 ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܬܠܬܐ ܝܪܚܝܢ. ܘܥܒܕܘ ܕܝܢ ܥܠܘܗܝ ܢܟܠܐ ܝܗܘܕܝܐ: ܟܕ ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܠܡܐܙܠ ܠܣܘܪܝܐ. ܘܐܬܚܫܒ ܕܢܗܦܘܟ ܠܗ ܠܡܩܕܘܢܝܐ. 4 ܘܢܦܩܘ ܥܡܗ ܥܕܡܐ ܠܐܣܝܐ: ܣܘܦܛܪܘܣ ܕܡܢ ܒܪܘܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܪܣܛܪܟܘܣ ܘܣܩܘܢܕܘܣ ܕܡܢ ܬܣܠܘܢܝܩܐ: ܘܓܐܝܘܣ ܕܡܢ ܕܪܒܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܕܡܢ ܠܘܣܛܪܐ ܘܡܢ ܐܣܝܐ: ܛܘܟܝܩܘܣ ܘܛܪܘܦܝܡܘܣ. 5 ܗܠܝܢ ܐܙܠܘ ܩܕܡܝܢ: ܘܩܘܝܘ ܠܢ ܒܛܪܘܐܣ. 6 ܚܢܢ ܕܝܢ ܢܦܩܢ ܡܢ ܦܝܠܝܦܘܣ. ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܩܕܘܢܝܐ ܒܬܪ ܝܘܡܬܐ ܕܦܛܝܪܐ. ܘܪܕܝܢ ܒܝܡܐ: ܘܐܬܝܢ ܠܛܪܘܐܣ ܠܚܡܫܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܗܘܝܢ ܬܡܢ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ. 7 ܘܒܚܕ ܒܫܒܐ ܟܕ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܝܢ ܠܡܩܨܐ ܐܘܟܪܣܛܝܐ. ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܦܘܠܘܣ. ܡܛܠ ܕܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܠܡܦܩ ܡܢ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܐܘܪܟ ܗܘܐ ܠܡܡܠܠܘ ܥܕܡܐ ܠܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ. 8 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܬܡܢ ܢܗܝܪܐ ܣܓܝܐܐ: ܒܥܠܝܬܐ ܗܝ ܕܟܢܝܫܝܢ ܗܘܝܢ ܒܗ. 9 ܘܝܬܒ ܗܘܐ ܥܠܝܡܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܐܘܛܝܟܘܣ ܒܟܘܬܐ ܘܫܡܥ ܗܘܐ: ܘܐܬܛܒܥ ܒܫܢܬܐ ܝܩܝܪܬܐ: ܟܕ ܐܘܪܟ ܗܘܐ ܒܡܠܬܐ ܗܘ ܦܘܠܘܣ. ܘܒܫܢܬܗ ܢܦܠ ܗܘܐ ܡܢ ܬܠܬܐ ܬܛܠܝܠܝܢ: ܘܐܫܬܩܠ ܟܕ ܡܝܬ.

CAPUT XX.

1 Et postquam sedatus est tumultus, advocavit Paulus discipulos, & consolatus est eos, ac osculatus est eos, & egressus abiit in Macedoniam.

2 Et quum circuisset regiones illas, & consolatus esset eos sermonibus multis, venit in Græciam regionem.

3 Et fuit illic tribus mensibus. Fecerunt autem contra eum insidias Judæi, quum profecturus esset in Syriam, & cogitavit reverti in Macedoniam.

4 Et egressi sunt cum eo usque in Asiam, Sopatrus qui erat Berœensis cives, & Aristarchus & Secundus, qui erant ex Thessalonica, & Gajus qui erat ex Derbe civitate, & Timotheus qui erat ex Lystra, & ex Asia, Tychicus & Trophimus.

5 Hi profecti sunt ante nos, & exspectaverunt nos Troade.

6 Nos verò egressi sumus Philippis civitate Macedonum post dies azymorum, & iter fecimus per mare, ac venimus Troadem intra dies quinque, ac fuimus ibi dies septem.

7 Et die primo septimanæ quum congregati essemus, ut frangeremus eucharistiam, verba faciebat ad eos Paulus, eo quòd die postero exiturus esset, producebatque sermonem usque ad medium noctis.

8 Et erant ibi lampades ignis multæ in cœnaculo illo in quo congregati eramus.

9 Et adolescens quidam, cujus nomen erat Eutychus, sedebat in fenestra, ac audiebat: & mersus est somno gravi, quum produceret sermonem ipse Paulus: & in somno suo deciderat è tertia contignatione, & sublatus est mortuus.

10 Et descendit Paulus, & ruit super eum, & amplexatus est eum, ac dixit; Ne commoveamini, quia anima ejus in ipso est:

11 Quum verò ascendisset, fregit panem, & gustavit, locutusque est usque dum ascendisset aurora: & tunc egressus est, ut proficisceretur per aridam.

12 Et adduxerunt adolescentem viventem, gauisique sunt de eo plurimùm.

13 Nos autem descendimus in navigium, & iter fecimus ad cœtum Thesi: quia illinc recepturi eramus Paulum: ita enim mandaverat nobis, quum proficisceretur ipse per aridam.

14 Quum autem recepissemus eum ex Theso, sustulimus eum in navigium, ac venimus Mitylenen.

15 Et illinc die postero iter fecimus contra Chium insulam, & rursus die postero venimus Samum, & substitimus Trogelii, & die postero venimus Miletum.

16 Statutum enim erat ipsi Paulo transire Ephesum, ne retardaretur ibi: eo quòd festinaret, ut (si fieri posset) diem Pentecostes Hierosolymis ageret.

17 Et Mileto mittens accersivit Seniores Ecclesiæ Ephesi.

18 Quumque venissent ad eum, dixit eis; Vos nostis, à die primo quo ingressus sum Asiam, quomodò fuerim vobiscum omni tempore,

19 Colens Deum humilitate multâ & lacrymis, & in tentationibus quæ obtingebant mihi ex insidiis Judæorum.

20 Neque aspernatus sum id quod expediens erat animabus vestris, ut prædicarem vobis, & docerem in vicis & domibus:

21 Testificans Judæis & Gentilibus de conversione ad Deum, & fide in Dominum nostrum Jesum Christum.

22 Et

22 ܘܗܫܐ ܐܢܐ ܐܣܝܪ ܐܢܐ ܒܪܘܚܐ ܘܐܙܠ ܐܢܐ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܡܢܐ ܐܪܥ ܠܝ ܒܗ. 23 ܒܪܡ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܐ ܡܣܗܕ ܠܝ ܘܐܡܪ: ܕܐܣܘܪܐ ܘܐܘܠܨܢܐ ܡܛܝܒܝܢ ܠܟ. 24 ܐܠܐ ܠܝ ܠܐ ܚܫܝܒܐ ܢܦܫܝ ܡܕܡ: ܐܝܟ ܕܐܫܠܡ ܪܗܛܝ ܘܬܫܡܫܬܐ ܕܩܒܠܬ ܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ: ܕܐܣܗܕ ܠܗ ܠܣܒܪܬܐ ܕܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. 25 ܘܗܫܐ ܐܢܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܬܘܒ ܦܪܨܘܦܝ ܠܐ ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܟܠܟܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܟܪܟܬ ܒܝܢܬܟܘܢ ܘܐܟܪܙܬ ܠܟܘܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. 26 ܡܣܗܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܝܘܡܢܐ. ܕܕܟܐ ܐܢܐ ܡܢ ܕܡܐ ܕܟܠܟܘܢ. 27 ܠܐ ܓܝܪ ܐܬܟܠܝܬ ܕܐܚܘܝܟܘܢ ܟܠܗ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. 28 ܐܙܕܗܪܘ ܗܟܝܠ ܒܢܦܫܟܘܢ ܘܒܟܠܗ ܡܪܥܝܬܐ. ܗܝ ܕܐܩܝܡܟܘܢ ܒܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܦܣܩܘܦܐ: ܕܬܪܥܘܢ ܠܥܕܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܝ ܕܩܢܐ ܒܕܡܗ. 29 ܐܢܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܢܥܠܘܢ ܥܠܝܟܘܢ ܕܐܒܐ ܥܫܝܢܐ: ܕܠܐ ܚܝܣܝܢ ܥܠ ܡܪܥܝܬܐ. 30 ܘܐܦ ܡܢܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ ܢܩܘܡܘܢ ܓܒܪܐ ܕܡܡܠܠܝܢ ܡܥܩܡܬܐ: ܐܝܟ ܕܢܗܦܟܘܢ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܒܬܪܗܘܢ. 31 ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘܝܬܘܢ ܥܝܪܝܢ ܘܥܗܕܝܢ. ܕܫܢܝܢ ܬܠܬ ܠܐ ܫܠܝܬ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ: ܟܕ ܒܕܡܥܐ ܡܪܬܐ ܐܢܐ ܠܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ. 32 ܘܗܫܐ ܡܓܥܠ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܐܠܗܐ ܘܠܡܠܬܐ ܕܛܝܒܘܬܗ. ܗܘ ܕܡܫܟܚ ܕܢܒܢܝܟܘܢ: ܘܢܬܠ ܠܟܘܢ ܝܪܬܘܬܐ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. 33 ܟܣܦܐ ܐܘ ܕܗܒܐ ܐܘ ܢܚܬܐ ܠܐ ܪܓܬ. 34 ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܠܚܫܚܬܝ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܥܡܝ. ܫܡܫ ܐܝܕܝ. 35 ܘܟܠܡܕܡ ܚܘܝܬܟܘܢ. ܕܗܟܢܐ ܘܠܐ ܠܡܠܐܐ ܘܠܡܬܒܛܠܘ ܒܐܝܠܝܢ ܕܟܪܝܗܝܢ.

ܘܠܡܥܗܕܘ Xx

22 Et nunc ego vinctus sum in spiritu, & proficiscor Hierosolymam, & ignoro quid eventurum sit mihi in ea.

23 Veruntamen Spiritus sanctus in omni civitate testatur mihi, ac dicit; Vincula & afflictiones paratæ sunt tibi.

24 Sed mihi nihili æstimatur anima mea, ut compleam cursum meum & ministerium, quod accepi à Domino nostro Jesu, ut testificer de Euangelio gratiæ Dei.

25 Et nunc ego novi, quòd rursus vultum meum non estis visuri, vos omnes quibus circumiens prædicavi regnum Dei.

26 Testor ego vobis hodierno die, quòd purus sum à sanguine omnium vestrum:

27 Non enim me excusavi, quominus ostenderem vobis totam voluntatem Dei.

28 Attendite igitur vobisipsis & toti gregi, in quem constituit vos Spiritus sanctus episcopos, ut pascatis ecclesiam Christi, quam acquisivit sanguine suo.

29 Ego enim novi, quòd postquam abiero, ingredientur vobiscum lupi robusti, qui non parcent gregi:

30 Et etiam ex vobisipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut subvertant discipulos, ut se sequantur.

31 Propter hoc estote vigilantes, & memores, quòd annos tres non cessaverim nocte & die cum lacrymis admonere unumquemque ex vobis.

32 Et nunc commendo vos Deo & sermoni gratiæ ipsius, qui potest ædificare vos, & dare vobis hæreditatem cum omnibus sanctis.

33 Argentum aut aurum aut vestimenta non concupivi.

34 Et vos nostis, indigentiæ meæ, & iis qui mecum sunt, ministrarunt hæ manus meæ.

35 Et omnia ostendi vobis. Ita oportet laborare, & curam habere illorum qui infirmi sunt:

&

& meminisse sermonum Domini nostri Jesu, quia ipse dixit; Beatior est is qui dat, quàm is qui accipit.

36 Et quum hæc dixisset, procidit in genua sua, & oravit, & omnes homines cum eo.

37 Et obortus est fletus magnus omnibus; & amplexati sunt eum, & osculabantur eum.

38 Maximè autem torquebantur propter illum sermonem quem dixerat, ipsos non amplius visuros faciem ejus. Et comitati sunt eum usque ad navigium.

ܘܠܡܬܕܟܪܘ ܡܠܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ. ܕܗܘ ܐܡܪ: ܕܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܝܗܒ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܢ ܕܢܣܒ. 36 ܘܟܕ ܐܡܪ ܗܠܝܢ: ܒܪܟ ܥܠ ܒܘܪܟܘܗܝ ܘܨܠܝ. ܘܥܡܗ ܐܢܫܐ ܟܠܗܘܢ. 37 ܘܗܘܬ ܒܟܝܬܐ ܪܒܬܐ ܠܟܠܗܘܢ: ܘܓܦܦܘܗܝ ܘܡܢܫܩܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. 38 ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܟܪܝܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܥܠ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ: ܕܬܘܒ ܠܐ ܚܙܝܢ ܐܢܘܢ ܦܪܨܘܦܗ. ܘܠܘܝܘܗܝ ܥܕܡܐ ܠܐܠܦܐ ܀

CAPUT XXI.

ܩܦܠܐܘܢ ܟܐ

1 ET discessimus ab eis, & iter fecimus rectà ad Coum insulam: & die postero venimus Rhodum, ac inde Pataram.

2 Et invenimus illic navim, quæ proficiscebatur in Phœnicen, & conscendimus eam, ac iter fecimus.

3 Atque pervenimus usque ad Cyprum insulam, reliquimusque eam ad sinistram, ac pervenimus in Syriam, & inde pervenimus Tyrum: illic enim erat navis depositura onus suum.

4 Quumque invenissemus ibi discipulos, mansimus apud eos dies septem, & hi dicebant quotidie Paulo per Spiritum, ne proficisceretur Hierosolymam.

5 Et post illos dies egressi sumus, ut pergeremus in itinere *nostro*: comitabanturque nos omnes, ipsi & uxores eorum & liberi illorum, usque extra civitatem: & prociderunt in genua sua juxta littus maris, ac orârunt.

6 Et osculati sumus invicem, & conscendimus navim, reversique sunt illi domos suas.

7 Nos verò iter fecimus Tyro, & venimus ad civitatem Acu; & salutavimus fratres qui illic erant, ac mansimus apud eos diem unum.

8 Et die postero egressi sumus, ac venimus Cæsaream: & ingressi

1 ܘܦܪܫܢ ܡܢܗܘܢ: ܘܪܕܝܢ ܬܪܝܨܐܝܬ ܠܩܘ ܓܙܪܬܐ. ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܐܬܝܢ ܠܪܘܕܘܣ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܦܛܪܐ. 2 ܘܐܫܟܚܢ ܬܡܢ ܐܠܦܐ ܕܐܙܠܐ ܠܦܘܢܝܩܐ. ܘܣܠܩܢ ܒܗ. ܘܪܕܝܢ. 3 ܘܡܛܝܢ ܥܕܡܐ ܠܩܘܦܪܘܣ ܓܙܪܬܐ. ܘܫܒܩܢܝܗ ܠܣܡܠܐ. ܘܐܬܝܢ ܠܣܘܪܝܐ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܡܛܝܢ ܠܨܘܪ. ܡܛܠ ܕܬܡܢ ܗܘܬ ܐܠܦܐ ܠܡܦܪܩܘ ܛܥܢܗ. 4 ܘܟܕ ܐܫܟܚܢ ܬܡܢ ܬܠܡܝܕܐ: ܩܘܝܢ ܠܘܬܗܘܢ ܝܘܡܬܐ ܫܒܥܐ. ܘܗܢܘܢ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܟܠܝܘܡ ܠܦܘܠܘܣ ܒܪܘܚܐ: ܕܠܐ ܢܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ. 5 ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܢܦܩܢ ܕܢܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ: ܘܡܠܘܝܢ ܗܘܘ ܠܢ ܟܠܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܘܢܫܝܗܘܢ ܘܒܢܝܗܘܢ: ܥܕܡܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܒܪܟܘ ܥܠ ܒܘܪܟܝܗܘܢ ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ ܘܨܠܝܢ. 6 ܘܢܫܩܢ ܠܚܕܕܐ. ܘܣܠܩܢ ܠܐܠܦܐ: ܘܗܢܘܢ ܗܦܟܘ ܠܕܝܠܗܘܢ. 7 ܚܢܢ ܕܝܢ ܪܕܝܢ ܡܢ ܨܘܪ: ܘܐܬܝܢ ܠܥܟܘ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܫܐܠܢ ܒܫܠܡܐ ܕܐܚܐ ܕܬܡܢ: ܘܩܘܝܢ ܠܘܬܗܘܢ ܝܘܡܐ ܚܕ. 8 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܢܦܩܢ: ܘܐܬܝܢ ܠܩܣܪܝܐ. ܘܥܠܢ

ܘܥܠܢ ܫܪܝܢ ܒܒܝܬܗ ܕܦܝܠܝܦܘܣ ܡܣܒܪܢܐ :
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܐ . 9 ܘܐܝܬ ܗܘܝ
ܠܗ ܒܢܬܐ ܒܬܘܠܬܐ . ܐܪܒܥ ܕܡܬܢܒܝܢ ܗܘܝ .
10 ܘܟܕ ܐܩܘܝܢ ܬܡܢ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ : ܢܚܬ
ܗܘܐ ܡܢ ܝܗܘܕ ܢܒܝܐ ܚܕ . ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܐܓܒܘܣ .
11 ܘܐܬܐ ܠܘܬܢ . ܘܫܩܠ ܐܣܪܐ ܕܚܨܘܗܝ
ܕܦܘܠܘܣ . ܘܐܣܪ ܪܓܠܘܗܝ ܘܐܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ .
ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܓܒܪܐ ܡܪܗ ܕܐܣܪܐ
ܗܢܐ : ܗܟܢܐ ܢܐܣܪܘܢܗ ܝܗܘܕܝܐ ܒܐܘܪܫܠܡ
ܘܢܫܠܡܘܢܗ ܒܐܝܕܝ ܥܡܡܐ . 12 ܘܟܕ ܫܡܥܢ
ܡܠܐ ܗܠܝܢ : ܒܥܝܢ ܗܘܝܢ ܡܢܗ ܚܢܢ ܘܒܢܝ ܐܬܪܐ ܕܠܐ
ܢܣܩ ܠܐܘܪܫܠܡ . 13 ܗܝܕܝܢ ܥܢܐ ܦܘܠܘܣ ܘܐܡܪ .
ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܒܟܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܘܡܬܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܠܠܒܝ . ܐܢܐ ܓܝܪ ܠܐ ܗܘܐ
ܕܐܬܐܣܪ ܒܠܚܘܕ ܡܛܝܒ ܐܢܐ : ܐܠܐ ܐܦ ܕܐܡܘܬ
ܒܐܘܪܫܠܡ ܚܠܦ ܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ .
14 ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣ ܠܢ ܫܠܝܢ ܠܗ . ܘܐܡܪܢ
ܨܒܝܢܗ ܕܡܪܢ ܢܗܘܐ . 15 ܘܒܬܪ ܝܘܡܬܐ
ܐܬܛܝܒܢ : ܘܣܠܩܢ ܠܢ ܠܐܘܪܫܠܡ .
16 ܘܐܬܘ ܗܘܘ ܥܡܢ ܐܢܫܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܡܢ ܩܣܪܝܐ .
ܟܕ ܕܒܝܪܝܢ ܥܡܗܘܢ ܐܢܫ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ
ܩܕܡܝܐ . ܕܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܡܢܣܘܢ . ܘܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܡܢ ܩܘܦܪܘܣ : ܕܢܩܒܠܢ ܒܒܝܬܗ .
17 ܘܟܕ ܐܬܝܢ ܠܐܘܪܫܠܡ : ܩܒܠܘܢ ܐܚܐ
ܒܚܕܘܬܐ . 18 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ : ܥܠܢ ܥܡ
ܦܘܠܘܣ ܠܘܬ ܝܥܩܘܒ . ܟܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܘܬܗ
ܟܠܗܘܢ ܩܫܝܫܐ . 19 ܘܫܐܠܢ ܒܫܠܡܗܘܢ .
ܘܡܫܬܥܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܦܘܠܘܣ ܚܕܐ ܚܕܐ : ܟܠ
ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܐܠܗܐ ܒܥܡܡܐ ܒܬܫܡܫܬܗ .
20 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ ܘܐܡܪܘ ܠܗ .
ܚܙܐ

& ingressi sumus, & mansimus in ædibus Philippi Euangelistæ, qui erat ex septem:

9 Cui erant filiæ virgines quatuor, quæ vaticinabantur.

10 Et quum essemus ibi diebus multis, descenderat ex Judæa Propheta quidam, cujus nomen erat Agabus.

11 Et ingressus est ad nos, sumpsitque zonam lumborum Pauli, & vincivit pedes suos ipsius & manus suas, ac dixit; Sic dicit Spiritus sanctus; Virum dominum zonæ hujus ita vincient Judæi Hierosolymis, & tradent eum in manus Gentium.

12 Et quum hos sermones audivissemus, rogavimus eum nos & incolæ loci, ne proficisceretur Hierosolymam.

13 Tunc respondit, & dixit Paulus; Quid facitis flentes, & contundentes cor meum? ego enim non ut vinciar tantum paratus sum, sed etiam ut moriar Hierosolymis pro nomine Domini nostri Jesu Christi.

14 Et quum assensum non præbuisset nobis, destitimus, ac diximus; Voluntas Domini nostri fiat.

15 Et post dies istos præparavimus nos, & ascendimus Hierosolymam.

16 Et venerunt nobiscum quidam discipuli Cæsareâ, adducentes secum fratrem quendam ex discipulis primis, cujus nomen erat Mnason, (eratque ex Cypro) ut exciperet nos domi suæ.

17 Quumque venissemus Hierosolymam, exceperunt nos fratres hilariter.

18 Et die postero ingressi sumus cum Paulo ad Jacobum, quum essent apud eum omnes Seniores.

19 Et salutavimus eos, & narrabat eis Paulus juxta ordinem, quicquid fecisset Deus inter Gentes ministerio suo.

20 Quumque audivissent, glorificaverunt Deum, & dixerunt ei;

Vides

Vides frater noster, quot myriades sint in Judæa qui crediderunt? & omnes hi zelatores sunt Legis.

21 Dictum autem est iis de te, quòd doceas, ut discedant à Mose omnes Judæi qui sunt inter Gentes; dum dicis, ut non circumcidant filios suos, neque in ritibus Legis ambulent.

22 Quia igitur auditum est ab eis, quòd veneris huc,

23 Fac id quod dicimus tibi: Sunt nobis viri quatuor, quibus votum est, ut purificentur:

24 Assume eos, & vade, purificare cum eis, & expone pro eis impensas, ut radant capita sua, & innotescat unicuique, quòd id quod dictum fuit de te falsum sit, tuque Legem impleas & serves.

25 De iis qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus, ut custodirent seipsos ab immolato *idolis*, & à scortatione, & à suffocato, & à sanguine.

26 Tunc Paulus assumpsit viros illos die postero, & purificatus est cum eis, & ingressus profectus est in templum, notam faciens eis expletionem dierum purificationis, usquedum oblata esset oblatio uniuscujusque ex eis.

27 Quumque advenisset dies septimus; Judæi qui erant ex Asia, viderunt eum in templo, & incitaverunt contra eum populum totum, & injecerunt in eum manus,

28 Clamantes, ac dicentes; Viri, filii Israel, succurrite: hic est homo ille qui contra populum nostrum docet in omni loco, & contra legem, & contra locum hunc: & etiam Gentiles introduxit in templum, & polluit locum hunc sanctum.

29 Antè enim viderant cum eo Trophimum Ephesium in urbe, & putabant, quòd cum Paulo ingressus esset in templum.

30 ܘܐܙܕܘܥܬ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗ ܥܡܐ܂ ܘܐܚܕܘܗܝ ܠܦܘܠܘܣ ܘܓܪܘܗܝ ܠܒܪ ܡܢ ܗܝܟܠܐ܂ ܘܡܚܕܐ ܐܬܬܚܕܘ ܬܪܥܐ܂ 31 ܘܟܕ ܒܥܐ ܗܘܐ ܟܢܫܐ ܠܡܩܛܠܗ܂ ܐܫܬܡܥܬ ܠܟܠܝܪܟܐ ܕܐܣܦܝܪ܂ ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܐܬܬܙܝܥܬ ܠܗ܂ 32 ܘܡܚܕܐ ܕܒܪ ܠܩܢܛܪܘܢܐ ܘܠܣܓܝܐܐ ܦܠܚܐ ܘܪܗܛܘ ܥܠܝܗܘܢ܂ ܘܟܕ ܚܙܐܘܗܝ ܠܟܠܝܪܟܐ ܘܠܐܣܛܪܛܝܘܛܐ܂ ܫܠܝܘ ܗܘܘ ܡܢ ܕܡܚܝܢ ܗܘܘ ܠܦܘܠܘܣ܂ 33 ܘܩܪܒ ܠܘܬܗ ܟܠܝܪܟܐ ܘܐܚܕܗ܂ ܘܦܩܕ ܕܢܐܣܪܘܢܗ ܒܫܫܠܬܐ ܬܪܬܝܢ܂ ܘܡܫܐܠ ܗܘܐ ܕܡܢܘ܂ ܘܡܢܐ ܥܒܕ܂ 34 ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܐܢܫܐ ܡܢ ܟܢܫܐ ܡܕܡ ܡܕܡ܂ ܘܡܛܠ ܩܥܬܗܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܕܥ ܡܢܐ ܗܝ ܫܪܝܪܐ܂ ܘܦܩܕ ܕܢܕܒܪܘܢܗ ܠܡܫܪܝܬܐ܂ 35 ܘܟܕ ܡܛܐ ܦܘܠܘܣ ܠܕܪܓܐ܂ ܫܩܠܘܗܝ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܡܛܠ ܩܛܝܪܐ ܕܥܡܐ܂ 36 ܐܬܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܬܪܗ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ܂ ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ܂ ܕܫܩܘܠܝܘܗܝ܂ 37 ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܡܥܠ ܠܡܫܪܝܬܐ ܗܘ ܦܘܠܘܣ܂ ܐܡܪ ܠܟܠܝܪܟܐ܂ ܐܢ ܫܒܩ ܐܢܬ ܠܝ ܐܡܠܠ ܥܡܟ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ܂ ܝܘܢܐܝܬ ܝܕܥ ܐܢܬ܂ 38 ܠܐ ܗܘܝܬ ܐܢܬ ܗܘ ܡܨܪܝܐ܂ ܕܩܕܡ ܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ ܐܙܝܥܬ ܘܐܦܩܬ ܠܚܘܪܒܐ܂ ܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܓܒܪܝܢ ܥܒܕܝ ܒܝܫܬܐ܂ 39 ܐܡܪ ܠܗ ܦܘܠܘܣ܂ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܝܗܘܕܝܐ܂ ܡܢ ܛܪܣܘܣ ܕܩܝܠܝܩܝܐ܂ ܡܕܝܢܬܐ ܝܕܝܥܬܐ ܕܒܗ ܝܠܝܕ ܐܢܐ܂ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ܂ ܐܦܣ ܠܝ ܕܐܡܠܠ ܥܡ ܥܡܐ܂ 40 ܘܟܕ ܐܦܣ ܠܗ܂ ܩܡ ܦܘܠܘܣ ܥܠ ܕܪܓܐ܂ ܘܐܪܡܙ ܠܗܘܢ ܒܐܝܕܗ܂ ܘܟܕ ܫܠܝܘ܂ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܥܒܪܐܝܬ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂

30 Et commota est universa urbs, & congregatus est totus populus, & apprehenderunt Paulum, atque extraxerunt eum foras è templo, & statim clausæ sunt januæ.

31 Et quum quæreret turba occidere eum, auditum est à Tribuno cohortis, quod tota urbs commota esset.

32 Et confestim assumto Centurione & ducibus militum multis, & accurrerunt ad eos, quumque vidissent Tribunum & milites, destiterunt percutere Paulum.

33 Et appropinquavit ad eum Tribunus, & cepit eum, præcepitque, ut vincirent eum duabus catenis: & interrogabat de eo quisnam esset, & quid fecisset.

34 Et clamabant adversus eum homines è turba res diversas. & propter clamorem eorum non poterat cognoscere quæ esset veritas, præcepitque, ut ducerent eum in castra.

35 Et quum pervenisset Paulus ad gradus, portabant eum milites propter violentiam populi:

36 Veniebat enim post eum populus multus, & clamabant, & dicebant; Tolle eum.

37 Et quum appropinquaret, ut introiret castra ipse Paulus, dixit Tribuno; Si permittis mihi, loquar tecum. Ipse autem dixit ei; Græcè nosti?

38 Non fuisti tu ille Ægyptius, qui ante dies hos turbam concitasti, & abduxisti in desertum quatuor millia hominum facinorosorum?

39 Dixit ei Paulus; Ego sum vir Judæus ex Tarso Ciliciæ civitate celebri, in qua natus sum: rogo te, permitte mihi loqui ad populum.

40 Et quum permisisset ei, surrexit Paulus super gradus, & silentium eis indixit manu sua: & quum sedati essent, allocutus est eos Hebraicè, ac dixit eis;

CAPUT XXII.

1 Fratres & patres, audite defensionem quam apud vos habeo.

2 Et quum audirent, quòd Hebraicè alloqueretur eos, magis quieverunt: & dixit eis;

3 Ego sum vir Judæus, & natus sum Tarsi Ciliciæ, educatus verò sum in hac urbe juxta pedes Gamalielis: & eruditus fui perfectè in lege Patrum nostrorum, & eram zelator Dei, prout etiam vos omnes estis.

4 Et hanc viam persecutus sum usque ad mortem, quum vincirem, & traderem in carcerem viros & mulieres.

5 Sicut testis est mihi summus Sacerdos & omnes Seniores, à quibus acceperam literas, ut proficiscerer ad fratres qui erant Damasci, ut etiam illos qui erant illic adducerem Hierosolymam vinctos, ut mulctam capiti impositam subirent.

6 Et quum profectus essem, ac inciperem appropinquare Damasco, in meridie repentè è cælo effulsit super me lux magna.

7 Et cecidi in terram, audivique vocem quæ dicebat mihi; Saul, Saul, quid persequeris me?

8 Ego autem respondi, ac dixi; Quis es Domine mi? Et ipse dixit mihi; Ego sum Jesus Nazarænus, quem tu persequeris.

9 Et viri qui erant mecum, viderunt lumen, vocem autem non audiverunt illius qui loquebatur mecum.

10 Et dixi; Quid faciam Domine mi? Et Dominus noster dixit mihi; Surge, proficiscere Damascum, & illic tibi dicetur de omni eo quod mandabitur tibi, ut facias.

11 Et quum nihil conspiceretur mihi propter gloriam lucis illius, apprehenderunt me manibus meis illi qui mecum erant:

& ingressus

ܩܦܠܐܘܢ ܟܒ

1 ܐܢܫܐ ܐܚܝܢ ܘܐܒܗܝܢ ܫܡܥܘ ܡܦܩ ܪܘܚܝ ܕܠܘܬܟܘܢ. 2 ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܥܒܪܐܝܬ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ: ܝܬܝܪܐܝܬ ܫܠܝܘ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. 3 ܐܢܐ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܝܗܘܕܝܐ. ܘܡܬܝܠܕ ܐܢܐ ܒܛܪܣܘܣ ܕܩܝܠܝܩܝܐ. ܐܬܪܒܝܬ ܕܝܢ ܒܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܠܘܬ ܪܓܠܘܗܝ ܕܓܡܠܝܐܝܠ. ܘܐܬܪܕܝܬ ܓܡܝܪܐܝܬ ܒܢܡܘܣܐ ܕܐܒܗܬܢ. ܘܐܝܬ ܗܘܝܬ ܛܢܢܐ ܕܐܠܗܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܟܠܟܘܢ ܐܝܬܝܟܘܢ. 4 ܘܠܗܕܐ ܐܘܪܚܐ ܪܕܦܬ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ. ܟܕ ܐܣܪ ܗܘܝܬ ܘܡܫܠܡ ܗܘܝܬ ܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ. ܓܒܪܐ ܘܢܫܐ: 5 ܐܝܟܢܐ ܕܣܗܕ ܥܠܝ ܪܒ ܟܗܢܐ ܘܟܠܗܘܢ ܩܫܝܫܐ: ܕܡܢܗܘܢ ܩܒܠܬ ܐܓܪܬܐ ܕܐܙܠ ܠܘܬ ܐܚܐ ܕܒܕܪܡܣܘܩ. ܕܐܦ ܠܗܢܘܢ ܕܬܡܢ ܐܝܬ ܗܘܘ ܐܝܬܐ ܐܢܘܢ ܠܐܘܪܫܠܡ ܟܕ ܐܣܝܪܝܢ. ܘܢܩܒܠܘܢ ܡܦܣܩ ܒܪܝܫܐ. 6 ܟܕ ܐܙܠ ܗܘܝܬ ܘܩܪܝܒ ܡܛܝܬ ܐܢܐ ܠܕܪܡܣܘܩ. ܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܡܢ ܫܠܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ: ܐܙܠܓ ܥܠܝ ܢܘܗܪܐ ܣܓܝܐܐ. 7 ܘܢܦܠܬ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܝ: ܫܐܘܠ. ܫܐܘܠ. ܡܢܐ ܪܕܦ ܐܢܬ ܠܝ. 8 ܐܢܐ ܕܝܢ ܥܢܝܬ ܘܐܡܪܬ. ܡܢ ܐܢܬ ܡܪܝ: ܘܗܘ ܐܡܪ ܠܝ. ܐܢܐ ܗܘ ܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܕܐܢܬ ܪܕܦ ܐܢܬ. 9 ܘܐܢܫܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܥܡܝ ܚܙܘ ܢܘܗܪܐ. ܩܠܐ ܕܝܢ ܠܐ ܫܡܥܘ ܕܗܘ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܝ. 10 ܘܐܡܪܬ ܡܢܐ ܐܥܒܕ ܡܪܝ: ܘܡܪܢ ܐܡܪ ܠܝ. ܩܘܡ ܙܠ ܠܕܪܡܣܘܩ: ܘܬܡܢ ܢܬܡܠܠ ܥܡܟ ܥܠ ܟܠ ܡܕܡ ܕܦܩܝܕ ܠܟ ܕܬܥܒܕ. 11 ܘܟܕ ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܝ ܡܛܠ ܫܘܒܚܗ ܕܢܘܗܪܐ ܗܘ: ܐܚܕܘܢܝ ܒܐܝܕܝ ܗܢܘܢ ܕܥܡܝ ܗܘܘ

ܘܥܠܬ

& ingressus sum Damascum.

12 Et vir quidam Ananias, justus in Lege, sicut testantur de eo omnes Judæi qui illic *sunt*, venit ad me.

13 Dixitque mihi; Saul frater mi, aperi oculos tuos. Et continuò aperti sunt oculi mei, & intuitus sum eum.

14 Et dixit mihi; Deus patrum nostrorum constituit te, ut cognosceres voluntatem ejus, & *ut* videres justum illum, ac audires vocem ex ore ejus:

15 Eſſeſque ei testis apud omnes homines de omnibus quæ vidisti, & audivisti.

16 Et nunc quid cunctaris? Surge, baptizare, & mundare à peccatis tuis, invocans nomen ejus.

17 Et reversus veni huc Hierosolymam, & oravi in templo.

18 Vidique eum in visione dicentem mihi; Festina, & exi Hierosolymâ; quia non sunt accepturi tuum testimonium de me.

19 Et ego dixi; Domine mi, etiam ipsi sciunt, quòd ego tradebam in carcerem, & percutiebam in omnibus Synagogis eos qui credebant in te.

20 Et quum effunderetur sanguis Stephani Martyris tui, ego quoque eram cum eis, adstabam, & complebam voluntatem interfectorum ejus, & custodiebam vestimenta eorum qui lapidabant eum.

21 Et dixit mihi; Abi, nam ego mitto te procul ad prædicandum gentibus.

22 Et quum audivissent Paulum usque ad hunc sermonem, sustulerunt vocem suam, & clamaverunt; Tollatur de terra is qui talis est: non enim convenit eum vivere.

23 Et quum clamarent, & projicerent vestimenta sua, ac tollerent pulverem in cœlum,

24 Præcepit Tribunus, ut introducerent eum in castra, & mandavit, ut verberibus inquireretur, ut cognosceret, propter quam causam clamarent contra eum.

25 Et quum extendissent eum loris, dixit ipse Paulus Centurioni, qui adstabat ipsi; Permissum est vobis virum Romanum indemnatum flagellare?

26 Et quum audivisset Centurio, accessit ad Tribunum, dixitque ei; Quid facis? hic enim vir Romanus est.

27 Et accessit ad eum Tribunus, ac dixit ei; Dic mihi; Romanus es tu? Dixit ei, Etiam.

28 Et respondit Tribunus, ac dixit ei; Ego argento multo acquisivi jus civitatis Romanæ. Dixit ei Paulus; Ego verò etiam in ea natus sum.

29 Et statim discesserunt ab eo illi qui volebant eum flagellare: & timuit Tribunus, quum didicisset, quòd Romanus esset, eo quòd eum vinxerat.

30 Et die postero volebat cognoscere vere, quæ esset accusatio quam adferrent adversus eum Judæi, & solvit eum, jussitque venire Principes Sacerdotum & totum cœtum Primorum eorum, & assumsit Paulum, & deducens statuit eum inter eos.

25 ܘܡܢ ܕܡܬܚܘܝܗ ܒܥܪ̈ܩܐ: ܐܡܪ ܗܘ ܦܘܠܘܣ ܠܩܢܛܪܘܢܐ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܠܘܬܗ. ܫܠܝܛ ܠܟܘܢ ܠܓܒܪܐ ܪܗܘܡܝܐ ܕܠܐ ܡܚܝܒ ܠܡܢܓܕܘ. 26 ܘܡܐ ܕܫܡܥ ܩܢܛܪܘܢܐ ܩܪܒ ܠܘܬ ܟܠܝܪܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܢܐ ܥܒܕ ܐܢܬ. ܓܒܪܐ ܓܝܪ ܗܢܐ ܪܗܘܡܝܐ ܗܘ. 27 ܘܩܪܒ ܠܘܬܗ ܟܠܝܪܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܡܪ ܠܝ ܐܢܬ ܪܗܘܡܝܐ ܐܢܬ: ܐܡܪ ܠܗ ܐܝܢ. 28 ܥܢܐ ܟܠܝܪܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܢܐ ܒܟܣܦܐ ܣܓܝܐܐ ܩܢܝܬܗ ܠܪܗܘܡܝܘܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܦܘܠܘܣ ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܦ ܒܗ ܐܬܝܠܕܬ: 29 ܘܡܚܕܐ ܦܪܩܘ ܡܢܗ ܗܢܘܢ ܕܨܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܢܓܕܗ. ܘܕܚܠ ܟܠܝܪܟܐ ܟܕ ܝܕܥ ܕܪܗܘܡܝܐ ܗܘ ܡܛܠ ܕܐܣܪܗ ܗܘܐ ܀ 30 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ: ܨܒܐ ܗܘܐ ܠܡܕܥ ܫܪܝܪܐܝܬ: ܘܡܢܐ ܗܝ ܩܛܓܪܓܘܪܝܐ ܕܡܩܛܓܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܝܗܘܕܝܐ. ܘܫܪܝܗܝ ܘܦܩܕ ܕܢܐܬܘܢ ܪ̈ܒܝ ܟܗܢܐ ܘܟܠܗ ܟܢܘܫܐ ܕܪ̈ܫܢܝܗܘܢ. ܘܕܒܪܗ ܠܦܘܠܘܣ ܘܐܚܬܗ ܐܩܝܡܗ ܒܝܢܬܗܘܢ ܀

CAPUT XXIII.

1 ET quum intuitus esset Paulus cœtum eorum, dixit; Viri fratres mei, ego in omni conscientia bona versatus sum coram Deo usque ad diem hunc.

2 Et Ananias Sacerdos præcepit iis qui stabant juxta eum, ut percuterent Paulum in os ejus.

3 Et Paulus dixit ei; Futurum est, ut Deus percutiat te, paries dealbate: & tu sedes judicans me secundum Legem, quum transgrediaris Legem, ac præcipias me percutere?

4 Et illi qui stabant ibi, dixerunt ei; Sacerdotem Dei convicio afficis?

ܩܦܠܐܘܢ ܟܓ

1 ܘܟܕ ܚܪ ܦܘܠܘܣ ܒܟܢܘܫܗܘܢ ܐܡܪ. ܓܒܪ̈ܐ ܐܚܝ: ܐܢܐ ܒܟܠ ܬܐܪܬܐ ܛܒܬܐ ܐܬܕܒܪܬ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. 2 ܘܚܢܢܝܐ ܟܗܢܐ: ܦܩܕ ܠܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܐܝܕܗ: ܕܢܡܚܘܢܝܗܝ ܠܦܘܠܘܣ ܥܠ ܦܘܡܗ. 3 ܘܦܘܠܘܣ ܐܡܪ ܠܗ. ܥܬܝܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܢܡܚܝܟ ܫܘܪܐ ܡܟܘܪܐ. ܘܐܢܬ ܝܬܒ ܐܢܬ ܐܝܟ ܕܕܐܢ ܐܢܬ ܠܝ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ: ܟܕ ܥܒܪ ܐܢܬ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܘܦܩܕ ܐܢܬ ܕܢܡܚܘܢܢܝ. 4 ܘܐܡܪܝܢ ܘܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܠܟܗܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܨܥܪ ܐܢܬ.

5 Dixit eis Paulus; Nesciebam, fratres mei, quòd Sacerdos esset: scriptum est enim; Principi populi tui ne maledixeris.

6 Et quum nosset Paulus, quod pars populi esset Saducæorum, & pars ejus Pharisæorum, clamavit in consessu; Viri fratres mei, ego Pharisæus sum, filius *cujusdam* Pharisæorum, & de spe resurrectionis mortuorum judicor.

7 Et quum hoc dixisset, ruit unus in alium; Pharisæi & Saducæi, & divisus est populus.

8 Saducæi enim dicunt, quod non sit resurrectio, neque Angeli, neque Spiritus: Pharisæi verò confitentur omnia hæc.

9 Et facta est vox magna: & surrexerunt quidam Legisperiti ex partibus Pharisæorum, & contendebant cum illis, ac dicebant; Non invenimus quicquam mali in hoc homine: si autem Spiritus aut Angelus loquutus est cum eo, quid *mali* est in hoc?

10 Et quum esset tumultus magnus inter eos, timebat Tribunus, ne discerperent Paulum: & misit ad Romanos, ut venientes raperent eum è medio eorum, & introducerent eum in castra.

11 Quumque facta esset nox, visus est Dominus noster Paulo: & dixit ei; Corroborare: quia, quemadmodum testificatus es de me Hierosolymis, ita futurum est, ut etiam Romæ testificeris.

12 Et quum factum esset diluculum, congregati sunt quidam ex Judæis, & anathemate obstrinxerunt se, quòd non essent esuri, neque bibituri, donec interfecissent Paulum.

13 Erant autem illi qui pacti fuerant cum juramentis hoc pactum plures quàm quadraginta viri.

14 Et accesserunt ad Sacerdotes & ad Seniores, ac dicebant; Omnino anathemate devovimus nos, quòd nihil gustabimus, donec interfecerimus Paulum.

15 Et nunc petite vos & Principes Synedrii à Tribuno

Tribuno, ut adducat eum ad vos, tanquam volentes inquirere verè factum ejus: & nos parati sumus interficere eum, priusquam perveniat ad vos.

16 Et audierat filius sororis Pauli insidias has: & ingressus est in castra, ac renunciavit Paulo.

17 Ac mittens Paulus vocavit unum ex Centurionibus, & dixit ei; Adduc adolescentem hunc ad Tribunum: est enim ei aliquid quod dicat illi.

18 Et accepit Centurio adolescentem, introduxitque eum ad Tribunum, ac dixit; Paulus vinctus vocavit me, & petiit à me, ut adducerem hunc adolescentem ad te, quia est ei aliquid quod dicat tibi.

19 Et apprehendit manu sua Tribunus adolescentem, & subduxit eum ad unum latus, & interrogavit eum; Quid est tibi quod dicas mihi?

20 Et dixit ei adolescens; Judæi consultaverunt petere abs te, ut deduceres Paulum cras in Synedrium eorum, quasi volentes aliquid amplius discere ab eo.

21 Tu igitur ne assensum præbeas eis: ecce enim plures quàm quadraginta viri ex eis observant eum in insidiis, & anathemate obstrinxerunt animas suas, quòd non comedent, neque bibent; donec interficerint eum: & ecce parati sunt, & expectant promissionem tuam.

22 Et dimisit Tribunus adolescentem, quum præcepisset ei; Ne quis cognoscat, quòd hæc indicaveris mihi.

23 Et vocavit duos centuriones, & dixit eis; Ite, & parate Romanos ducentos, qui proficiscantur Cæsaream, & equites septuaginta, & jaculatores dexterâ ducentos, qui exeant à tertia hora noctis.

24 Parate autem etiam jumentum, ut imponant Paulum, & salvent apud Felicem Præsidem.

25 Et scripsit epistolam, ac dedit eis, in qua erat ita:

26 ܩܠܘܕܝܘܣ ܠܘܣܝܘܣ ܠܦܝܠܝܟܣ
ܗܓܡܘܢܐ : ܢܨܝܚܐ ܫܠܡ. 27 ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ
ܐܚܕܘ ܝܗܘܕܝܐ ܐܝܟ ܕܢܩܛܠܘܢܝܗܝ. ܘܩܡܬ ܐܢܐ
ܥܡ ܪܗܘܡܝܐ ܘܦܪܩܬܗ. ܟܕ ܝܠܦܬ ܕܪܗܘܡܝܐ
ܗܘ. 28 ܘܟܕ ܒܥܝܬ ܕܐܕܥ ܥܠܬܐ
ܕܡܛܠܬܗ ܪܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܐܚܬܬܗ ܠܟܢܘܫܬܗܘܢ
29 ܘܐܫܟܚܬ ܕܥܠ ܙܛܡܐ ܕܢܡܘܣܗܘܢ ܪܫܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ. ܘܥܠܬܐ ܕܫܘܝܐ ܠܐܣܘܪܐ ܐܘ ܠܡܘܬܐ
ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. 30 ܘܟܕ ܐܬܒܕܩ ܠܝ ܕܢܟܠܐ
ܥܒܕܝܢ ܥܠܘܗܝ ܝܗܘܕܝܐ. ܡܚܕܐ
ܫܕܪܬܗ ܠܘܬܟ. ܘܦܩܕܬ ܠܩܛܝܓܪܢܘܗܝ. ܕܢܐܬܘܢ
ܘܢܬܕܝܢܘܢ ܥܡܗ ܩܕܡܝܟ. ܗܘܝܬ ܚܠܝܡ ܀
31 ܗܝܕܝܢ ܪܗܘܡܝܐ ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕܘ. ܕܒܪܘܗܝ
ܠܦܘܠܘܣ ܒܠܠܝܐ. ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܐܢܛܝܦܛܪܘܣ
ܡܕܝܢܬܐ. 32 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ. ܫܪܘ ܦܪܫܐ
ܠܪܓܠܝܐ ܕܥܡܗܘܢ ܕܢܗܦܟܘܢ ܠܡܫܪܝܬܐ.
33 ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܩܣܪܝܐ. ܘܝܗܒܘ ܐܓܪܬܐ
ܠܗܓܡܘܢܐ. ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܩܕܡܘܗܝ ܠܦܘܠܘܣ.
34 ܘܟܕ ܩܪܐ ܐܓܪܬܐ. ܡܫܐܠ ܗܘܐ ܠܗ ܕܡܢ
ܐܝܕܐ ܗܘܦܪܟܝܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܟܕ ܝܠܦ ܕܡܢ
ܩܝܠܝܩܝܐ. 35 ܐܡܪ ܠܗ. ܫܡܥ ܐܢܐ ܠܟ
ܡܐ ܕܐܬܘ ܡܩܛܪܓܢܝܟ. ܘܦܩܕ ܕܢܬܢܛܪ ܒܦܪܛܘܪܝܢ
ܕܗܪܘܕܣ ܀

26 Claudius Lysias Felici Præsidi victorioso pacem.

27 Virum hunc ceperunt Judæi, ut interficerent eum: & surrexi ego cum Romanis, & servavi eum, quum didicissem, quòd Romanus esset.

28 Quumque inquirerem, ut cognoscerem causam propter quam accusabant eum, deduxi eum in consessum eorum.

29 Et inveni, quòd de quæstionibus Legis eorum accusarent eum: & causa, quæ digna sit vinculis aut morte, non erat in eo.

30 Quumque indicatus esset mihi dolus quem insidiis fecerunt contra eum Judæi, statim misi eum ad te; & præcepi accusatoribus ejus, ut venirent, & agerent cum eo coram te. Vale.

31 Tunc Romani, sicut præceptum fuerat eis, acceperunt Paulum nocte, & adduxerunt eum in civitatem Antipatridem.

32 Et die postero equites dimiserunt pedites socios suos, ut reverterentur in castra.

33 Et adduxerunt eum Cæsaream, tradideruntque epistolam Præsidi, ac stiterunt coram eo Paulum.

34 Et quum legisset epistolam, interrogabat eum, ex qua provincia esset: quumque didicisset, quòd esset ex Cilicia,

35 Dixit ei; Auditurus sum te, quum venerint accusatores tui. Et præcepit, ut custodirent eum in prætorio Herodis.

ܩܦܠܐܘܢ ܟܕ

1 ܘܡܢ ܒܬܪ ܚܡܫܐ ܝܘܡܝܢ. ܢܚܬ ܚܢܢܝܐ
ܪܒ ܟܗܢܐ ܥܡ ܩܫܝܫܐ: ܘܥܡ ܛܪܛܠܘܣ ܪܗܛܪܐ.
ܘܐܘܕܥܘ ܠܗܓܡܘܢܐ ܥܠ ܦܘܠܘܣ. 2 ܘܟܕ
ܐܬܩܪܝ: ܫܪܝ ܗܘܐ ܛܪܛܠܘܣ ܡܩܛܪܓ ܠܗ
ܘܐܡܪ. 3 ܒܣܘܓܐܐ ܕܫܢܝܐ ܥܡܪܝܢ ܡܛܠܬܟ.
ܘܬܩܢܬܐ

CAPUT XXIV.

1 ET post dies quinque descendit Ananias Summus Sacerdos cum Senioribus, & cum Tertullo Rhetore, & significavit Præsidi de Paulo.

2 Quumque advocatus esset, incepit Tertullus accusare eum, ac dicere:

3 Multis annis habitamus propter te, &

& emendationes multæ factæ sunt populo huic moderamine judicii tui, & omnes nos in omni loco accipimus gratiam tuam, victoriose Felix.

4 Ne autem fatigemus te multis, oro te, ut audias humilitatem nostram breviter.

5 Comperimus enim virum hunc quod sit ficarius, & excitet tumultum omnibus Judæis qui sunt in universa terra: Princeps enim est doctrinæ Nazaræorum.

6 Et templum nostrum voluit contaminare: & quum apprehendissemus eum, voluimus eum judicare secundum Legem nostram.

7 Venit autem Lysias Tribunus, & violentia magna è manibus nostris abstulit eum, & ad te misit eum.

8 Ac præcepit accusatoribus ejus, ut venirent ad te; & poteris, quum interrogaveris eum, discere ab eo de omnibus his, de quibus nos accusamus eum.

9 Contenderunt autem contra eum etiam ipsi Judæi, dicentes, quod hæc ita se haberent.

10 Et innuit præses Paulo, ut loqueretur: & respondit Paulus, ac dixit; Ab annis multis novi te esse judicem populi hujus, & propter hoc læte defensione utor pro me ipso.

11 Quum possis tu nosse, quod non plures sint mihi quàm duodecim dies, ex quo ascenderim Hierosolymam ad adorandum.

12 Neque invenerunt me, quòd loquerer cum quoquam in templo, neque etiam quod congregationem congregaverim, nec in Synagoga eorum, neque in urbe.

13 Neque facultas est iis, ut probent coram te id de quo nunc accusant me.

14 Omnino autem hoc fateor, quod in ea ipsa doctrina, quam dicunt, colo Deum Patrum meorum, credens omnibus quæ scripta sunt in Lege & Prophetis.

15 Et est mihi spes in Deum,

ea

[illegible]

ea quam etiam ii ipsi sperant, futuram esse resurrectionem à mortuis, justorum & injustorum.

16 Propter hoc quoque laboro, ut conscientia pura sit mihi coram Deo & coram hominibus perseveranter.

17 Post annos autem plures veni ad populares meos, ut darem eleemosynam, & offerrem oblationem.

18 Et invenerunt me isti in templo purgatum, non cum turba, neque in tumultu. Nisi quòd tumultuati sunt quidam Judæi, qui venerunt ex Asia.

19 Quos oportebat stare mecum coram te, & accusare de eo quod esset eis.

20 Aut hi ipsi dicant, quid invenerint in me delicti, quum starem coram consessu eorum:

21 Nisi hoc unum verbum, quod clamavi stans in medio eorum; De resurrectione mortuorum judicor hodie coram vobis.

22 Felix autem, quia noverat viam hanc plenè, distulit eos, dicens; Quum venerit Tribunus audiam inter vos.

23 Et præcepit Centurioni, ut servarent Paulum in quiete, & ut nemo ex notis ejus prohiberetur, quo minus ministraret ei.

24 Et post paucos dies misit Felix, & Drusilla uxor ejus, quæ erat Judæa, & vocaverunt Paulum, & audiverunt ab eo de fide Christi.

25 Et quum loqueretur cum eis de justitia & sanctitate, & de judicio quod futurum est, pavore implebatur Felix, ac dixit; Nunc abi, & quum fuerit mihi opportunitas, mittam ad te.

26 Sperabat enim, sibi munus datum iri à Paulo: propter hoc crebrò mittens accersebat eum, ac loquebatur cum eo.

27 Et quum implevisset sibi duos annos,

annos alius Præses venit in locum ejus, qui vocabatur Porcius Festus: Felix autem, ut præstaret gratiam Judæis, reliquit Paulum vinctum.

CAPUT XXV.

1 ET quum venisset Festus Cæsaream, post tres dies ascendit Hierosolymam.

2 Et indicaverunt ei Principes Sacerdotum & Primores Judæorum de Paulo:

3 Et petebant ab eo, rogantes eum hanc gratiam, ut mittens adduceret eum Hierosolymam: dum struerent insidias in via, ut interficerent eum.

4 Et Festus reddidit responsum; Paulus servatur Cæsareæ, & ego festino, ut proficiscar.

5 Qui igitur sunt inter vos, quibus est facultas, descendant nobiscum: & de omni delicto, quod est in eo viro, accusent.

6 Et quum fuisset ibi dies octo aut decem, descendit Cæsaream: & die postero sedit pro tribunali, & præcepit, ut adducerent Paulum.

7 Et quum venisset, circumdederunt eum Judæi, qui descenderant Hierosolymis, & accusationes multas ac duras afferebant contra eum, quas non poterant demonstrare.

8 Quumque Paulus defensionem diceret, quòd non deliquisset quicquam, neque in Legem Judæorum, neque in Templum, neque in Cæsarem:

9 Festus autem volens dare gratiam Judæis dixit Paulo; Vis ascendere Hierosolymam, & illic de his judicari coram me?

10 Respondit Paulus, ac dixit; Ad tribunal Cæsaris sto: hîc justum est me judicari. Nihil peccavi in Judæos,

ficut

ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܬ ܝܕܥ ܐܢܬ. 11 ܘܐܢ ܡܣܟܠܘܬܐ ܥܒܝܕܐ ܠܝ ܐܘ ܡܕܡ ܕܫܘܐ ܠܡܘܬܐ: ܠܐ ܡܫܬܐܠܢܐ ܐܢܐ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܠܝܬ ܒܝ ܡܕܡ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܡܩܛܪܓܝܢ ܠܝ: ܠܐ ܐܢܫ ܝܗܒ ܠܝ ܠܗܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܩܣܪ ܩܪܐ ܐܢܐ. 12 ܗܝܕܝܢ ܦܗܣܛܘܣ ܡܠܠ ܥܡ ܒܢܝ ܡܠܟܗ ܘܐܡܪ. ܠܩܣܪ ܩܪܝܬ: ܠܘܬ ܩܣܪ ܐܙܠ ܐܢܬ ܀ 13 ܘܟܕ ܗܘܘ ܝܘܡܬܐ: ܢܚܬ ܐܓܪܦܘܣ ܡܠܟܐ ܘܒܪܢܝܩܐ ܠܩܣܪܝܐ ܕܢܫܐܠܘܢ ܒܫܠܡܗ ܕܦܗܣܛܘܣ. 14 ܘܟܕ ܗܘܘ ܠܘܬܗ ܝܘܡܬܐ. ܐܫܬܥܝ ܦܗܣܛܘܣ ܠܡܠܟܐ ܥܠ ܕܝܢܗ ܕܦܘܠܘܣ. ܟܕ ܐܡܪ: ܓܒܪܐ ܚܕ ܐܣܝܪܐ ܐܫܬܒܩ ܡܢ ܐܝܕܝ ܦܝܠܟܣ. 15 ܘܟܕ ܗܘܝܬ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܐܘܕܥܘܢܝ ܥܠܘܗܝ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܘܒܥܘ ܕܐܬܒܥ ܠܗܘܢ ܕܝܢܗ. 16 ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ: ܕܠܝܬ ܥܝܕܐ ܠܪܗܘܡܝܐ ܕܢܫܠܡܘܢ ܒܪܢܫܐ ܡܘܗܒܬܐ ܠܐܒܕܢܐ: ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܒܥܠ ܕܝܢܗ ܘܢܟܣܝܘܗܝ ܥܠ ܐܦܘܗܝ: ܘܢܬܝܗܒ ܠܗ ܐܬܪܐ ܠܡܦܩ ܪܘܚܐ ܥܠ ܡܕܡ ܕܡܬܪܫܐ. 17 ܘܟܕ ܐܬܝܬ ܠܗܪܟܐ: ܕܠܐ ܬܘܚܪܐ ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܝܬܒܬ ܥܠ ܒܝܡܐ ܘܦܩܕܬ ܕܢܝܬܘܢܗܝ ܠܝ ܠܓܒܪܐ. 18 ܘܩܡܘ ܥܡܗ ܡܩܛܪܓܢܘܗܝ: ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܡܕܡ ܕܥܠܬܐ ܒܝܫܬܐ ܠܡܚܘܝܘ ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܕܣܒܪ ܗܘܝܬ. 19 ܙܛܡܐ ܕܝܢ ܡܕܡ ܡܕܡ ܥܠ ܕܚܠܬܗܘܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܘܬܗ. ܘܥܠ ܝܫܘܥ ܚܕ ܕܡܝܬ. ܗܘ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ ܕܚܝ ܗܘ. 20 ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܡܦܣܩ ܗܘܝܬ ܐܢܐ ܥܠ ܙܛܡܐ ܗܢܐ ܐܡܪܬ ܗܘܝܬ ܠܦܘܠܘܣ. ܕܨܒܐ ܐܢܬ ܠܡܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܘܬܡܢ ܬܬܕܝܢ ܥܠ ܗܠܝܢ. 21 ܗܘ ܕܝܢ ܒܥܐ ܕܢܬܢܛܪ ܠܕܝܢܗ ܕܩܣܪ.

ſicut etiam tu noſti.

11 Quod ſi delictum commiſſum eſt à me, aut aliquid quod dignum ſit morte, non me ſubduco à morte: ſi autem non eſt in me aliquid ex his quorum accuſant me, nemo daturus eſt me eis dono. Provocationes Cæſaris exclamo.

12 Tunc Feſtus loquutus eſt cum conſiliariis ſuis, ac dixit; Provocationem Cæſaris exclamâſti? ad Cæſarem proficiſceris.

13 Et quum fuiſſent *aliquot* dies, deſcendit Agrippa Rex & Bernice Cæſaream, ut ſalutarent Feſtum.

14 Et quum fuiſſent apud eum *aliquot* dies, narravit Feſtus Regi cauſam Pauli, dicens; Vir quidam vinctus relictus eſt à Felice:

15 Et quum eſſem Hieroſolymis, indicaverunt mihi de eo Principes Sacerdotum & Seniores Judæorum, & petierunt, ut facerem eis judicium de eo.

16 Et dixi eis, quòd non ſit mos Romanis, ut dent hominem dono ad necem, donec venerit adverſarius ejus, & arguat eum in faciem, & detur ei locus ad prolationem defenſionis ſuper eo de quo accuſatur.

17 Et quum veniſſem huc, abſque dilatione die poſtero ſedi pro tribunali, & præcepi, ut adducerent mihi hominem illum:

18 Et ſteterunt cum eo accuſatores ejus, nec potuerunt ullam accuſationem malam demonſtrare contra eum, ſicut arbitrabar:

19 Quæſtiones autem quædam de religione eorum erant eis contra eum, & de Jeſu quodam, qui mortuus eſt, quem dicebat Paulus, quòd vivus ſit.

20 Et quia ego non eram firmus circa quæſtionem rerum harum, dixeram Paulo; Viſne proficiſci Hieroſolymam, & illic judicari ſuper iſtis?

21 Ipſe autem petiit, ut ſervaretur ad judicium Cæſaris.

Et

Et præcepi, ut servaretur, donec mitterem eum ad Cæsarem.

22 Dixitque Agrippa; Cuperem audire hominem hunc. Et Festus ait; Cras auditurus es eum.

23 Et die postero venit Agrippa & Bernice fastu multo, & ingressus est domum judicii cum Tribunis & Primoribus civitatis, & præcepit Festus; & venit Paulus.

24 Et dixit Festus; Agrippa Rex, & omnes viri qui estis nobiscum, de hoc homine, quem videtis, universus populus Judæorum interpellavit me Hierosolymis & hic, clamantes, quod non amplius conveniret hunc vivere.

25 Ego autem comperi, quòd nihil quod dignum sit morte factum sit ab eo: & quia ipse petiit, ut servaretur ad judicium Cæsaris, præcepi, ut mitteretur.

26 Et non novi, quid scribam de eo Cæsari, propter hoc volui adducere eum coram vobis, & maximè coram te, Rex Agrippa, ut, quum inquisita fuerit causa ejus, inveniam, quid scribam.

27 Non enim convenit, ut, quum mittimus hominem vinctum, non scribamus delictum ejus.

CAPUT. XXVI.

1 ET dixit Agrippa Paulo; Permittitur tibi loqui pro teipso. Tunc Paulus extendit manum suam, & defendit se, ac dixit:

2 Super omnibus de quibus accusor à Judæis, Rex Agrippa, arbitror meipsum beatum esse, quod coram te hodie me defendam:

3 Maximè quia scio, quod versatus sis in omnibus quæstionibus & legibus Judæorum: idcirco peto abs te, ut patienti animo audias me.

4 Norunt enim etiam ipsi Judæi

Judæi (si velint testari) conversationes meas à pueritia mea, quæ fuerunt mihi à principio in populo meo & Hierosolymis

5 Quia à longo tempore persuasi sunt de me, & norunt, quod in doctrina principali Pharisæorum vixerim.

6 Et nunc ob spem promissionis, quæ facta fuerat Patribus nostris à Deo, sto & judicor.

7 Ad quam spem duodecim tribus nostræ sperant se perventuras precibus assiduis diei & noctis: & propter hanc eandem spem accusor à Judæis, Rex Agrippa.

8 Quid judicatis vos? nonne oportet credere, quod excitabit Deus mortuos?

9 Ego enim à principio proposueram in mente mea, ut contraria multa facerem adversus nomen Jesu Nazareni.

10 Id quod feci etiam Hierosolymis, & sanctos multos conjeci in carcerem per potestatem quam acceperam à summis Sacerdotibus, & quum interficerentur ab eis, adjunxi me eis qui damnabant eos.

11 Et in omni synagoga sæviebam in eos, quum cogerem, ut blasphemarent nomen Jesu, & in ira magna, qua repletus eram contra eos, etiam ad civitates alias egressus sum ad persequendum eos.

12 Et quum proficiscerer propter hoc Damascum cum potestate & permissione summorum Sacerdotum,

13 In medio diei in via vidi è cœlo, ô Rex, quòd effulgeret super me & super omnes qui mecum erant lux quæ excellentior erat quàm sol.

14 Et cecidimus omnes nos super terram, ac audivi vocem dicentem mihi Hebraice; Saul, Saul, quid persequeris me? Durum erit tibi calcare adversus stimulos.

15 Et ego dixi; Quis es, Domine mi? & Dominus noster dixit mihi; Ego sum Jesus Nazarenus,

quem

ܐܢܬ ܪܕܦ ܠܗ. 16 ܘܐܡܪ ܠܝ ܩܘܡ ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܟ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܬܚܙܝܬ ܠܟ: ܕܐܩܝܡܟ ܡܫܡܫܢܐ ܘܣܗܕܐ ܕܚܙܝܬܢܝ ܘܕܥܬܝܕ ܐܢܬ ܕܬܚܙܝܢܝ. 17 ܘܐܦܨܝܟ ܡܢ ܥܡܐ ܝܗܘܕܝܐ: ܘܡܢ ܥܡܡܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܠܘܬܗܘܢ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟ. 18 ܕܬܦܬܚ ܥܝ̈ܢܝܗܘܢ: ܐܝܟ ܕܢܬܦܢܘܢ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܐ: ܘܡܢ ܫܘܠܛܢܗ ܕܣܛܢܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܘܢܩܒܠܘܢ ܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܘܦܣܐ ܥܡ ܩܕ̈ܝܫܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܒܝ. 19 ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܐܓܪܝܦܘܣ: ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܣܪܗܒܢܐ ܠܚܙܘܐ ܫܡܝܢܐ. 20 ܐܠܐ ܐܟܪܙܬ ܡܢ ܠܘܩܕܡ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܕܪܡܣܘܩ: ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܒܐܘܪܫܠܡ: ܘܠܟܠܗܝܢ ܩܘ̈ܪܝܐ ܕܝܗܘܕ. ܘܐܦ ܠܥܡܡܐ ܐܟܪܙܬ: ܕܢܬܘܒܘܢ ܘܢܬܦܢܘܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ: ܘܢܥܒܕܘܢ ܥܒ̈ܕܐ ܕܫܘܝܢ ܠܬܝܒܘܬܐ. 21 ܘܥܠ ܗܠܝܢ ܐܚܕܘܢܝ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܒܗܝܟܠܐ: ܘܨܒܘ ܠܡܩܛܠܢܝ. 22 ܥܕܪܢܝ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ ܗܢܐ. ܘܗܐ ܩܐܡ ܐܢܐ ܘܡܣܗܕ ܐܢܐ ܠܙܥܘܪܐ ܘܠܪܒܐ. ܟܕ ܡܕܡ ܠܒܪ ܡܢ ܡܘܫܐ ܘܢܒ̈ܝܐ ܠܐ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܗܢܘܢ ܐܡܪܘ ܕܥܬܝ̈ܕܢ ܠܡܗܘܐ. 23 ܕܢܚܫ ܡܫܝܚܐ: ܘܢܗܘܐ ܪܫܝܬܐ ܕܩܝܡܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ: ܘܢܟܪܙ ܢܘܗܪܐ ܠܥܡܐ ܘܠܥܡܡܐ. 24 ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܢܦܩ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ ܪܘܚܐ: ܩܥܐ ܦܣܛܘܣ ܒܩܠܐ ܪܡܐ: ܫܢܝܬ ܠܟ ܦܘܠܐ. ܣܦܪ̈ܐ ܣܓ̈ܝܐܐ ܫܢܝܘܟ. 25 ܐܡܪ ܠܗ ܦܘܠܘܣ: ܠܐ ܫܢܝܬ ܢܨܝܚܐ ܦܣܛܘܣ. ܐܠܐ ܡ̈ܠܐ ܕܫܪܪܐ ܘܕܬܪܝܨܘܬܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ. 26 ܘܐܦ ܡܠܟܐ ܐܓܪܝܦܘܣ ܝܕܥ ܠܗܠܝܢ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܓܠܝܐܝܬ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܩܕܡܘܗܝ.

quem tu persequeris.

16 Dixitque mihi; Sta in pedes tuos: propter hoc enim apparui tibi, ut constituerem te ministrum & testem ejus quod vidisti me, & quod videbis me.

17 Et eripiam te à Gente Judæorum, & à Gentibus aliis, ad quas mitto te:

18 Ut aperias oculos eorum, quò convertantur à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem cum sanctis, per fidem quæ est in me.

19 Quapropter, Rex Agrippa, non obstiti contumaciter visioni cœlesti:

20 Sed prædicavi primùm iis qui erant Damasci, & iis qui erant Hierosolymis, & qui in omnibus agris Judææ: & etiam Gentibus prædicavi, ut resipiscerent & converterentur ad Deum, & facerent opera quæ digna essent resipiscentia.

21 Et propter hæc comprehenderunt me Judæi in templo, & volebant interficere me.

22 Adjuvit autem me Deus usque in diem hunc, & ecce sto, & testificor parvis & magnis, nihil extra Mosen & Prophetas dicens, sed ea quæ ipsi dixerunt, quòd futura essent:

23 *Nempè* quod passurus esset Christus, & quòd futurus esset primitiæ resurrectionis à mortuis, & quòd prædicaturus esset lucem Populo huic & Gentibus.

24 Et quum ita se defenderet Paulus, clamavit Festus voce elata; Insanis Paule: multa doctrina adegit te ad insaniam.

25 Dixit ei Paulus; Non insanio, Victoriose Feste; sed sermones veritatis & rectitudinis loquor.

26 Et etiam Rex Agrippa maximè novit de his ipsis; & idcirco liberè loquor coram eo,

coram eo, quia ne unam quidem ex his rebus arbitror latere eum: nequaquam enim in occulto gestæ sunt.

27 Credis Rex Agrippa Prophetis? scio, quod credas.

28 Dixit ei Rex Agrippa; Propemodum persuades mihi, ut sim Christianus.

29 Et Paulus dixit; Optarim à Deo minimo maximoque negotio non tibi tantum, sed etiam omnibus qui audiunt me hodie, ut essent sicut ego, exceptis vinculis istis.

30 Et surrexit Rex & Præses & Bernice, & qui sedebant cum eis.

31 Et quum secessissent inde, loquebatur unus cum alio, ac dicebant; Nihil quod dignum sit morte & vinculis fecit homo hic.

32 Et dixit Agrippa Festo; Potuisset homo hic dimitti, nisi provocationem Cæsaris exclamasset.

CAPUT XXVII.

1 ET præcepit de eo Festus, ut mitteretur ad Cæsarem in Italiam. ac tradidit Paulum & vinctos alios cum eo viro cuidam Centurioni ex cohorte Augusta, cujus nomen erat Julius.

2 Et quum iter faciendum esset, descendimus in navim quæ erat ex civitate Adramanto, & proficiscebatur in regionem Asiæ: ingressusque fuerat nobiscum in navigium Aristarchus Macedo, qui erat ex civitate Thessalonica.

3 Et die postero pervenimus Zidonem: & usus est Centurio misericordiâ erga Paulum, & permisit ei, ut proficisceretur ad amicos suos, ac refocillaretur.

4 Et illinc iter fecimus, atque quia venti contrarii erant

circuivimur

circuivimus juxta Cyprum.

5 Et transivimus mare Ciliciæ & Pamphyliæ, ac pervenimus Myram civitatem Lyciæ.

6 Et invenit ibi Centurio navim Alexandrinam, quæ proficiscebatur in Italiam, & collocavit nos in eam.

7 Et quia graviter navigabat, diebus multis vix pervenimus è regione Knidi insulæ: & quia non finebat ventus, ut proficisceremur rectà, circuivimus juxta Cretam è regione Salaminæ civitatis.

8 Et vix iter facientes circum eam pervenimus ad locum qui vocatur, Portus pulchri: & propinqua erat ei civitas, cujus nomen Lasia.

9 Et mansimus ibi tempore multo usque ad diem quo prætererat etiam dies jejunii Judæorum, & erat periculum aliquem iter facere mari, & consulebat eis Paulus,

10 Ac dicebat; Viri, video, quòd cum molestia & cum jactura multa futura sit nostra navigatio, non tantum oneris navis nostræ, sed etiam animarum nostrarum.

11 Centurio autem gubernatori & domino navis auscultabat potius quàm sermonibus Pauli.

12 Et quia non aptus erat ille portus ad hyemandum in eo hyeme, multi ex nobis cupiebant, ut navigaremus inde: & siquidem possent, pervenire & hyemare in portu aliquo qui erat in Creta, & vocabatur Phœnix, & spectabat ad Austrum.

13 Quumque flaret ventus Austri, & putarent, quod perventuri essent juxta voluntatem suam, navigabamus circa Cretam.

14 Et post paululum egressus est contra nos ventus tempestatis, qui vocatur Typhonicus Euroclydon.

15 Et abrepta est navis, neque potuit resistere vento,

&

& tradidimus *navim* in manum (*potestatem*) illius.

16 Et quum transivissemus insulam quandam quæ vocabatur Cyra, vix potuimus apprehendere scapham.

17 Quumque sustulissemus eam, extrinsecus cingebamus, & firmabamus navim: & quia timebamus, ne incideret in Syrtim maris, submisimus antennam, & ita navigabamus.

18 Quumque insurrexisset contra nos tempestas dura, die postero abjecimus vasa in mare.

19 Et die tertio vasa ipsius navis manibus nostris abjecimus.

20 Quumque duraret tempestas dies complures, neque sol conspiceretur, neque luna, neque stellæ, spes vitæ nostræ prorsus præcisa erat.

21 Et quum nullus quicquam cibi sumeret, tunc stetit Paulus in medio eorum, ac dixit; Si assensum mihi præbuissetis, ô viri, non navigassemus à Creta, & subtracti fuissemus à damno & angustia hac.

22 Et nunc consulo vobis, ut sitis sine anxietate: nemo enim ex vobis peribit, nisi navis.

23 Conspectus est enim nocte hac *mihi* Angelus Dei illius cujus sum, & quem colo,

24 Ac dixit mihi; Ne timeas Paule: futurum est te sisti coram Cæsare: & ecce, dedit tibi Deus dono omnes qui navigant tecum.

25 Propter hoc bono animo estote, ô viri: Credo enim in Deum, quod ita futurum sit, sicut dictum est mihi.

26 Cæterùm in insulam quandam ejiciendi sumus.

27 Et post quatuordecim dies quibus erraveramus, & abrepti fueramus in Adriatico mari, in mediâ nocte putarunt nautæ, quod ad terram appropinquarent.

28 Et jecerunt bolidem, ac invenerunt ulnas viginti: & rursus paululùm navigaverunt, & invenerunt ulnas quindecim.

29 Quumque timeremus, ne deprehenderemur in locis, in quibus essent saxa, jecerunt à posteriori parte navis anchoras quatuor: & orabant, ut fieret dies.

30 Nautæ autem quæsiverunt fugere è navi, & demiserunt ex ea scapham in mare, prætextu, quòd abituri essent in ea & ligaturi navim ad terram.

31 Quumque id vidisset Paulus, ait Centurioni & militibus; Si isti in navi non maneant, vos non potestis servari.

32 Tunc absciderunt milites funes scaphæ à navi, & siverunt eam aberrare.

33 Ipse verò Paulus usquedum esset aurora suadebat omnibus, ut caperent cibum, dicens eis; Hodie ecce, decimusquartus est dies, *ex quo* ob concitationem nihil gustatum est à vobis.

34 Idcirco peto à vobis, ut capiatis cibum ad sustentationem vitæ vestræ: capillus enim è capite ullius ex vobis non est periturus.

35 Et quum hæc dixisset, accepit panem, & glorificavit Deum coram omnibus, & fregit, ac cœpit comedere.

36 Et consolationem acceperunt omnes, & ceperunt alimentum.

37 Eramus autem in navi ducentæ & septuaginta sex animæ.

38 Quumque saturati essent cibo, exonerabant navim, & sustulerunt triticum projeceruntq; in mare.

39 Et quum factus esset dies, nautæ quæ esset illa regio non agnoverunt: sed intuiti sunt juxta aridam sinum quendam maris, quò meditabantur, ut, si possibile esset, impellerent navim.

40 Et absciderunt anchoras à navi, & laxaverunt illas in mare. Et solverunt juncturas gubernaculorum, & suspenderunt artemonem parvum ad ventum qui flabat, & navigabant versus aridam.

41 Et impegit navis ad locum altum inter

[illegible]

inter duas profunditates maris, & infixit se ei, & consistebat super eum prora ipsius, & non movebatur: puppis verò ejus solvebatur à violentia fluctuum.

42 Et volebant milites interficere vinctos, ne committerent se natatui, & effugerent ab eis,

43 Et Centurio prohibuit eos ab hac re, quia volebat servare Paulum: & iis, qui poterant se committere natatui, præcepit, ut in primis natarent, & transirent ad terram.

44 Et reliquos super tabulas & super ligna alia navis fecit transire: & ita omnes salvi evaserunt in terram.

CAPUT XXVIII.

1 Et postea didicimus, quòd Melita vocaretur illa insula. Et barbari, qui habitabant in ea, miserationes multas ostendebant erga nos.

2 Et accenderunt ignem, convocaveruntque nos omnes, ut nos calefaceremus propter pluviam magnam & gelu, quod erat.

3 Et Paulus sustulit multitudinem sarmentorum, & posuit super ignem, & egressa est ex eis vipera è calore ignis, & momordit manum ejus.

4 Quumque vidissent eam barbari, quòd penderet ex manu ejus, dicebant; Forsan hic vir homicida est, quem ereptum è mari justitia non sivit vivere.

5 Ipse vero Paulus excussit manum suam, & injecit viperam in ignem: & nihil mali factum est ei.

6 Existimabant autem barbari, quòd eo momento consumeretur, & caderet mortuus in terram: & quum tempus multum exspectassent, & viderent, quòd nihil mali factum esset ei, mutaverunt verba sua, & dixerunt, quòd Deus esset.

7 Erant autem agri in eo loco viro cuidam, cujus nomen erat Publius,

qui

qui ipse erat Princeps insulæ, & excepit nos domi suæ tribus diebus hilariter.

8 Pater autem Publii febri & dolore viscerum infirmus erat: & ingressus est ad eum Paulus, ac oravit, & imposuit ei manum suam, ac sanavit eum.

9 Et quum factum esset hoc, reliqui quoque, qui erant in ea insula infirmi, accedebant ad eum, & sanabantur.

10 Et honoribus magnis honorârunt nos: & quum egrederemur inde, viatico instruxerunt.

11 Egressi autem sumus post menses tres: & iter fecimus in navi Alexandrina, quæ hyemaverat in ea insula, & erat ei signum Gemellorum.

12 Et venimus in urbem Syracusam, mansimusque ibi dies tres.

13 Et inde circuivimus, & pervenimus ad civitatem Rhegium: & post diem unum flabat nobis ventus Australis, ac duobus diebus venimus Puteolos civitatem Italiæ.

14 Et invenimus ibi fratres, & rogaverunt nos, ac mansimus apud eos dies septem, & tunc profecti sumus Romam.

15 Et quum audiverunt fratres qui illic erant, egressi sunt in occursum nobis usque in plateam quæ vocatur Appii forum, & usque ad tres tabernas: & quum vidisset eos Paulus, gratias egit Deo, & seipsum corroboravit.

16 Et ingressi sumus Romam, & permisit Centurio Paulo, ut habitaret ubi vellet cum milite illo qui custodiebat eum.

17 Et post tres dies misit Paulus, & convocavit primores Judæorum: & quum congregati essent, dixit eis; Viri fratres mei, ego, quamvis nullo modo insurrexerim contra populum & legem patrum meorum, in vinculis traditus sum Hierosolymâ in manum Romanorum.

18 Et ipsi, quum interrogassent me, voluerunt me dimittere, eo quòd non invenirent in me

in me culpam ullam, quæ digna esset morte.

19 Et quum starent contra me Judæi, coactus sum clamare provocationem Cæsaris: non quasi habens accusare in aliqua re populares meos.

20 Propter hoc rogavi vos ut veniretis, & viderem vos, & narrarem vobis ista: nam propter spem Israelis vinctus sum catena hac.

21 Dicunt ei ipsi; Nos de te non accepimus epistolam è Judæa, neque ulli ex fratribus, qui venerunt Hierosolymis, dixerunt nobis aliquid quod malum sit de te.

22 Cupidi autem sumus audiendi ex te id quod sentias, propterea quòd doctrinam hanc scimus, quòd à nemine recipiatur.

23 Et constituerunt ei diem, ac congregati sunt, veneruntque ad eum multi eo ubi habitabat, & exposuit eis de regno Dei, testificans & persuadens eis de Jesu, ex lege Mosis, & ex prophetis, à mane usque ad vesperam.

24 Et quidam ex eis assentiebantur sermonibus ejus, & alii non assentiebantur.

25 Et discesserunt ab eo, quum non essent consentientes invicem. Et dixit eis ipse Paulus hunc sermonem; Benè loquutus est Spiritus sanctus per os Esaiæ Prophetæ contra patres vestros,

26 Dicens; Vade ad populum hunc, & dic eis; Auditu audietis, & non intelligetis; & videbitis, & non cernetis:

27 Incrassatum enim est cor populi hujus, & auditum suum gravem reddiderunt, & oculos suos clauserunt, ne viderent oculis suis, & audirent auribus suis, & intelligerent corde suo, & converterentur ad me, & remitterem eis.

28 Notum sit igitur vobis hoc, quòd ad Gentes est missa hæc redemptio; ipsæ enim

& quoque

& quoque auscultant ei.

29 (Et cum hæc dixisset, egressi sunt Judæi, & disceptabant multum inter se. *)

30 Et mercede conduxit sibi Paulus de suo domum, mansitque in ea duobus annis, & excipiebat ibi omnes qui veniebant ad ipsum.

31 Ac prædicabat de regno Dei, docebatque libere de Domino nostro Jesu Christo absque prohibitione.

ܐܦ ܡܫܡܥܝܢ ܠܗ ✣ 29 (ܘܟܕ ܐܡܪ ܗܠܝܢ ܢܦܩܘ ܝܗܘܕܝܐ. ܘܣܓܝܐܐ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܒܝܢܬܗܘܢ: *) 30 ܐܓܪ ܠܗ ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܕܝܠܗ ܒܝܬܐ: ܘܗܘܐ ܒܗ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ. ܘܡܩܒܠ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ. 31 ܘܡܟܪܙ ܗܘܐ ܥܠ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܡܠܦ ܗܘܐ ܓܠܐ ܥܠ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܟܠܝܢ ✣

Finita sunt gesta Apostolorum beatorum, hoc verò est, Historia eorum.

ܫܠܡ ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܬܫܥܝܬܗܘܢ ✣

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܠܘܬ ܪܗܘܡܝܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܥܒܕܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܩܪܝܐ
ܘܫܠܝܚܐ . ܕܐܬܦܪܫ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܐܠܗܐ .
2 ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܡܠܟ ܥܠܘܗܝ ܒܝܕ ܢܒܝܘܗܝ ܒܟܬܒܐ
ܩܕܝܫܐ . 3 ܥܠ ܒܪܗ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܒܒܣܪ ܡܢ
ܙܪܥܐ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ : 4 ܘܐܬܝܕܥ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ : ܒܚܝܠܐ
ܘܒܪܘܚ ܩܘܕܫܐ . ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ . 5 ܕܒܗ ܢܣܒܢ ܛܝܒܘܬܐ
ܘܫܠܝܚܘܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ . ܐܝܟ ܕܢܫܬܡܥܘܢ
ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܡܗ . 6 ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܡܢܗܘܢ
ܐܢܬܘܢ . ܩܪܝܐ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . 7 ܠܟܠܗܘܢ
ܕܒܪܗܘܡܝ ܚܒܝܒܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܩܪܝܐ ܘܩܕܝܫܐ .
ܫܠܡܐ ܘܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ . ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ :
ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܀ 8 ܠܘܩܕܡ
ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܐܠܗܝ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܠ ܐܦܝ
ܟܠܟܘܢ . ܕܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܐܫܬܡܥܬ ܒܟܠܗ
ܥܠܡܐ . 9 ܣܗܕ ܗܘ ܠܝ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܕܠܗ
ܡܫܡܫ ܐܢܐ ܒܪܘܚ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܒܪܗ : ܕܕܠܐ
ܫܠܝܐ ܒܟܠܙܒܢ ܡܬܕܟܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܨܠܘܬܝ .

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAPUT I.

1 PAULUS servus Jesu Christi, vocatus, & Apostolus, qui segregatus fuit ad Euangelium Dei,

2 (Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis)

3 De Filio suo (qui genitus est secundum carnem ex semine domus Davidis:

4 Et cognitus est Filius Dei per virtutem & per Spiritum sanctum, qui resurrexit à mortuis) Jesu Christo Domino nostro.

5 (Per quem accepimus gratiam & apostolatum inter omnes Gentes, ut obedirent fidei nominis ejus.

6 Ex quibus *Gentibus* etiam vos estis, vocati in Jesu Christo)

7 Omnibus qui Romæ sunt dilecti Dei, vocati & sancti, pax & gratia vobiscum à Deo Patre nostro & à Domino nostro Jesu Christo.

8 Primùm gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quòd fides vestra audita est in universo mundo.

9 Testis enim est mihi Deus, cui servio in Spiritu in Euangelio Filii ipsius, quòd sine intermissione omni tempore memor sim vestri in precibus meis.

10 Et precor (num ab hoc tempore aperiatur mihi via per voluntatem Dei) ut veniam ad vos.

11 Quia valde desidero videre vos, & impertiri vobis donum Spiritus per quod confirmemini.

12 Et pariter consolationem capiamus per fidem vestram & meam.

13 Volo autem ut sciatis, fratres mei, quòd temporibus multis volui venire ad vos, & prohibitus sim usquè ad hoc tempus, ut etiam in vobis esset mihi fructus, sicut in reliquis populis,

14 Græcis & barbaris, sapientibus & stultis: quia omni homini debitor sum, ut prædicem.

15 Et sic sollicitus sum, ut etiam vobis, qui Romæ estis, evangelizem.

16 Non enim pudet me Euangelii, eò quod virtus est Dei in salutem omnium credentium in ipsum, sive ex Iudæis primùm, sive deinde ex gentibus.

17 Justitia enim ipsius Dei in eo revelatur, ex fide in fidem: sicut scriptum est; Justus ex fide vivet.

18 Revelabitur enim ira Dei de cœlo adversus omnem iniquitatem & impietatem hominum, qui veritatem in iniquitate detinent.

19 Propterea quod notitia Dei manifesta est in illis: Deus enim manifestavit eam in illis:

20 Occulta enim Dei à fundamentis mundi in creaturis ipsius per intellectum conspiciuntur, & virtus ejus & divinitas ejus quæ *est* in æternum, ut sint sine excusatione:

21 Propterea quòd noverunt Deum, & non tanquam Deum glorificaverunt eum, nec gratias egerunt ei: sed inanes facti sunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor eorum insipiens.

22 Et quum putarent in seipsis, quòd sapientes essent, stulti facti sunt.

23

10 ܘܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܕܡܢ ܗܫܐ ܢܬܦܬܚ ܠܝ ܐܘܪܚܐ ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. 11 ܣܓܝ ܓܝܪ ܣܘܐ ܐܢܐ ܕܐܚܙܝܟܘܢ. ܘܐܬܠ ܠܟܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚ. ܕܒܗ ܬܫܬܪܪܘܢ. 12 ܘܐܟܚܕܐ ܢܬܒܝܐܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܠܟܘܢ ܘܕܝܠܝ. 13 ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ ܐܚܝ: ܕܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܨܒܝܬ ܠܡܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ: ܘܐܬܟܠܝܬ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ. ܕܐܦ ܒܟܘܢ ܢܗܘܐ ܠܝ ܦܐܪܐ ܐܝܟ ܕܒܫܪܟܐ ܕܥܡܡܐ. 14 ܝܘܢܝܐ ܘܒܪܒܪܝܐ. ܚܟܝܡܐ ܘܣܟܠܐ. ܕܠܟܠܢܫ ܚܝܒ ܐܢܐ ܕܐܟܪܙ. 15 ܘܗܟܢܐ ܡܬܚܦܛ ܐܢܐ. ܕܐܦ ܠܟܘܢ ܕܒܪܗܘܡܝ ܐܣܒܪ. 16 ܠܐ ܓܝܪ ܒܗܬ ܐܢܐ ܒܗ ܒܣܒܪܬܐ. ܚܝܠܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ. ܠܚܝܐ ܕܟܠ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ. ܐܢ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܠܘܩܕܡ. ܘܐܢ ܡܢ ܐܪܡܝܐ. 17 ܟܐܢܘܬܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܒܗ ܡܬܓܠܝܐ. ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܟܐܢܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܢܚܐ. 18 ܡܬܓܠܐ ܓܝܪ ܗܘ ܪܘܓܙܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܫܡܝܐ: ܥܠ ܟܠܗ ܥܘܠܗܘܢ ܘܪܫܝܥܘܬܗܘܢ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܕܩܘܫܬܐ ܒܥܘܠܐ ܐܚܝܕܝܢ. 19 ܡܛܠ ܕܝܕܥܬܗ ܕܐܠܗܐ ܓܠܝܐ ܗܝ ܒܗܘܢ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܓܠܝܗ ܒܗܘܢ. 20 ܟܣܝܬܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܬܪܡܝܬܗ ܕܥܠܡܐ. ܠܒܪܝܬܗ ܒܣܘܟܠܐ ܡܬܚܙܝܢ. ܘܚܝܠܗ ܘܐܠܗܘܬܗ ܕܠܥܠܡ. ܕܢܗܘܘܢ ܕܠܐ ܡܦܩ ܪܘܚܐ. 21 ܡܛܠ ܕܝܕܥܘ ܠܐܠܗܐ: ܘܠܐ ܐܝܟ ܕܠܐܠܗܐ ܫܒܚܘܗܝ ܘܐܘܕܝܘ ܠܗ. ܐܠܐ ܐܣܬܪܩܘ ܒܡܚܫܒܬܗܘܢ. ܘܐܬܚܫܟ ܠܒܗܘܢ ܕܠܐ ܡܣܬܟܠ. 22 ܘܟܕ ܣܒܪܝܢ ܒܢܦܫܗܘܢ ܕܚܟܝܡܝܢ ܐܢܘܢ ܫܛܘ ܠܗܘܢ.

23

23 ܘܫܚܠܦܘ ܠܬܫܒܘܚܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܐ܂ ܒܕܡܘܬܐ ܕܨܠܡܐ ܕܒܪܢܫܐ ܕܡܬܚܒܠ܂ ܘܒܕܡܘܬܐ ܕܦܪܚܬܐ܂ ܘܕܐܪܒܥܬ ܪܓܠܝܢ܂ ܘܕܪܚܫܐ ܕܐܪܥܐ܂

24 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܫܠܡ ܐܢܘܢ ܐܠܗܐ ܠܛܢܦܘܬܐ ܒܪܓܝܓܬܐ ܕܠܒܗܘܢ܂ ܕܢܨܥܪܘܢ ܦܓܪܝܗܘܢ ܒܗܘܢ܂

25 ܘܫܚܠܦܘ ܫܪܪܗ ܕܐܠܗܐ ܒܕܓܠܘܬܐ܂ ܘܣܓܕܘ ܘܫܡܫܘ ܠܒܪܝܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܠܒܪܘܝܗܘܢ܂ ܕܠܗ ܬܫܒܚܢ ܘܒܘܪܟܢ܂ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ܂

26 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܫܠܡ ܐܢܘܢ ܐܠܗܐ ܠܚܫܐ ܕܨܥܪܐ܂ ܢܩܒܬܗܘܢ ܓܝܪ ܫܚܠܦ ܚܫܚܘܬܐ ܕܟܝܢܗܝܢ܂ ܘܐܬܚܫܚ ܒܗ ܒܕܠܐ ܡܢ ܟܝܢܐ܂

27 ܘܬܘܒ ܐܦ ܕܟܪܝܗܘܢ܂ ܗܟܢܐ ܫܒܩܘ ܚܫܚܘܬܐ ܕܟܝܢܐ ܕܢܩܒܬܐ܂ ܘܐܬܡܪܚܘ ܒܪܓܝܓܬܐ ܚܕ ܥܠ ܚܕ܂ ܘܕܟܪܐ ܒܕܟܪܐ ܥܒܕܘ ܒܗܬܬܐ܂ ܘܦܘܪܥܢܐ ܕܙܕܩ ܗܘܐ ܠܛܘܥܝܝܗܘܢ ܒܩܢܘܡܗܘܢ ܩܒܠܘ܂

28 ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܕܢܘ ܒܢܦܫܗܘܢ ܕܢܝܕܥܘܢ ܠܐܠܗܐ܂ ܐܫܠܡ ܐܢܘܢ ܐܠܗܐ ܠܡܕܥܐ ܣܪܝܩܘܬܐ܂ ܕܢܗܘܘܢ ܥܒܕܝܢ ܡܕܡ ܕܠܐ ܘܠܐ܂

29 ܟܕ ܡܠܝܢ ܟܠܗ ܥܘܠܐ ܘܙܢܝܘܬܐ ܘܡܪܝܪܘܬܐ ܘܒܝܫܘܬܐ܂ ܘܥܠܘܒܘܬܐ܂ ܘܚܣܡܐ ܘܩܛܠܐ ܘܚܪܝܢܐ܂ ܘܢܟܠܐ ܘܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ܂

30 ܘܪܛܢܐ ܘܡܐܟܠܩܪܨܐ܂ ܘܣܢܝܢ ܠܐܠܗܐ܂ ܡܨܥܪܢܐ܂ ܫܒܗܪܢܐ܂ ܡܫܬܒܗܪܢܐ܂ ܡܫܟܚܝ ܒܝܫܬܐ܂ ܚܣܝܪܝ ܬܪܥܝܬܐ܂ ܕܠܐܒܗܝܗܘܢ ܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ܂

31 ܘܩܝܡܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ܂ ܠܐ ܚܘܒܐ ܘܠܐ ܫܝܢܐ܂ ܘܠܐ ܪܚܡܐ ܐܝܬ ܒܗܘܢ܂

32 ܐܝܠܝܢ ܕܟܕ ܝܕܥܝܢ ܕܝܢܗ ܕܐܠܗܐ܂ ܕܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܥܒܕܝܢ ܠܡܘܬܐ ܡܚܝܒ܂ ܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܥܒܕܝܢ ܠܗܝܢ܂ ܐܠܐ ܐܦ ܡܫܬܘܬܦܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܠܗܝܢ܂

23 Et mutaverunt gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem imaginis hominis corruptibilis, & in similitudinem volatilium & quadrupedum & reptilium terræ.

24 Propter hoc tradidit eos Deus in concupiscentias immundas cordis eorum, ut afficiant ignominia corpora sua in semet ipsis.

25 Et mutaverunt veritatem Dei in mendacium, & reveriti sunt, & ministrarunt creaturis multo magis quàm Creatori illarum, cui sunt laudes & benedictiones in seculum seculorum, Amen.

26 Propter hoc tradidit illos Deus in passiones ignominiosas: fœminæ enim eorum mutaverunt usum naturæ suæ, & re quæ non est ex natura usæ sunt:

27 Et rursus etiam masculi eorum similiter reliquerunt usum naturæ fœminarum, & exarserunt in concupiscentia alius in alium, & masculus in masculum pudendum fecerunt: & ultionem quæ justa erat pro errore suo in seipsis acceperunt.

28 Et sicut non judicaverunt in seipsis, ut cognoscerent Deum, tradidit illos Deus in mentem inanem, ut facerent id quod non oportet:

29 Oppleti omni iniquitate, & scortatione, & amaritudine, & malitia, & avaritia, & invidia, & cæde, & contentione, & dolo, & cogitationibus malis,

30 Et murmuratione, & obtrectatione, & odio habentes Deum, contumeliosi, inflati, superbi, inventores malorum, destituti mente, qui parentibus suis non obtemperant,

31 Quibusque nullum est fœdus, neque dilectio, neque pax, neque misericordia est in illis,

32 Qui cognoscentes judicium Dei, quod eos qui talia faciunt ad mortem condemnat, non tantum faciunt illa, verum etiam associant se iis qui ea faciunt.

CAPUT II.

1 PRopter hoc non est tibi excusatio, ô homo, qui judicas proximum: in quo enim judicas proximum tuum, teipsum condemnas: nam & tu quoque qui judicas, in iisdem versaris.

2 Et scimus, quòd est judicium Dei secundùm veritatem adversus illos qui in his versantur.

3 Quid autem cogitas, ô homo, qui judicas eos qui in his versantur, quum etiam tu in iisdem verseris, quòd tu fugies à judicio Dei?

4 Aut adversus divitias benignitatis ejus, aut adversus longanimitatem ejus, & adversus spatium quod dat tibi, audes? & non nosti, quòd benignitas Dei ad resipiscentiam deducat te?

5 Sed propter duritiam cordis tui impœnitentis, reponis tibi thesaurum iræ ad diem iræ & ad revelationem judicii justi Dei,

6 Qui rependit unicuique secundùm opera ipsius:

7 Illis qui in perseverantia operum bonorum gloriam & honorem & incorruptibilitatem quærunt, dat eis vitam quæ est in æternum:

8 Iis verò qui contentiosi sunt, & non obediunt veritati, sed iniquitati obediunt, rependet iram & indignationem.

9 Et afflictio & conturbatio *erit* omni homini qui operatur mala, Judæis primùm, deinde Gentilibus;

10 Gloria verò & honor & pax omni operanti bona, Judæis primùm, deinde Gentilibus:

11 Non enim est acceptio facierum apud Deum:

12 Qui enim sine Lege peccaverunt, etiam sine Lege peribunt: & qui in Lege peccaverunt, ex Lege judicabuntur:

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܝܬ ܠܟ ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܕܕܐܢ ܐܢܬ ܠܚܒܪܟ. ܒܗܘ ܓܝܪ ܕܕܐܢ ܐܢܬ ܠܚܒܪܟ ܢܦܫܟ ܗܘ ܡܚܝܒ ܐܢܬ. ܐܦ ܐܢܬ ܓܝܪ ܕܕܐܢ ܐܢܬ: ܒܗܘܢ ܗܘ ܡܬܗܦܟ ܐܢܬ ܀ 2 ܘܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܕܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܒܩܘܫܬܐ: ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܒܗܠܝܢ ܡܬܗܦܟܝܢ. 3 ܡܢܐ ܕܝܢ ܡܬܚܫܒ ܐܢܬ ܐܘ ܒܪܢܫܐ: ܕܕܐܢ ܐܢܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܗܠܝܢ ܡܬܗܦܟܝܢ. ܟܕ ܐܦ ܐܢܬ ܒܗܘܢ ܡܬܗܦܟ ܐܢܬ. ܕܐܢܬ ܬܥܪܘܩ ܡܢ ܕܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. 4 ܐܘ ܥܠ ܥܘܬܪܐ ܕܒܣܝܡܘܬܗ ܘܥܠ ܡܓܪܬ ܪܘܚܗ: ܘܥܠ ܐܬܪܐ ܕܝܗܒ ܠܟ ܡܬܡܪܚ ܐܢܬ. ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܒܣܝܡܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܬܝܒܘܬܐ ܗܘ ܡܝܬܝܐ ܠܟ. 5 ܐܠܐ ܡܛܠ ܩܫܝܘܬ ܠܒܟ ܕܠܐ ܬܐܒ: ܣܐܡ ܐܢܬ ܠܟ ܣܝܡܬܐ ܕܪܘܓܙܐ ܠܝܘܡܐ ܕܪܘܓܙܐ. ܘܠܓܠܝܢܐ ܕܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܕܐܠܗܐ: 6 ܗܘ ܕܦܪܥ ܠܟܠܢܫ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ ܀ 7 ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܛܒܐ: ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܒܥܝܢ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. 8 ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܥܫܝܢ ܘܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܫܪܪܐ: ܐܠܐ ܠܥܘܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ: ܢܦܪܘܥ ܐܢܘܢ ܪܘܓܙܐ ܘܚܡܬܐ. 9 ܘܐܘܠܨܢܐ ܘܡܨܝܩܘܬܐ. ܠܟܠ ܒܪܢܫ ܕܦܠܚ ܒܝܫܬܐ. ܠܝܗܘܕܝܐ ܠܘܩܕܡ ܘܠܐܪܡܝܐ. 10 ܫܘܒܚܐ ܕܝܢ ܘܐܝܩܪܐ ܘܫܠܡܐ. ܠܟܠ ܕܦܠܚ ܛܒܬܐ. ܠܝܗܘܕܝܐ ܠܘܩܕܡ ܘܠܐܪܡܝܐ. 11 ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܡܣܒ ܒܐܦܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. 12 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܕܠܐ ܢܡܘܣܐ ܚܛܘ: ܐܦ ܕܠܐ ܢܡܘܣܐ ܢܐܒܕܘܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܢܡܘܣܐ ܚܛܘ: ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܢܬܕܝܢܘܢ.

13 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܫܡܘܥܝܗ ܕܢܡܘܣܐ ܟܐܢܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܥܒܘܕܝܗ ܕܢܡܘܣܐ ܡܙܕܕܩܝܢ܀ 14 ܐܢ ܓܝܪ ܥܡܡܐ ܕܢܡܘܣܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ: ܡܢ ܟܝܢܗܘܢ ܢܥܒܕܘܢ ܢܡܘܣܐ. ܗܢܘܢ ܟܕ ܢܡܘܣܐ ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ: ܠܢܦܫܗܘܢ ܗܘܘ ܢܡܘܣܐ. 15 ܘܗܢܘܢ ܡܚܘܝܢ ܥܒܕܗ ܕܢܡܘܣܐ. ܟܕ ܟܬܝܒ ܥܠ ܠܒܗܘܢ. ܘܡܣܗܕܐ ܥܠܝܗܘܢ ܬܐܪܬܗܘܢ. ܟܕ ܡܚܫܒܬܗܘܢ ܡܟܣܢ: ܐܘ ܡܦܩܢ ܪܘܚܐ ܚܕܐ ܠܚܕܐ. 16 ܒܝܘܡܐ ܕܕܐܢ ܐܠܗܐ ܟܣܝܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ: ܐܝܟ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܠܝ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 17 ܐܢ ܐܢܬ ܕܝܢ ܕܡܬܩܪܐ ܐܢܬ ܝܗܘܕܝܐ: ܘܡܬܬܢܝܚ ܐܢܬ ܥܠ ܢܡܘܣܐ: ܘܡܫܬܒܗܪ ܐܢܬ ܒܐܠܗܐ. 18 ܘܝܕܥ ܐܢܬ ܨܒܝܢܗ: ܘܦܪܫ ܐܢܬ ܥܘܕܠܝܬܐ ܕܝܠܦܬ ܐܢܬ ܡܢ ܢܡܘܣܐ: 19 ܘܬܟܝܠ ܐܢܬ ܥܠ ܢܦܫܟ ܕܡܕܒܪܢܐ ܐܢܬ ܠܥܘܝܪܐ: ܘܢܘܗܪܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܚܫܘܟܐ. 20 ܘܪܕܘܝܐ ܠܚܣܝܪܝ ܪܥܝܢܐ. ܘܡܠܦܢܐ ܠܛܠܝܐ. ܘܐܝܬ ܠܟ ܕܡܘܬܐ ܕܝܕܥܬܐ ܘܕܫܪܪܐ ܒܢܡܘܣܐ. 21 ܐܢܬ ܗܟܝܠ ܕܡܠܦ ܐܢܬ ܠܐܚܪܢܐ: ܠܢܦܫܟ ܠܐ ܡܠܦ ܐܢܬ: ܘܕܡܟܪܙ ܐܢܬ ܕܠܐ ܢܓܢܒܘܢ: ܐܢܬ ܓܢܒ ܐܢܬ. 22 ܘܕܐܡܪ ܐܢܬ ܕܠܐ ܢܓܘܪܘܢ: ܐܢܬ ܓܐܪ ܐܢܬ: ܘܐܢܬ ܕܫܐܛ ܐܢܬ ܦܬܟܪܐ: ܡܒܙ ܐܢܬ ܒܝܬ ܡܩܕܫܐ. 23 ܘܐܢܬ ܕܡܫܬܒܗܪ ܐܢܬ ܒܢܡܘܣܐ: ܒܗܘ ܕܥܒܪ ܐܢܬ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܡܨܥܪ ܐܢܬ. 24 ܫܡܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ: ܡܛܠܬܟܘܢ ܡܬܓܕܦ ܒܥܡܡܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. 25 ܓܙܘܪܬܐ ܓܝܪ ܡܘܬܪܐ ܐܢ ܢܡܘܣܐ ܬܫܠܡ. ܐܢ ܕܝܢ ܥܒܪ ܐܢܬ ܥܠ ܢܡܘܣܐ: ܓܙܘܪܬܟ ܗܘܬ ܠܗ ܥܘܪܠܘܬܐ.

13 Nequaquam enim auditores Legis justi *sunt* coram Deo, sed factores Legis justificantur:

14 Si enim Gentes, quibus Lex non est, ex natura sua fecerint Legem; illæ quum non esset eis Lex, sibi ipsis factæ sunt lex:

15 Et ipsæ ostendunt opus Legis scriptum in corde suo, & testatur de ipsis conscientia ipsarum, cogitationibus earum accusantibus, aut excusantibus invicem,

16 In die quo judicabit Deus occulta hominum secundùm Euangelium meum per Jesum Christum.

17 Si autem tu qui Judæus vocaris, & acquiescis in Lege, & gloriaris de Deo,

18 Quòd scias voluntatem ejus, & discernas decentia, quas edoctus es ex Lege:

19 Et confidis tibi ipsi, quòd ductor sis cæcorum, & lumen eorum qui sunt in tenebris:

20 Et eruditor destitutorum mente, & præceptor infantium, & sit tibi forma cognitionis & veritatis in Lege.

21 Tu igitur qui doces alios, teipsum non doces? & qui prædicas, ut non furentur, tu furaris?

22 Et qui dicis, ne adulterium committant, tu adulterium committis? & tu qui contemtui habes simulacra, spolias domum sanctuarii?

23 Et tu qui gloriaris in Lege, in eo quòd transgrederis Legem, Deum ipsum ignominia afficis.

24 Nomen enim Dei propter vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.

25 Circumcisio enim prodest, si Legem perficias: si autem transgrediaris legem, circumcisio tua facta est præputium.

26 Si autem præputium observet mandatum Legis, nonne præputium reputabitur pro circumcisione?

27 Et judicabit præputium, quod ex natura sua perfecit Legem, te qui per scripturam & per circumcisionem transgrediens Legem?

28 Non enim is qui in manifesto ille Judæus est, nec etiam ea quæ conspicitur in carne, circumcisio *est*:

29 Sed is est Judæus, qui in occulto est: & circumcisio, quæ cordis est, in spiritu, & non in scripto: cujus laus non est ab hominibus, sed à Deo.

CAPUT III.

1 QUæ est igitur excellentia Judæi? aut quæ utilitas circumcisionis?

2 Multa omnibus modis. Primùm quòd concredita sint ipsis verba Dei.

3 Si enim ex illis *quidam* non crediderunt, nunquid in eo quòd non crediderunt fidem Dei irritam reddiderunt?

4 Absit: Est enim Deus verax, & omnis homo mendax, sicut scriptum est; Ut sis justus in sermonibus tuis, & purus sis, quum judicaverint te.

5 Si autem iniquitas nostra justitiam Dei stabilit, quid dicemus? nunquid iniquus est Deus, qui infert iram suam? (tanquam homo loquor.)

6 Absit: Alioquin quomodo judicabit Deus mundum?

7 Si enim veritas Dei abundavit per mendacium meum ad gloriam ipsius, cur igitur ego tanquam peccator judicor?

8 Aut nunquid quemadmodum blasphemant de nobis quidam, & dicunt, quòd dicimus; Faciamus mala, ut eveniant bona? Quorum damnatio reservatur justitiæ.

9 Quid igitur obtinemus excellentiæ? Antè enim determinavimus de Judæis & de

ܘܥܠ ܐܪܡܝܐ܃ ܕܟܠܗܘܢ ܬܚܝܬ ܚܛܝܬܐ ܐܢܘܢ܂
10 ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ܂ ܕܠܝܬ ܙܕܝܩ ܐܦܠܐ ܚܕ܂ 11 ܘܠܐ
ܡܣܬܟܠ ܘܠܐ ܕܒܥܐ ܠܐܠܗܐ܂ 12 ܟܠܗܘܢ
ܣܛܘ ܐܟܚܕܐ ܘܐܣܬܠܝܘ܂ ܘܠܝܬ ܕܥܒܕ ܒܣܝܡܬܐ
ܐܦܠܐ ܚܕ܂ 13 ܩܒܪܐ ܦܬܝܚܐ ܓܓܪܬܗܘܢ܂
ܘܠܫܢܝܗܘܢ ܢܟܘܠܬܢܝܢ܂ ܘܚܡܬܐ ܕܐܣܦܝܣ
ܬܚܝܬ ܣܦܘܬܗܘܢ܂ 14 ܦܘܡܗܘܢ ܡܠܐ ܠܘܛܬܐ
ܘܡܪܪܘܬܐ܂ 15 ܘܪܓܠܝܗܘܢ ܩܠܝܠܢ ܠܡܐܫܕ
ܕܡܐ܂ 16 ܬܒܪܐ ܘܕܘܘܢܐ ܒܐܘܪܚܬܗܘܢ܂
17 ܘܐܘܪܚܐ ܕܫܝܢܐ ܠܐ ܝܕܥܘ܂ 18 ܘܕܚܠܬܗ
ܕܐܠܗܐ ܠܝܬ ܩܕܡ ܥܝܢܝܗܘܢ ❖ 19 ܝܕܥܝܢ
ܚܢܢ ܕܡܕܡ ܕܐܡܪ ܢܡܘܣܐ܂ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܢܡܘܣܐ
ܐܢܘܢ ܐܡܪ܂ ܕܟܠ ܦܘܡ ܢܣܬܟܪ܂ ܘܢܬܚܝܒ ܟܠܗ
ܥܠܡܐ ܠܐܠܗܐ܂ 20 ܡܛܠ ܕܡܢ ܥܒܕܘܗܝ
ܕܢܡܘܣܐ܂ ܠܐ ܡܙܕܕܩ ܟܠ ܒܣܪ ܩܕܡܘܗܝ܂ ܡܢ
ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܡܬܝܕܥܐ ܚܛܝܬܐ܂ 21 ܗܫܐ ܕܝܢ ܕܠܐ
ܢܡܘܣܐ܂ ܙܕܝܩܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܓܠܝܬ܂ ܘܡܣܗܕܐ
ܥܠܝܗ ܗܘ ܢܡܘܣܐ ܘܢܒܝܐ܂ 22 ܙܕܝܩܘܬܗ ܕܝܢ
ܕܐܠܗܐ܂ ܒܝܕ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܝ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܠܟܠܢܫ܂ ܐܦ ܥܠ ܟܠܢܫ ܕܡܗܝܡܢ ܒܗ܂
ܠܝܬ ܓܝܪ ܦܘܪܫܢܐ܂ 23 ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܚܛܘ܂
ܘܚܣܝܪܝܢ ܡܢ ܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ܂
24 ܘܡܙܕܕܩܝܢ ܡܓܢ ܒܛܝܒܘܬܗ܂ ܘܒܦܘܪܩܢܐ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܂ 25 ܗܢܐ ܕܩܕܡ
ܣܡܗ ܐܠܗܐ ܚܘܣܝܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܒܕܡܗ܂ ܡܛܠ
ܫܘܒܩܐ ܕܚܛܗܝܢ ܕܡܢ ܩܕܡ ܚܛܝܢ܂ 26 ܒܡܬܚܐ ܕܝܗܒ
ܠܢ ܐܠܗܐ ܒܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܗ܂ ܠܡܚܘܝܘ
ܙܕܝܩܘܬܗ ܕܒܗܢܐ ܙܒܢܐ܂ ܕܗܘ ܢܗܘܐ ܙܕܝܩ܂
ܘܢܙܕܩ ܒܙܕܝܩܘܬܐ ܠܡܢ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܕܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ❖ 27 ܐܝܟܐ ܗܝ ܟܝܠ ܫܘܒܗܪܐ܂
ܐܬܒܛܠܬ

& de Gentilibus, quòd sub peccato sint omnes?

10 Sicut scriptum est; Non est justus, ne unus quidem:

11 Neque qui intelligit, neque qui quærat Deum.

12 Omnes declinaverunt pariter, & reprobi facti sunt: & non est qui faciat bonum, ne unus quidem.

13 Sepulcra patentia guttura eorum, & linguæ eorum dolosæ, & venenum aspidis sub labiis eorum.

14 Os eorum plenum est maledictione & amarulentia.

15 Et pedes eorum veloces ad effundendum sanguinem.

16 Contritio & dolor in viis eorum.

17 Et viam pacis non cognoverunt.

18 Et timor Dei non est ante oculos eorum.

19 Scimus autem quòd quicquid dicit Lex, iis qui sunt in lege dicit, ut omne os obturetur, & mundus universus debitor sit Deo.

20 Quia ex operibus Legis non justificatur ulla caro coram illo: ex Lege enim cognitum est peccatum.

21 Nunc vero sine Lege justitia Dei manifestata est, & testatur de ea ipsa Lex & Prophetæ.

22 Justitia autem Dei est per fidem Jesu Christi, in omnes etiam super omnes qui credunt in ipsum: non enim est discrimen.

23 Quia omnes peccaverunt, & destituuntur gloria Dei.

24 Justificantur autem per gratiam gratis, & per redemtionem quæ est per Jesum Christum.

25 Quem proposuit Deus Propitiatorem per fidem sanguinis ipsius, propter peccata nostra quæ antea peccavimus:

26 Per spatium quod dedit nobis Deus pro longanimitate sua, ad ostensionem justitiæ suæ, quæ *est* in tempore hoc: ut ipse sit justus, & justificet justè illum qui est in fide Domini nostri Jesu Christi.

27 Ubi igitur gloriatio?

abolita

abolita est. Per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.

28 Arbitramur igitur, quod per fidem justificatur homo, & non per opera Legis.

29 Nunquid enim Deus Judæorum est tantùm, & Gentium minimè? Imò etiam Gentium.

30 Quia unus est Deus qui justificat circumcisionem per fidem, etiam præputium per eam ipsam fidem.

31 Nunquid igitur Legem ipsam abolemus per fidem? Absit: sed Legem ipsam stabilimus.

CAPUT. IV.

1 Quid igitur dicimus de Abraham Patriarcha, quod invenerit in carne?

2 Si enim Abraham ex operibus justificatus fuerat, erat ei gloriatio: sed non apud Deum.

3 Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad justitiam.

4 Ei autem qui operatur, non imputatur merces sua tanquam per gratiam, sed tanquam ei cui debetur:

5 Illi verò qui non operatus est, sed credidit modò in eum qui justificat peccatores, imputatur illi fides sua ad justitiam.

6 Quemadmodum etiam David dicit de beatitudine hominis cui Deus imputavit justitiam sine operibus, quum dicit:

7 Beati illi quibus remissa est iniquitas ipsorum, & tecta sunt peccata ipsorum:

8 Et beatus vir cui non imputabit Deus peccatum ipsius.

9 Hæc igitur beatitudo, super circumcisionem, aut super præputium est? dicimus enim quòd imputata est Abrahæ fides sua ad justitiam.

[illegible]

10 ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܒܓܙܘܪܬܐ ܐܘ ܒܥܘܪܠܘܬܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܒܓܙܘܪܬܐ. ܐܠܐ ܒܥܘܪܠܘܬܐ. 11 ܐܬܐ ܗܘ ܓܝܪ ܢܣܒ ܓܙܘܪܬܐ. ܘܚܬܡܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗ ܕܒܥܘܪܠܘܬܐ. ܕܢܗܘܐ ܐܒܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܡܢ ܥܘܪܠܘܬܐ. ܕܬܬܚܫܒ ܐܦ ܠܗܘܢ ܠܟܐܢܘܬܐ. 12 ܘܐܒܐ ܠܓܙܘܪܬܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܓܙܘܪܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܐܦ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܠܡܝܢ ܠܥܩܒܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܥܘܪܠܘܬܐ ܕܐܒܘܢ ܐܒܪܗܡ܀

13 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܢܡܘܣܐ ܗܘܐ ܫܘܘܕܝܐ ܠܐܒܪܗܡ ܘܠܙܪܥܗ ܕܢܗܘܐ ܝܪܬܐ ܠܥܠܡܐ. ܐܠܐ ܒܟܐܢܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗ. 14 ܐܠܘ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܢܡܘܣܐ ܝܪܬܐ ܗܘܘ: ܣܪܝܩܐ ܗܘܬ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܒܛܝܠ ܗܘܐ ܫܘܘܕܝܐ. 15 ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܡܫܡܠܝܢܐ ܗܘ ܕܪܘܓܙܐ: ܟܕ ܓܝܪ ܠܝܬ ܢܡܘܣܐ ܐܦܠܐ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ. 16 ܡܛܠܗܢܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܒܛܝܒܘܬܐ ܡܙܕܕܩܝܢܢ: ܕܢܗܘܐ ܫܪܝܪ ܫܘܘܕܝܐ ܠܟܠܗ ܙܪܥܗ. ܠܐ ܠܐܝܢܐ ܕܡܢ ܢܡܘܣܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ. ܐܠܐ ܐܦ ܠܐܝܢܐ ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܕܐܒܪܗܡ: ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܒܐ ܕܟܠܢ. 17 ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ. ܕܣܡܬܟ ܐܒܐ ܠܣܘܓܐܐ ܕܥܡܡܐ. ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܗܝܡܢܬ ܒܗ. ܕܡܚܐ ܡܝܬܐ: ܘܩܪܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܐܝܬܝܗܘܢ. 18 ܘܕܠܐ ܣܒܪܐ ܠܣܒܪܐ ܗܝܡܢ. ܕܢܗܘܐ ܐܒܐ ܠܣܘܓܐܐ ܕܥܡܡܐ: ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܕܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܙܪܥܟ. 19 ܘܠܐ ܐܬܡܚܠ ܒܗܝܡܢܘܬܗ. ܟܕ ܡܣܬܟܠ ܒܦܓܪܗ ܡܝܬܐ ܕܗܘܐ ܒܪ ܡܐܐ ܫܢܝܢ. ܘܒܡܥܒܕܢܘܬܐ ܡܝܬܐ ܕܣܪܐ. 20 ܘܒܫܘܘܕܝܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܐܬܦܠܓ ܐܝܟ ܚܣܝܪ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܐܬܚܝܠ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܝܗܒ

10 Quomodò ergo imputata est ei? in circumcisione, aut in præputio? non in circumcisione, sed in præputio.

11 Signum enim accepit circumcisionem, & sigillum justitiæ fidei suæ quæ fuerat in præputio, ut esset Pater omnium illorum qui credunt ex præputio, quo imputaretur etiam eis ad justitiam.

12 Et Pater circumcisionis, nequaquam illis qui ex circumcisione sunt tantum, sed etiam illis qui incedunt in vestigiis fidei præputii Patris nostri Abraham.

13 Nequaquam enim per Legem facta fuit promissio Abrahæ & semini ejus, quòd futurus esset hæres mundi, sed per justitiam fidei ipsius.

14 Si enim ii qui ex Lege sunt, fuerunt hæredes, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio.

15 Lex enim operatrix est iræ: quum enim non est lex, non etiam est transgressio legis.

16 Quapropter per fidem quæ est per gratiam justificabimur, quò sit firma promissio universo semini ejus: non illi tantum quod ex Lege est, sed etiam illi quod ex fide est Abrahæ, qui est Pater omnium nostrum.

17 Sicut scriptum est; Constitui te Patrem multitudini gentium: coram Deo in quem credidisti, qui vivificat mortuos, & vocat illa quæ non sunt, tanquam sint.

18 Et absque spe in spem credidit quòd futurus esset Pater multitudini Gentium: sicut scriptum est; Ita erit semen tuum.

19 Et non infirmatus est in fide sua, quum consideraret corpus suum emortuum (quia erat natus centum annos) & vulvam emortuam Saræ.

20 Et contra promissionem Dei non hæsitavit tanquam destitutus fide, sed corroboratus est in fide, deditque

gloriam Deo:

21 Et firmiter credidit quod quicquid promisit ei Deus possit perficere.

22 Propter hoc imputatum est illi ad justitiam.

23 Et nequaquam propter ipsum tantum scriptum est hoc, quod imputata sit fides ejus ad justitiam:

24 Sed etiam propter nos: quia etiam nobis futurum erat ut imputaret, qui credidimus in eum qui excitavit Dominum nostrum Jesum Christum à mortuis.

25 Qui traditus fuit propter peccata nostra, & resurrexit ut justificaret nos.

CAPUT V.

1 Quia igitur justificati sumus per fidem, erit nobis pax apud Deum per Dominum nostrum Jesum Christum.

2 Per quem admissi sumus in fide ad gratiam hanc in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ Dei.

3 Et non ita tantùm, sed etiam in afflictionibus gloriamur, quia scimus quòd afflictio patientiam perficit in nobis:

4 Et patientia probationem, & probatio spem.

5 Spes autem non pudefacit, quia dilectio Dei effusa est in corda nostra per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

6 Si autem Christus propter infirmitatem nostram tempore hoc pro improbis mortuus est:

7 (Vix enim quis pro improbis moritur: pro bonis enim fortassis quis audeat mori)

8 Hîc ostendit Deus charitatem suam quæ est erga nos, quia si quum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est,

9 Quanto igitur magis justificabimur nunc per sanguinem ipsius, & per ipsum liberabimur ab ira?

10 Si enim quum essemus inimici, reconciliatus est nobiscum Deus per mortem Filii sui, quanto igitur magis re-

ܒܪܥܘܬܗ ܢܚܐ ܒܚܝܘܗܝ. 11 ܘܠܐ ܗܕܐ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܐܦ ܡܫܬܒܗܝܢܢ ܒܐܠܗܐ ܒܝܕ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܕܒܗ ܗܘ ܗܫܐ ܩܒܠܢ ܪܥܘܬܐ.

12 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܒܝܕ ܚܕ ܒܪܢܫܐ ܥܠܬ ܚܛܝܬܐ ܠܥܠܡܐ: ܘܒܝܕ ܚܛܝܬܐ ܡܘܬܐ: ܘܗܟܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܥܒܪ ܡܘܬܐ. ܒܗܝ ܕܟܠܗܘܢ ܚܛܘ. 13 ܥܕܡܐ ܓܝܪ ܠܢܡܘܣܐ: ܚܛܝܬܐ ܟܕ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܒܥܠܡܐ: ܠܐ ܡܬܚܫܒܐ ܗܘܬ ܚܛܝܬܐ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ. 14 ܐܠܐ ܐܡܠܟ ܡܘܬܐ ܡܢ ܐܕܡ ܘܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ: ܐܦ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܛܘ. ܒܕܡܘܬܐ ܕܥܒܪ ܢܡܘܣܐ ܕܐܕܡ. ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܡܘܬܐ ܕܗܘ ܕܥܬܝܕ. 15 ܐܠܐ ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܣܟܠܘܬܐ ܗܟܢܐ ܡܘܗܒܬܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܛܠ ܣܟܠܘܬܗ ܕܚܕ ܣܓܝ̈ܐܐ ܡܝܬܘ: ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܘܗܒܬܗ. ܡܛܠ ܚܕ ܒܪܢܫܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܣܓܝ̈ܐܐ ܬܬܝܬܪ. 16 ܘܠܐ ܐܝܟ ܣܟܠܘܬܐ ܕܚܕ ܗܟܢܐ ܡܘܗܒܬܐ. ܕܝܢܐ ܓܝܪ ܕܡܢ ܚܕ ܠܚܘܝܒܐ ܗܘܐ. ܡܘܗܒܬܐ ܕܝܢ ܕܡܢ ܣܓܝ̈ܐܐ ܚܛܗ̈ܐ ܗܘܬ ܠܙܕܝܩܘܬܐ. 17 ܐܢ ܓܝܪ ܡܛܠ ܣܟܠܘܬܐ ܕܚܕ ܐܡܠܟ ܡܘܬܐ: ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܝܠܝܢ ܕܢܣܒܘ ܣܘܓܐܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܘܕܡܘܗܒܬܐ ܘܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܒܚ̈ܝܐ ܢܡܠܟܘܢ ܒܝܕ ܚܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 18 ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܕܡܛܠ ܣܟܠܘܬܐ ܕܚܕ ܗܘܐ ܚܘܝܒܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ: ܗܟܢܐ ܡܛܠ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܚܕ ܢܗܘܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܠܚ̈ܝܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ. 19 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܡܛܠ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܘܬܗ ܕܚܕ ܒܪܢܫܐ ܚܛܝ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܗܘܘ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܛܠ ܡܫܬܡܥܢܘܬܗ ܕܚܕ ܣܓܝ̈ܐܐ ܙܕܝܩ̈ܐ ܗܘܝܢ.

reconciliatione ejus vivemus per vitam ipsius?

11 Et non ita tantum, sed etiam gloriabimur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc accepimus reconciliationem.

12 Sicut per unum hominem intravit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines transiit mors, eò quòd omnes peccaverunt.

13 Usque enim ad Legem, peccatum quum esset in mundo, non reputabatur peccatum, propterea quòd non erat Lex.

14 Sed regnavit mors ab Adam usque ad Mosen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudine transgressionis legis Adami, qui est typus ejus qui futurus erat.

15 Sed nequaquam sicut lapsus, ita donum: si enim propter lapsum unius multi mortui sunt, quanto igitur magis gratia Dei & donum ejus propter unum Hominem Jesum Christum in multos abundabit?

16 Et non sicut delictum unius, ita donum: judicium enim quod fuit ab uno, fuit ad condemnationem: donum autem ex peccatis multis fuit ad justificationem.

17 Si enim propter delictum unius regnavit mors, *multo* magis qui acceperunt abundantiam gratiæ, & doni, & justitiæ, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

18 Sicut igitur propter delictum *unius* fuit condemnatio omnibus hominibus, ita propter justitiam unius erit justificatio ad vitam omnibus hominibus.

19 Quemadmodum enim propter inobedientiam unius hominis peccatores multi fuerunt, ita etiam propter obedientiam unius multi justi fiunt.

20 Introitus autem qui fuit Legi, *fuit* ut augeretur peccatum: & ubi auctum est peccatum, ibi exuberavit gratia.

21 Ut quemadmodum regnavit peccatum per mortem, ita regnaret gratia per justitiam ad vitam quæ est in æternum, per Dominum nostrum Jesum Christum.

20 ܡܥܠܢܗ ܕܝܢ ܕܢܡܘܣܐ ܗܘܐ ܕܬܣܓܐ ܚܛܝܬܐ : ܘܐܝܟܐ ܕܣܓܝܬ ܚܛܝܬܐ ܬܡܢ ܐܬܝܬܪܬ ܛܝܒܘܬܐ . 21 ܐܝܟ ܕܐܡܠܟܬ ܚܛܝܬܐ ܒܡܘܬܐ : ܗܟܢܐ ܬܡܠܟ ܛܝܒܘܬܐ ܒܟܐܢܘܬܐ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. ܒܝܕ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܀

CAPUT VI.

ܩܦܠܐܘܢ ܘ

1 QUid igitur dicemus? manebimus in ipso peccato, ut gratia abundet?

2 Absit: qui enim mortui sumus peccato, quomodo rursus in eo vivemus?

3 Aut ignoratis qui baptizati sumus in Jesu Christo, in mortem ejus baptizati sumus?

4 Sepulti enim sumus cum eo in baptismo ad mortem, ut quemadmodum surrexit Jesus Christus à mortuis in gloriam Patris sui, ita etiam nos in vita nova ambulemus.

5 Si enim unà plantati sumus cum eo per similitudinem mortis ipsius, ita etiam in resurrectione erimus:

6 Scimus enim quòd homo noster vetus crucifixus sit cum eo, ut aboleretur corpus peccati, ne amplius serviremus peccato:

7 Qui enim mortuus est, liberatus est à peccato.

8 Si igitur mortui sumus cum Christo, credamus quòd cum ipso Christo vivemus:

9 Novimus enim quòd Christus surrexit à mortuis, & iterum non morietur, & mors non dominabitur ei:

10 Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel; & quod vivit, vivit Deo.

11 Ita etiam vos reputate vosipsos, quòd mortui sitis peccato, & vivatis Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.

12 Ne igitur regnet peccatum in corpore vestro mortali, ut obediatis concupiscentiis ejus.

1 ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܢܐܡܪ . ܢܩܘܐ ܒܗ ܒܚܛܝܬܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܬܣܓܐ . 2 ܚܣ . ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܡܝܬܢ ܠܚܛܝܬܐ : ܐܝܟܢܐ ܬܘܒ ܢܚܐ ܒܗ ܠܗܿ . 3 ܐܘ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܡܕܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܡܘܬܗ ܗܘ ܥܡܕܢ . 4 ܐܬܩܒܪܢ ܓܝܪ ܥܡܗ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܡܘܬܐ . ܕܐܝܟܢܐ ܕܩܡ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܒܘܗܝ ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܒܚܝܐ ܚܕܬܐ ܢܗܠܟ . 5 ܐܢ ܓܝܪ ܐܫܬܠܡܢ ܥܡܗ ܒܕܡܘܬ ܡܘܬܗ : ܗܟܢܐ ܐܦ ܒܩܝܡܬܗ ܢܗܘܐ . 6 ܝܕܥܝܢ ܓܝܪ ܕܒܪܢܫܢ ܥܬܝܩܐ ܐܙܕܩܦ ܥܡܗ . ܕܢܬܒܛܠ ܦܓܪܐ ܕܚܛܝܬܐ . ܕܬܘܒ ܠܐ ܢܫܬܥܒܕ ܠܚܛܝܬܐ . 7 ܐܝܢܐ ܓܝܪ ܕܡܝܬ ܐܬܚܪܪ ܠܗ ܡܢ ܚܛܝܬܐ . 8 ܐܢ ܡܝܬܢ ܗܟܝܠ ܥܡ ܡܫܝܚܐ : ܢܗܝܡܢ ܕܥܡܗ ܢܚܐ . 9 ܝܕܥܝܢ ܓܝܪ ܕܡܫܝܚܐ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ . ܘܬܘܒ ܠܐ ܡܐܬ . ܘܡܘܬܐ ܠܐ ܡܫܬܠܛ ܒܗ . 10 ܕܡܝܬ ܓܝܪ ܠܚܛܝܬܐ ܗܘ ܡܝܬ ܚܕܐ ܙܒܢ ܘܕܚܝ ܚܝ ܗܘ ܠܐܠܗܐ . 11 ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ . ܐܬܚܫܒܘ ܠܢܦܫܟܘܢ ܕܡܝܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܚܛܝܬܐ : ܘܚܝܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐܠܗܐ : ܒܝܕ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܀ 12 ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܡܠܟ ܚܛܝܬܐ ܒܦܓܪܟܘܢ ܡܝܘܬܐ : ܐܝܟ ܕܬܫܬܡܥܘܢ ܠܪܓܝܓܬܗ .

13 ܘܐܦ ܠܐ ܬܛܝܒܘܢ ܗܕܡܝܟܘܢ ܙܝܢܐ ܕܥܘܠܐ
ܠܚܛܝܬܐ. ܐܠܐ ܛܝܒܘ ܢܦܫܟܘܢ ܠܐܠܗܐ: ܐܝܟ
ܐܢܫܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܚܝܝܢ. ܘܗܕܡܝܟܘܢ ܙܝܢܐ
ܢܗܘܘܢ ܠܟܐܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ: 14 ܘܚܛܝܬܐ ܠܐ
ܫܠܛܐ ܥܠܝܟܘܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܟܘܢ ܬܚܝܬ
ܢܡܘܣܐ: ܐܠܐ ܬܚܝܬ ܛܝܒܘܬܐ. 15 ܡܢܐ
ܗܟܝܠ. ܢܚܛܐ ܕܠܐ ܗܘܝܢ ܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ ܐܠܐ
ܬܚܝܬ ܛܝܒܘܬܐ. ܚܣ. 16 ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܕܠܡܢ ܕܡܛܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܢܦܫܟܘܢ ܕܬܫܬܥܒܕܘܢ
ܠܗ ܠܥܒܕܘܬܐ. ܕܝܠܗ ܐܢܬܘܢ ܥܒܕܐ ܕܗܘ
ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ: ܐܘ ܠܚܛܝܬܐ ܐܘ
ܠܫܡܥܬܐ ܐܝܢܐ ܕܟܐܢܘܬܐ. 17 ܛܝܒܘ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ:
ܕܥܒܕܐ ܗܘܝܬܘܢ ܕܚܛܝܬܐ: ܘܐܫܬܡܥܬܘܢ ܡܢ
ܠܒܐ ܠܕܡܘܬܐ ܕܝܘܠܦܢܐ ܕܐܫܬܠܡܬܘܢ ܠܗ.
18 ܘܟܕ ܐܬܚܪܪܬܘܢ ܡܢ ܚܛܝܬܐ: ܐܫܬܥܒܕܬܘܢ
ܠܟܐܢܘܬܐ. 19 ܐܝܟ ܕܒܒܢܝܢܫܐ ܐܡܪ ܐܢܐ.
ܡܛܠ ܟܘܪܗܢܐ ܕܒܣܪܟܘܢ. ܕܐܝܟܢܐ ܕܛܝܒܬܘܢ
ܗܕܡܝܟܘܢ ܠܥܒܕܘܬܐ ܕܛܢܦܘܬܐ ܘܕܥܘܠܐ: ܗܟܢܐ
ܐܦ ܗܫܐ ܛܝܒܘ ܗܕܡܝܟܘܢ ܠܥܒܕܘܬܐ ܕܟܐܢܘܬܐ
ܘܕܩܕܝܫܘܬܐ. 20 ܟܕ ܥܒܕܐ ܗܘܝܬܘܢ ܕܚܛܝܬܐ
ܕܫܘܥܒܕܐ: ܚܐܪܐ ܗܘܝܬܘܢ ܠܟܐܢܘܬܐ.
21 ܘܐܝܢܐ ܦܐܪܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܗܝܕܝܟ:
ܐܠܐ ܕܝܘܡܢܐ ܒܗܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܗ. ܚܪܬܗ ܓܝܪ
ܕܝܠܗ ܡܘܬܐ. 22 ܘܗܫܐ ܕܐܬܚܪܪܬܘܢ ܡܢ
ܚܛܝܬܐ ܘܗܘܝܬܘܢ ܥܒܕܐ ܠܐܠܗܐ. ܐܝܬ ܠܟܘܢ
ܦܐܪܐ ܩܕܝܫܐ: ܕܚܪܬܗܘܢ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ.
23 ܐܦܣܘܢܝܐ ܓܝܪ ܕܚܛܝܬܐ ܡܘܬܐ ܗܘ. ܘܡܘܗܒܬܗ
ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ

13 Et etiam ne paraveritis membra vestra arma iniquitatis ad peccatum; sed parate vosipsos Deo, tanquam homines qui ex mortuis revixistis: & membra vestra arma sint justitiæ Dei.

14 Et peccatum non regnet in vos: non enim estis sub Lege, sed sub gratia.

15 Quid igitur? peccabimus, quia non sumus sub Lege, sed sub gratia? Absit.

16 Ignoratis vos quòd cui paratis vosipsos, ut obediatis ei ad servitutem, ejusmet sitis servi, cui obeditis, sive peccato, sive obtemperantiæ justitiæ?

17 Gratia autem Deo, quòd servi fuistis peccati, & obedivistis ex corde formæ doctrinæ cui traditi estis.

18 Et quum liberi facti sitis à peccato, subjecti estis justitiæ.

19 Tanquam inter homines loquor, propter infirmitatem carnis vestræ: ut quemadmodum parastis membra vestra servituti impuritatis & iniquitatis, ita etiam nunc paretis membra vestra servituti justitiæ & sanctitatis:

20 Quum enim servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ.

21 Et quis fructus erat vobis tunc, in quo hodie erubescitis? finis enim ejus est mors.

22 Et nunc, qui liberi facti estis à peccato, & facti estis servi Deo, sunt vobis fructus sancti, quorum finis est vita æterna.

23 Stipendium enim peccati, mors est: & donum Dei vita æterna, per Dominum nostrum Jesum Christum.

CAPUT

CAPUT VII.

1 AUt ignoratis, fratres mei, (scientibus enim Legem loquor) quòd Lex dominetur in virum quamdiu vivit?

2 Sicut mulier, quæ devincta est marito suo per legem quamdiu ille vivit: si autem mortuus fuerit maritus ejus, libera facta est à Lege mariti sui.

3 Si verò dum vivit maritus ejus adhæserit viro alii, facta est adultera: si verò moriatur maritus ejus, libera facta est à Lege, & non est adultera, si sit viro alteri.

4 Et nunc, fratres mei, etiam vos mortui estis Legi in corpore Christi, ut sitis alterius, *scilicet* ejus qui surrexit à mortuis, ut reddatis fructus Deo.

5 Quum enim in carne essemus, passiones peccatorum, quæ sunt per Legem, concitabantur in membris nostris, ut fructus redderemus morti:

6 Nunc autem soluti sumus à Lege, & mortui sumus ei qui detinebat nos, ut serviremus posthac in novitate Spiritus, & non in vetustate scripturæ.

7 Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non didici nisi per Legem: non enim concupiscentiam sciebam, nisi dixisset Lex; Ne concupiscas.

8 Et per hoc mandatum invenit sibi peccatum occasionem, & perfecit in me omnem concupiscentiam; absque Lege enim peccatum mortuum erat.

9 Ego autem antea vivebam sine Lege: quum autem venit mandatum, peccatum revixit.

10 Et ego mortuus sum, & repertum est mihi mandatum illud vitæ ad mortem.

11 Peccatum enim per occasionem quam invenit sibi per mandatum, decepit me, & per illam occidit me.

12

ܩܦܠܐܘܢ ܙ

1 ܐܘ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܚܝ. ܠܝܕܥܝ ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܡܡܠܠ ܐܢܐ. ܕܢܡܘܣܐ ܫܠܝܛ ܗܘ ܥܠ ܓܒܪܐ ܟܡܐ ܕܚܝ. 2 ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܕܐܣܝܪܐ ܗܝ ܒܒܥܠܗ ܟܡܐ ܕܚܝ ܒܢܡܘܣܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܡܐܬ ܒܥܠܗ: ܐܬܚܪܪܬ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܕܒܥܠܗ. 3 ܐܢ ܕܝܢ ܟܕ ܚܝ ܒܥܠܗ ܬܗܘܐ ܠܓܒܪ ܐܚܪܝܢ. ܗܘܬ ܠܗ ܓܝܪܬܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܡܝܬ ܒܥܠܗ: ܐܬܚܪܪܬ ܡܢ ܢܡܘܣܐ. ܘܠܐ ܐܝܬܝܗ ܓܝܪܬܐ ܐܢ ܬܗܘܐ ܠܓܒܪܐ ܐܚܪܢܐ. 4 ܘܗܫܐ ܐܚܝ: ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܡܝܬܬܘܢ ܠܢܡܘܣܐ ܒܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܬܗܘܘܢ ܠܐܚܪܝܢ ܐܝܢܐ ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܘܬܬܠܘܢ ܦܐܪܐ ܠܐܠܗܐ: 5 ܟܕ ܓܝܪ ܒܒܣܪܐ ܗܘܝܢ: ܚܫܐ ܕܚܛܗܐ ܕܒܢܡܘܣܐ ܡܬܚܦܛܝܢ ܗܘܘ ܒܗܕܡܝܢ: ܕܦܐܪܐ ܢܬܠ ܠܡܘܬܐ. 6 ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܬܒܛܠܢ ܡܢ ܢܡܘܣܐ. ܘܡܝܬܢ ܠܗܘ ܕܐܚܝܕ ܗܘܐ ܠܢ. ܕܢܦܠܘܚ ܡܟܝܠ ܒܚܘܕܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܘܠܐ ܒܥܬܝܩܘܬܐ ܕܟܬܒܐ. 7 ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܢܐܡܪ. ܢܡܘܣܐ ܚܛܝܬܐ: ܚܣ. ܐܠܐ ܠܚܛܝܬܐ ܠܐ ܝܠܦܬ ܐܠܐ ܒܝܕ ܢܡܘܣܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܪܓܝܓܬܐ ܝܕܥ ܗܘܝܬ. ܐܠܘ ܠܐ ܢܡܘܣܐ ܐܡܪ ܕܠܐ ܬܪܓ. 8 ܘܒܗܕܐ ܦܘܩܕܢܐ ܐܫܟܚܬ ܠܗ ܚܛܝܬܐ ܥܠܬܐ. ܘܓܡܪܬ ܒܝ ܟܠ ܪܓܝܓܢ. ܒܠܥܕ ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܚܛܝܬܐ ܡܝܬܐ ܗܘܬ. 9 ܐܢܐ ܕܝܢ ܚܝ ܗܘܝܬ ܕܠܐ ܢܡܘܣܐ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܟܕ ܐܬܐ ܕܝܢ ܦܘܩܕܢܐ: ܚܛܝܬܐ ܚܝܬ. 10 ܘܐܢܐ ܡܝܬܬ. ܘܐܫܬܟܚ ܠܝ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ ܕܚܝܐ ܠܡܘܬܐ. 11 ܚܛܝܬܐ ܓܝܪ ܒܥܠܬܐ ܕܐܫܟܚܬ ܠܗ ܒܝܕ ܦܘܩܕܢܐ: ܐܛܥܝܬܢܝ. ܘܒܗ ܩܛܠܬܢܝ.

12

12 ܢܡܘܣܐ ܡܕܝܢ ܩܕܝܫ ܗܘ. ܘܦܘܩܕܢܐ
ܩܕܝܫ ܗܘ ܘܟܐܢ ܘܛܒ. 13 ܛܒܬܐ ܗܟܝܠ
ܠܝ ܠܡܘܬܐ ܗܘܬ ܠܝ. ܚܣ. ܐܠܐ ܚܛܝܬܐ
ܕܬܬܚܙܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ. ܕܒܛܒܬܐ ܓܡܪܬ ܒܝ
ܡܘܬܐ. ܕܢܬܚܝܒ ܝܬܝܪ ܚܛܝܬܐ ܒܦܘܩܕܢܐ.
14 ܝܕܥܝܢܢ ܓܝܪ ܕܢܡܘܣܐ ܕܪܘܚ ܗܘ. ܐܢܐ ܕܝܢ
ܕܒܣܪܐ ܐܢܐ. ܘܡܙܒܢ ܐܢܐ ܠܚܛܝܬܐ. 15 ܡܕܡ
ܕܥܒܕ ܐܢܐ ܓܝܪ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܕܨܒܐ
ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܣܢܐ ܐܢܐ ܗܘ ܗܘ ܥܒܕ
ܐܢܐ. 16 ܘܐܢ ܡܕܡ ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ:
ܡܣܗܕ ܐܢܐ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܕܫܦܝܪ ܗܘ. 17 ܗܫܐ
ܕܝܢ ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܗ. ܐܠܐ ܚܛܝܬܐ
ܕܥܡܪܐ ܒܝ. 18 ܝܕܥ ܐܢܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܥܡܪܐ
ܒܝ ܗܢܘ ܕܝܢ ܒܒܣܪܝ ܛܒܬܐ. ܕܐܨܒܐ ܓܝܪ
ܛܒܬܐ ܦܫܝܩ ܠܝ. ܕܐܥܒܕܝܗ ܕܝܢ ܠܐ ܡܫܟܚ
ܐܢܐ. 19 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܛܒܬܐ ܕܨܒܐ ܐܢܐ ܕܐܥܒܕ
ܥܒܕ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܠܒܝܫܬܐ ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܐܥܒܕ ܠܗ.
ܗܝ ܥܒܕ ܐܢܐ. 20 ܘܐܢ ܡܕܡ ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܥܒܕ
ܐܢܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ: ܐܠܐ ܚܛܝܬܐ ܕܥܡܪܐ
ܒܝ. 21 ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܠܢܡܘܣܐ:
ܕܡܫܬܘܐ ܠܬܪܥܝܬܝ ܕܨܒܝܐ ܠܡܥܒܕ ܛܒܬܐ. ܡܛܠ
ܕܒܝܫܬܐ ܩܪܝܒܐ ܗܝ ܠܝ. 22 ܚܕܐ ܐܢܐ ܓܝܪ
ܒܢܡܘܣܗ ܕܐܠܗܐ ܒܒܪܢܫܐ ܓܘܝܐ. 23 ܚܙܐ
ܐܢܐ ܕܝܢ ܢܡܘܣܐ ܐܚܪܢܐ ܒܗܕܡܝ: ܕܡܬܟܬܫ
ܠܘܩܒܠ ܢܡܘܣܐ ܕܬܪܥܝܬܝ: ܘܫܒܐ ܠܝ ܠܢܡܘܣܐ
ܕܚܛܝܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܗܕܡܝ. 24 ܕܘܝܐ ܐܢܐ ܓܒܪܐ.
ܡܢ ܢܦܨܝܢܝ ܡܢ ܦܓܪܐ ܗܢܐ ܕܡܘܬܐ. 25 ܛܝܒܘܬܗ
ܕܐܠܗܐ ܒܝܕ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ⁘ 26 ܗܫܐ
ܗܟܝܠ ܐܢܐ ܒܬܪܥܝܬܝ: ܥܒܕܐ ܐܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܐܠܗܐ
ܒܒܣܪܝ ܕܝܢ ܐܝܬܝ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܚܛܝܬܐ ⁘

12 Lex ergo sancta est, & mandatum sanctum est, & justum & bonum.

13 Bonum ergo mihi ad mortem factum est? Absit: sed peccatum, ut conspiceretur quod peccatum esset, per bonum perfecit in me mortem, quò magis condemnaretur peccatum per mandatum:

14 Scimus enim quod Lex spiritualis sit; ego autem carnalis sum, & venditus sum peccato:

15 Quod enim ago, non cognosco: & nequaquam id quod volo, facio; sed id quod odi, illud facio.

16 Et si id quod nolo, facio, testor de Lege quod bona sit:

17 Nunc autem nequaquam ego operor hoc, sed peccatum quod habitat in me:

18 Novi enim, quòd non habitat in me (hoc verò est in carne mea) bonum: ut velim enim bonum, facilè est mihi; ut operer autem ipsum, impotens sum:

19 Nequaquam enim bonum quod volo facere, facio; sed malum quod nolo facere, illud ipsum facio.

20 Et si illud quod nolo, facio, nequaquam ego facio, sed peccatum quod habitat in me.

21 Invenio igitur legem consentientem menti meæ volenti facere bonum, propterea quòd malum propinquum est mihi:

22 Gaudeo enim in Lege Dei in homine interiore;

23 Video verò Legem aliam in membris meis, quæ bellum gerit contra legem mentis meæ, & captivum me reddit legi peccati, quæ est in membris meis.

24 Miser sum homo, quis liberabit me ab hoc corpore mortis?

25 Gratias ago Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.

26 Nunc igitur ego mente mea servus sum Legis Dei; carne autem mea sum servus legis peccati.

CAPUT VIII.

1 PRoinde non est condemnatio iis qui non ambulant juxta carnem in Jesu Christo:

2 Lex enim Spiritus vitæ, qui est in Jesu Christo, liberavit te à lege peccati & mortis:

3 Eò quòd enim infirma erat Lex per infirmitatem carnis, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati, propter peccatum, ut condemnaret peccatum in carne ipsius:

4 Quò justificatio Legis in nobis impleretur, qui nequaquam secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum:

5 Illi enim qui secundum carnem sunt, quod carnis est cogitant: & illi qui spirituales sunt, quod est spiritus cogitant:

6 Cogitatio enim carnis, mors est: & cogitatio spiritus, vita & pax.

7 Propterea quòd cogitatio carnis inimicitia est adversus Deum: Legi enim Dei se non submittit, quia non potest.

8 Et ii qui in carne sunt, Deo placere non possunt:

9 Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu; si verè Spiritus Dei habitat in vobis: si autem est aliquis in quo non est Spiritus Christi, hic non est ejus.

10 Quòd si autem Christus est in vobis, corpus mortuum est propter peccatum; Spiritus autem vivens est propter justitiam.

11 Et si Spiritus illius qui excitavit Dominum nostrum Jesum Christum à mortuis, habitat in vobis, ille qui excitavit Dominum nostrum Jesum Christum à mortuis, etiam corpora vestra mortalia vivificabit propter Spiritum ejus habitantem in vobis.

12 Nunc, fratres mei, debitores sumus non carni, ut secundum carnem ambulemus:

13 Si enim secundum carnem vivatis, morie-

mini

ܩܦܠܐܘܢ ܚ

1 ܡܟܝܠ ܠܝܬ ܚܝܒܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܗܠܟܝܢ ܒܒܣܪ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܕܪܘܚܐ ܕܚܝܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܚܪܪܟ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܕܚܛܝܬܐ ܘܕܡܘܬܐ. 3 ܡܛܠ ܕܡܚܝܠ ܗܘܐ ܓܝܪ ܢܡܘܣܐ ܡܢ ܚܘܠܫܢܗ ܕܒܣܪܐ: ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܗ ܒܕܡܘܬܐ ܕܒܣܪܐ ܕܚܛܝܬܐ: ܡܛܠ ܚܛܝܬܐ ܕܢܚܝܒܝܗ ܠܚܛܝܬܐ ܒܒܣܪܗ. 4 ܕܟܐܢܘܬܐ ܕܢܡܘܣܐ ܬܬܡܠܐ ܒܢ. ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܒܣܪ ܡܗܠܟܝܢܢ ܐܠܐ ܒܪܘܚ. 5 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܒܒܣܪ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܒܣܪܐ ܗܘ ܡܬܪܥܝܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܪܘܚ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܪܘܚ ܗܘ ܡܬܪܥܝܢ. 6 ܬܪܥܝܬܐ ܓܝܪ ܕܒܣܪܐ ܡܘܬܐ ܗܝ. ܘܬܪܥܝܬܐ ܕܪܘܚܐ ܚܝܐ ܘܫܠܡܐ. 7 ܡܛܠ ܕܬܪܥܝܬܐ ܕܒܣܪܐ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܗܝ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܠܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܫܬܥܒܕܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ. 8 ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܒܣܪ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܠܡܫܦܪ ܠܐܠܗܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. 9 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܒܒܣܪ ܐܠܐ ܒܪܘܚ. ܐܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܥܡܪܐ ܒܟܘܢ. ܐܢ ܕܝܢ ܐܢܫ ܠܝܬ ܒܗ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܗܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܠܗ. 10 ܘܐܢ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܒܟܘܢ: ܦܓܪܐ ܡܝܬ ܗܘ ܡܛܠ ܚܛܝܬܐ. ܘܪܘܚܐ ܕܝܢ ܚܝܐ ܗܝ ܡܛܠ ܟܐܢܘܬܐ. 11 ܘܐܢ ܪܘܚܗ ܕܗܘ ܡܢ ܕܐܩܝܡܗ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܥܡܪܐ ܒܟܘܢ. ܗܘ ܡܢ ܕܐܩܝܡܗ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܐܦ ܠܦܓܪܝܟܘܢ ܡܝܬܐ ܢܚܐ: ܡܛܠ ܪܘܚܗ ܕܥܡܪܐ ܒܟܘܢ܀ 12 ܗܫܐ ܐܚܝ ܚܝܒܝܢ: ܠܘ ܠܒܣܪܐ ܕܒܒܣܪ ܢܗܠܟ. 13 ܐܢ ܓܝܪ ܕܒܒܣܪ ܚܝܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܥܬܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ

ܗܘ

mini; ſed ſi ſpiritu converſationes corporis mortificetis, vivetis:

14 Illi enim qui Spiritu Dei ducuntur, hi filii Dei ſunt.

15 Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum ad timorem, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, per quem clamamus, Pater, Pater noſter.

16 Et ipſe Spiritus teſtatur ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei.

17 Et ſi filii, etiam hæredes: hæredes Dei, & conſortes hæreditatis Jeſu Chriſti: ut, ſi patiamur cum eo, etiam cum eo glorificemur:

18 Arbitror enim, quòd non ſint pares paſſiones temporis hujus gloriæ illi quæ revelabitur in nobis.

19 Univerſa enim creatura ſperat, & exſpectat revelationem filiorum Dei:

20 Creatura enim ſubjacet vanitati, non ſuâ ſponte, ſed propter eum qui ſubjecit eam,

21 Sub ſpe, quod etiam ipſa creatura liberabitur à ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22 Scimus enim, quòd omnes creaturæ congemiſcunt, & parturiunt uſque in diem hunc.

23 Et non ſolùm ipſæ, ſed etiam nos, in quibus ſunt primitiæ Spiritus, gemiſcimus in nobis ipſis, & exſpectamus adoptionem filiorum, redemtionem corporum noſtrorum.

24 Eo quod in ſpe vivimus. Spes autem quæ conſpicitur, nequaquam eſt Spes: ſi enim conſpiceremus illam, cur exſpectaremus illam?

25 Si vero id quod non conſpicitur, ſperamus, in patientia exſpectamus.

26 Similiter etiam ipſe Spiritus auxiliatur infirmitati noſtræ: quid enim oremus, quemadmodum oportet, ignoramus; ſed ipſe Spiritus orat pro nobis gemitibus qui ſunt inenarrabiles.

27 Qui ſcrutatur autem corda, ipſe novit quæ ſit

intentio

intentio Spiritus: quia secundum voluntatem Dei ipse orat pro sanctis.

28 Scimus autem quòd iis qui diligunt Deum, *ipse* in omni re auxiliatur ad bonum, iis quos prædestinavit ut essent vocati:

29 Et præscivit eos, & obsignavit eos similitudine imaginis Filii sui, ut ipse sit primogenitus fratrum multorum.

30 Eos autem quos priùs obsignavit, eos vocavit: & quos vocavit, eos justificavit: & quos justificavit, eos glorificavit.

31 Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?

32 Et si Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non omnia cum eo dabit nobis?

33 Quis se opponet electis Dei? Deus justificat.

34 Quis condemnabit? Christus mortuus est, & resurrexit, & est ad dexteram Dei, & orat pro nobis.

35 Quis separabit me à dilectione Christi? Afflictio? aut angustia? aut persequutio? aut fames? aut nuditas? aut periculum? aut gladius?

36 Quemadmodum scriptum est; Propter te quotidiè morimur, & reputati sumus tanquam oves ad mactationem.

37 Sed in his omnibus victoriosi sumus per eum qui dilexit nos:

38 Persuasus enim sum, quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque præsentia, neque futura,

39 Neque altitudo, neque profunditas, neque etiam creatura alia poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Domino nostro Jesu Christo.

ܪܥܝܢܗ ܕܪܘܚܐ: ܕܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܡܬܟܫܦܐ ܚܠܦ ܩܕܝ̈ܫܐ ܀ 28 ܝܕܥܝܢ ܕܝܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܚܒܝܢ ܠܐܠܗܐ: ܒܟܠܡܕܡ ܡܥܕܪ ܠܗܘܢ ܠܛܒܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡ ܐܬܝܕܥ ܕܢܗܘܘܢ ܩܪ̈ܝܐ ܀ 29 ܡܢ ܠܘܩܕܡ ܝܕܥ ܐܢܘܢ: ܘܪܫܡ ܐܢܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܕܨܘܪܬܐ ܕܒܪܗ. ܕܗܘ ܢܗܘܐ ܒܘܟܪܐ ܕܐܚ̈ܐ ܤܓܝ̈ܐܐ. 30 ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܩܕܡ ܪܫܡ ܠܗܘܢ ܩܪܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܩܪܐ ܠܗܘܢ ܙܕܩ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܙܕܩ. ܠܗܘܢ ܫܒܚ. 31 ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܢܐܡܪ ܥܠ ܗܠܝܢ. ܐܢ ܐܠܗܐ ܠܘܬܢ ܡܢܘ ܠܘܩܒܠܢ. 32 ܘܐܢ ܥܠ ܒܪܗ ܠܐ ܚܤ: ܐܠܐ ܚܠܦ ܟܠܢ ܐܫܠܡܗ: ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܟܠܡܕܡ ܥܡܗ ܢܬܠ ܠܢ. 33 ܡܢܘ ܢܩܘܡ ܥܠ ܓܒ̈ܝܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܠܗܐ ܡܙܕܩ. 34 ܡܢܘ ܡܚܝܒ. ܡܫܝܚܐ ܡܝܬ ܘܩܡ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܥܠ ܝܡܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܥܐ ܚܠܦܝܢ. 35 ܡܢܘ ܢܦܪܫܢܝ ܡܢ ܚܘܒܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܐܘܠܨܢܐ: ܐܘ ܚܒܘܫܝܐ. ܐܘ ܪܕܘܦܝܐ. ܐܘ ܟܦܢܐ. ܐܘ ܥܪܛܠܝܘܬܐ. ܐܘ ܩܘܢܕܝܢܘܤ. ܐܘ ܤܦܤܪܐ. 36 ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܡܛܠܬܟ ܟܠܝܘܡ ܡܝܬܝܢܢ: ܘܐܬܚܫܒܢ ܐܝܟ ܥܪ̈ܒܐ ܠܢܟܤܬܐ. 37 ܐܠܐ ܒܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ: ܙܟܝܢܢ ܒܝܕ ܗܘ ܕܐܚܒܢ. 38 ܡܦܤ ܐܢܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܡܘܬܐ. ܘܠܐ ܚ̈ܝܐ. ܘܠܐ ܡܠܐܟ̈ܐ. ܘܠܐ ܪ̈ܫܢܘܬܐ. ܘܠܐ ܚܝ̈ܠܐ. ܘܠܐ ܕܩܝ̈ܡܢ ܘܠܐ ܕܥܬܝ̈ܕܢ. 39 ܘܠܐ ܪܘܡܐ ܘܠܐ ܥܘܡܩܐ. ܘܠܐ ܒܪܝܬܐ ܐܚܪܬܐ. ܬܫܟܚ ܕܬܦܪܫܢܝ ܡܢ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ ܕܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.

CAPUT ܩܦܠܐܘܢ

ܩܦܠܐܘܢ ܛ

1 ܫܪܪܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܒܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܡܕܓܠ ܐܢܐ. ܘܡܣܗܕܐ ܠܝ ܬܐܪܬܝ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. 2 ܕܟܪܝܘܬܐ ܗܝ ܠܝ ܪܒܬܐ. ܘܟܐܒܐ ܕܠܒܐ ܕܠܐ ܫܠܐ. 3 ܡܨܠܐ ܗܘܝܬ ܓܝܪ ܕܐܢܐ ܒܩܢܘܡܝ ܚܪܡܐ ܐܗܘܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ: ܚܠܦ ܐܚܝ ܘܐܚܝܢܝ ܕܒܒܣܪ. 4 ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܕܝܠܗܘܢ ܗܘܬ ܣܝܡܬ ܒܢܝܐ ܘܫܘܒܚܐ ܘܕܝܬܩܐ ܘܢܡܘܣܐ ܘܬܫܡܫܬܐ. ܘܡܘܠܟܢܐ ܘܐܒܗܬܐ. 5 ܘܡܢܗܘܢ ܐܬܚܙܝ ܡܫܝܚܐ ܒܒܣܪ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܕܥܠ ܟܠ ܕܠܗ ܬܫܒܚܢ ܘܒܘܪܟܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ 6 ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܢܦܠܬ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܟܠܗܘܢ ܕܡܢ ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܣܪܝܠ. 7 ܘܐܦܠܐ ܡܛܠ ܕܡܢ ܙܪܥܗ ܐܢܘܢ ܕܐܒܪܗܡ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܐ. ܡܛܠ ܕܐܬܐܡܪ ܕܒܐܝܣܚܩ ܢܬܩܪܐ ܠܟ ܙܪܥܐ. 8 ܗܢܘ ܕܝܢ: ܠܐ ܗܘܘ ܒܢܝܐ ܕܒܣܪܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܝܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܒܢܝܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܠܙܪܥܐ. 9 ܕܡܘܠܟܢܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗ ܡܠܬܐ ܗܕܐ: ܕܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܐܬܐ ܘܢܗܘܐ ܒܪܐ ܠܣܪܐ. 10 ܘܠܘ ܗܕܐ ܒܠܚܘܕ. ܐܠܐ ܐܦ ܪܦܩܐ. ܟܕ ܥܡ ܚܕ ܐܒܘܢ ܐܝܣܚܩ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܡܫܟܒܬܐ: 11 ܥܕܠܐ ܢܬܝܠܕܘܢ ܒܢܝܗ: ܘܠܐ ܢܣܥܪܘܢ ܛܒܬܐ ܐܘ ܒܝܫܬܐ: ܩܕܡܬ ܐܬܝܕܥܬ ܓܒܝܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܕܬܩܘܡ. ܠܐ ܒܥܒܕܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܗܘ ܕܩܪܐ. 12 ܐܬܐܡܪ ܓܝܪ ܕܪܒܐ ܢܗܘܐ ܥܒܕܐ ܠܙܥܘܪܐ. 13 ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܠܝܥܩܘܒ ܪܚܡܬ ܘܠܥܣܘ ܣܢܝܬ ܀ 14 ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܢܐܡܪ. ܕܠܡܐ ܥܘܠܐ ܐܝܬ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܚܣ. 15 ܗܐ ܐܦ ܠܡܘܫܐ ܐܡܪ.

ܐܪܚܡ

CAPUT IX.

1 Veritatem dico in Christo, & non mentior: & conscientia mea testatur in me, per Spiritum sanctum,

2 Quod tristitia est mihi magna, & dolor cordis mei indefinens.

3 Optabam enim, ut ego ipse anathema essem à Christo pro fratribus meis & cognatis meis secundùm carnem:

4 Qui sunt filii Israel, quorum erat adoptio filiorum, & gloria, & fœdera, & Lex, & ministerium, & promissiones, & Patres,

5 Et ex quibus apparuit Christus secundum carnem, qui est Deus supra omnes. Cui sunt laudes & benedictiones in seculum seculorum, Amen.

6 Nequaquam enim prorsus excidit sermo Dei: nam non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel:

7 Nec etiam propterea quòd ex semine Abrahæ sunt, omnes sunt filii: quia dictum est; In Isaac vocabitur tibi semen.

8 Hoc verò est, nequaquam filii carnis sunt filii Dei, sed filii promissionis reputantur pro semine:

9 Promissionis enim est sermo hic; Hoc tempore veniam, & erit filius Saræ.

10 Neque hic tantùm, sed etiam Rebecca, quum unius patris nostri Isaac habuisset consuetudinem,

11 Priusquam nati essent filii ejus, neque fecissent bonum aut malum, præcognita fuit electio Dei, ut ipsa permaneret; Non per opera, sed per eum qui vocavit:

12 Dictum est enim; Senior erit servus minori:

13 Sicut scriptum est; Jacob dilexi, & Esau odio habui.

14 Quid igitur dicemus? numquid iniquitas est apud Deum? Absit.

15 Ecce etiam Mosi dixit;

Miserebor

Miserebor ejus cujus misertus fuero, & gratiam præstabo illi cui gratiosus futurus sum.

16 Non igitur per eum qui vult, neque per eum qui currit, sed per Deum misericordem:

17 Dixit enim in Scriptura Pharaoni; Ad hoc ipsum excitavi te, ut ostenderem in te virtutem meam, & ut prædicetur nomen meum in terra universa.

18 Itaque cujus vult, miseretur; & quem vult, indurat.

19 Et jam dices; De quo conqueritur? Quis enim est qui resistat voluntati ejus?

20 Tu igitur quis es, ô homo, ut respondeas Deo? Nunquid dicit massa ei qui fingit ipsam; Cur ita finxisti me?

21 Aut non habet potestatem figulus in lutum suum, ut ex eadem massa faciat vasa, unum ad decus, & unum ad ignominiam?

22 Si verò voluit Deus ostendere iram suam, & notam facere potentiam suam, intulit pro magna longanimitate sua iram super vasa iræ, quæ perfecta fuerunt ad interitum:

23 Et effudit misericordias suas super vasa misericordiæ quæ parata erant Deo ad gloriam,

24 Nos scilicet qui vocati sumus non tantùm ex Judæis, sed etiam ex Gentibus.

25 Quemadmodum etiam in Hosea dixit; Vocabo eos qui non fuerunt populus meus, populum meum: & cujus non misertus eram, miserebor:

26 Erit enim in loco ubi vocabantur non populus meus, ibi vocabuntur filii Deo viventi.

27 Esaias autem prædicat de filiis Israel; Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena quæ est in mari, residuum quod erit ex eis, servabitur.

28 Sermonem decrevit & præcidit, & faciet eum Dominus super terram.

29 Et secundùm id quod prædixit ipse Esaias; Nisi Dominus Zebaoth reliquisset nobis residuum, tanquam Sodoma facti fuissemus, & Gomorræ similes essemus.

30 ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܢܐܡܪ. ܕܥܡܡܐ ܕܠܐ ܪܕܦܝܢ ܗܘܘ ܒܬܪ ܙܕܝܩܘܬܐ. ܐܕܪܟܘ ܙܕܝܩܘܬܐ. ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܝܢ ܐܝܕܐ ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܝ. 31 ܐܝܣܪܝܠ ܕܝܢ ܕܪܕܦ ܗܘܐ ܒܬܪ ܢܡܘܣܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܠܢܡܘܣܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܠܐ ܐܕܪܟ. 32 ܡܛܠ ܡܢܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܢܡܘܣܐ. ܐܬܬܩܠܘ ܓܝܪ ܒܟܐܦܐ ܕܬܘܩܠܬܐ. 33 ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܗܐ ܣܐܡ ܐܢܐ ܒܨܗܝܘܢ ܟܐܦܐ ܕܬܘܩܠܬܐ ܘܟܐܦܐ ܕܡܟܫܠܢܘܬܐ. ܘܡܢ ܕܒܗ ܢܗܝܡܢ ܠܐ ܢܒܗܬ ܀

30 Quid igitur dicemus? Quòd gentes quæ non sectabantur justitiam, assequutæ sunt justitiam; justitiam verò eam quæ ex fide est:

31 Israel autem qui sectabatur legem justitiæ, legem justitiæ non est assequutus.

32 Quamobrem? Quia nequaquam ex fide, sed ex operibus Legis. Impegerunt enim in Lapidem offensionis.

33 Sicut scriptum est; Ecce, pono in Sion Lapidem offensionis & Petram scandali; & is qui in eum crediderit non pudefiet.

ܩܦܠܐܘܢ ܝ

CAPUT X.

1 ܐܚܝ ܨܒܝܢܐ ܕܠܒܝ ܘܒܥܘܬܝ ܕܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܚܠܦܝܗܘܢ ܕܢܚܘܢ. 2 ܣܗܕ ܐܢܐ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܕܛܢܢܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬ ܒܗܘܢ. ܐܠܐ ܠܐ ܒܝܕܥܬܐ. 3 ܙܕܝܩܘܬܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܝܕܥܘ. ܐܠܐ ܒܥܘ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܢܩܝܡܘܢ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܠܙܕܝܩܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܐܫܬܥܒܕܘ. 4 ܫܘܠܡܗ ܓܝܪ ܕܢܡܘܣܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܠܙܕܝܩܘܬܐ ܠܟܠ ܕܡܗܝܡܢ ܒܗ ܀ 5 ܡܘܫܐ ܓܝܪ ܗܟܢܐ ܟܬܒ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܒܢܡܘܣܐ. ܕܡܢ ܕܢܥܒܕ ܗܠܝܢ ܢܚܐ ܒܗܝܢ. 6 ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܝܢ ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪܐ. ܕܠܐ ܬܐܡܪ ܒܠܒܟ ܕܡܢܘ ܣܠܩ ܠܫܡܝܐ ܘܐܚܬܗ ܠܡܫܝܚܐ. 7 ܘܡܢܘ ܢܚܬ ܠܬܗܘܡܐ ܕܫܝܘܠ ܘܐܣܩܗ ܠܡܫܝܚܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. 8 ܐܠܐ ܡܢܐ ܐܡܪܐ. ܩܪܝܒ ܗܘ ܠܟ ܦܬܓܡܐ ܠܦܘܡܟ ܘܠܠܒܟ. ܗܢܘ ܦܬܓܡܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܟܪܙܝܢܢ. 9 ܘܐܢ ܬܘܕܐ ܒܦܘܡܟ ܒܡܪܢ ܝܫܘܥ. ܘܬܗܝܡܢ ܒܠܒܟ ܕܐܠܗܐ ܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܬܚܐ. 10 ܠܒܐ ܓܝܪ ܕܡܗܝܡܢ ܒܗ ܡܙܕܕܩ.

ܘܦܘܡܐ

1 FRatres mei, voluntas cordis mei & obsecratio mea ad Deum, pro illis est ut serventur:

2 Testor enim de ipsis quod zelus Dei est in eis, sed non in scientia:

3 Justitiam enim Dei ignorarunt, sed quærunt justitiam suam ipsorum stabilire: & ideò non subjecerunt se justitiæ Dei:

4 Finis enim Legis Christus est, ad justitiam omni credenti in eum.

5 Moses enim ita describit justitiam quæ est in Lege; Qui fecerit hæc, vivet in eis:

6 Justitia autem quæ est per fidem, ita loquitur; Ne dixeris in corde tuo; Quisnam ascendit in cœlum, & deduxit Christum?

7 Et quis descendit in abyssum inferiorum, & eduxit Christum ex mortuis?

8 Sed quid dixit? Prope est tibi verbum ori tuo & cordi tuo. Hic est sermo fidei quem prædicamus.

9 Et si confessus fueris ore tuo Dominum nostrum Jesum, & credideris corde tuo, quòd Deus excitavit eum à mortuis, salvus eris:

10 Cor enim credens in eum justificatur:

& os

& os quod confitetur eum, servatur.

11 Dixit enim Scriptura; Omnis qui credit in eum, non pudefiet.

12 Et in hoc distinxit nec Judæos nec Gentiles: unus est enim Dominus omnium, qui est dives in quemque qui invocat eum:

13 Quisquis enim invocaverit nomen Domini, salvus erit.

14 Quomodo igitur invocabunt eum in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei de quo non audierunt? aut quomodo audient sine prædicatore?

15 Aut quomodo prædicabunt si non mittantur? Sicut scriptum est; Quàm speciosi sunt pedes evangelizantium pacem, & evangelizantium bona!

16 Sed nequaquam omnes illi obediverunt prædicationi Euangelii: Jesaias enim dixit; Domine mi, quisnam credidit voci nostræ?

17 Proinde fides ex auditu auris est, & auditus auris ex sermone Dei.

18 Sed dico; Annon audierunt? Et ecce, in universam terram exivit vox eorum, & in fines orbis terræ sermones eorum.

19 Sed dico; Annon novit Israel? Primus Moses sic dixit; Ad æmulationem provocabo vos per populum qui non est populus, & per populum contumacem ad iram commovebo vos.

20 Esaias autem ausus est, & dixit; Conspectus sum iis qui non quæsierunt me, & inventus sum iis qui de me non interrogaverunt.

21 Ad Israelem autem dixit; Expandi manus meas toto die ad populum contentiosum & contumacem.

ܘܦܘܡܐ ܕܡܘܕܐ ܒܗ ܚܝܐ. 11 ܐܡܪ ܓܝܪ ܟܬܒܐ. ܕܟܠ ܕܡܗܝܡܢ ܒܗ ܠܐ ܢܒܗܬ. 12 ܘܒܗܕܐ ܠܐ ܦܪܫ ܠܐ ܠܝܗܘܕܝܐ ܘܠܐ ܠܐܪܡܝܐ. ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܡܪܝܐ ܕܟܠܗܘܢ. ܕܥܬܝܪ ܒܟܠ ܕܩܪܐ ܠܗ. 13 ܟܠ ܓܝܪ ܕܢܩܪܐ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܢܚܐ. 14 ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܢܩܪܘܢ ܠܐܢܫ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ ܒܗ. ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܢܗܝܡܢܘܢ ܠܡܢ ܕܠܐ ܫܡܥܘܗܝ. ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܢܫܡܥܘܢ ܕܠܐ ܡܟܪܙܢܐ. 15 ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܢܟܪܙܘܢ ܐܢ ܠܐ ܢܫܬܕܪܘܢ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܡܐ ܝܐܝܢ ܪܓܠܝܗܘܢ ܕܡܣܒܪܝ ܫܠܡܐ ܘܡܣܒܪܝ ܛܒܬܐ. 16 ܐܠܐ ܠܐ ܗܘܐ ܟܠܗܘܢ ܐܫܬܡܥܘ ܠܣܒܪܬܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܐܫܥܝܐ ܓܝܪ ܐܡܪ. ܡܪܝ ܡܢܘ ܗܝܡܢ ܠܫܡܥܢ. 17 ܡܟܝܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܡܢ ܡܫܡܥܬ ܐܕܢܐ ܗܝ. ܘܡܫܡܥܬܐ ܐܕܢܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. 18 ܐܠܐ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܠܡܐ ܠܐ ܫܡܥܘ. ܘܗܐ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܢܦܩ ܩܠܗܘܢ. ܘܠܣܘܟܐ ܕܬܐܒܝܠ ܡܠܝܗܘܢ. 19 ܐܠܐ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܝܣܪܝܠ. ܩܕܡܝܐ ܡܘܫܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܐܢܐ ܐܚܣܡܟܘܢ ܒܥܡܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܥܡܐ. ܘܒܥܡܐ ܕܠܐ ܡܬܛܦܣ ܐܪܓܙܟܘܢ. 20 ܐܫܥܝܐ ܕܝܢ ܡܪܚ ܘܐܡܪ. ܐܬܚܙܝܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܒܥܘܢܢܝ. ܘܐܫܬܟܚܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܫܐܠܘ ܥܠܝ. 21 ܠܐܝܣܪܝܠ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܕܦܫܛܬ ܐܝܕܝ ܝܘܡܐ ܟܠܗ ܠܘܬ ܥܡܐ ܕܡܬܚܪܐ ܘܠܐ ܡܬܛܦܣ.

CAPUT XI.

ܨܚܚܐ ܝܐ

1 Sed dico; Nunquid depulit Deus populum suum? Absit; Nam etiam ego ex Israel sum, ex semine Abrahæ, ex genere Benjamin.

2 Non depulit Deus populum suum quem præsciverat.

1 ܐܠܐ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܠܡܐ ܣܠܩܗ ܐܠܗܐ ܠܥܡܗ. ܚܣ. ܐܦ ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ ܐܢܐ. ܡܢ ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܒܢܝܡܝܢ. 2 ܠܐ ܣܠܩ ܐܠܗܐ ܠܥܡܗ ܗܘ ܕܩܕܡ ܝܕܥ ܗܘܐ

ſciverat. Aut ignoratis in Scriptura Elias quidnam dixerit? quum clamaret ad Deum adverſus Iſrael, & diceret;

3 Domine mi, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſubverterunt: & ego ſolus relictus ſum, & quærunt animam meam.

4 Et dictum eſt ei per revelationem; Ecce reliqui mihi ipſi ſeptem millia virorum, qui genua ſua non flexerunt, neque adoraverunt Baal.

5 Sic etiam hoc tempore, reſiduum relictum eſt per electionem gratiæ.

6 Si autem per gratiam, non eſt ex operibus; alioquin gratia non eſt gratia. Si verò per opera, non eſt ex gratia; alioquin opus non eſt opus.

7 Quid igitur? Id quod quærebat Iſrael, non invenit; electio autem invenit: reliqui verò eorum excæcati ſunt corde ſuo,

8 (Sicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus Spiritum commotionis, & oculos quibus non videant, & aures quæ non audiant) uſque in diem hodiernum.

9 Et David rurſus dixit; Sit menſa eorum coram ipſis in laqueum, & retributio eorum in offendiculum.

10 Obſcurentur oculi eorum, ut non videant, & femur eorum omni tempore ſit curvum.

11 Dico autem; Nunquid impegerunt, ut corruerent? Abſit: ſed per lapſus eorum ſalus fuit Gentibus, ad zelum eorum *excitandum*.

12 Et ſi lapſus eorum fuit divitiæ mundo, & condemnatio eorum divitiæ Gentibus, quanto igitur magis plenitudo eorum?

13 Vobis autem dico Gentibus: ego qui ſum Apoſtolus Gentium, miniſterium meum glorifico:

14 Si fortè ad æmulationem provocem carnem meam, & ſalvos faciam aliquos ex eis.

15 Si enim rejectio illorum reconciliatio mundo fuit, quanto magis igitur converſio eorum,

niſi

nisi vita ex mortuis?

16 Si autem primitiæ ſanctæ ſunt, etiam maſſa: & ſi radix ſancta eſt, etiam rami.

17 Et ſi ex ramis nonnulli amputati ſunt, & tu qui olea es ſylveſtris, inſitus es in loca eorum, & factus es particeps radicis & pinguedinis oleæ:

18 Ne glorieris adverſus ramos: ſi autem glorieris, nequaquam tu portas radicem, ſed ipſa radix portat te.

19 Jam autem dices; Rami amputati ſunt, ut ego in loca eorum inſerar.

20 Benè; Illi, quia non crediderunt, amputati ſunt, tu autem fide conſtitiſti. Ne extollaris in mente tua, ſed time:

21 Si enim Deus ramis illis, qui erant ex natura ſua, non pepercit, fortaſſis etiam tibi non parcet.

22 Vide igitur benignitatem & ſeveritatem Dei: contra eos qui ceciderunt, ſeveritatem; erga te autem benignitatem, ſi permanſeris in ipſa benignitate, alioquin etiam tu amputaberis.

23 Et illi, ſi non permanſerint in defectu fidei ſuæ, etiam ipſi inſerentur, potens eſt enim Deus ut iterum inſerat eos.

22 Qui enim servus vocatus est in Domino nostro, libertus est Dei: similiter is qui liber vocatus est, servus est Christi.

23 Pretio empti estis, ne fueritis servi hominum.

24 Unusquisque in eo in quo vocatus est, fratres mei,

in eo maneat apud Deum.

25 De virginitate autem præceptum à Deo non teneo: consilium autem do, tanquam vir qui gratiam consequutus sum à Deo, ut sim fidelis:

26 Et arbitror quòd hoc sit bonum propter necessitatem temporis, quòd expediat homini ita esse.

27 Alligatus es uxori? ne quæras dissolutionem: solutus es ab uxore? ne quæras uxorem.

28 Et, si ducas uxorem, non peccas: &, si virgo fuerit viro, non peccat: afflictio autem in corpore erit illis qui ita sunt. Ego autem vobis parco.

29 Et hoc dico, fratres mei, quòd tempus deinceps abbreviatum est; ut illi quibus sunt uxores, sint tanquam quibus non sunt:

30 Et illi qui flent, tanquam non flentes: & illi qui gaudent, tanquam non gaudentes: & illi qui emunt, tanquam non possidentes:

31 Et illi qui utuntur hoc mundo, non præter justum usum: præterit enim species mundi hujus.

32 Propterea volo ut sine solicitudine sitis. Is enim cui non est uxor, curat quæ sunt Domini sui, quomodo placeat Domino suo:

33 Et is cui est uxor, solicitudine tenetur mundi, quomodo placeat uxori suæ.

34 Discrimen autem est inter mulierem & virginem: quæ viro non est, cogitat de Domino suo, ut sit sancta in corpore suo & in spiritu suo: & illa cui est maritus, cogitat de mundo, quomodo placeat marito suo.

35 Hoc autem in vestrum ipsorum commodum dico: nequaquam laqueum injicio vobis, sed ut sitis seduli erga Dominum vestrum in honestate decora, non cogitantes de mundo.

36 Si quis autem putat quòd despectus sit propter

propter virginem suam, quod præterit tempus ejus, & non tradiderit eam viro, conveniens est ut tradat eam: quemadmodum vult, faciat: non peccat; copuletur.

37 Qui verò firmiter statuit in mente sua, & non cogit eum *ulla* res, ac potestatem habet in voluntatem suam, & ita judicat in corde suo, ut servet virginem suam, benè facit.

38 Et is itaque qui tradit virginem suam, bene facit: qui verò non dat virginem suam, excellenter benè facit.

39 Mulier, quamdiu vivit maritus ejus, alligata est per legem: si autem obdormierit maritus ejus, libera facta est, ut sit cui voluerit, dummodo in Domino nostro.

40 Beata autem est si ita maneat, secundum sententiam meam. Puto autem etiam ego, quòd Spiritus Dei sit in me.

CAPUT VIII.

1 De victimis autem idolorum, scimus quòd in omnibus nobis est scientia: & scientia inflat, charitas autem ædificat.

2 Si quis autem putat quòd sciat aliquid, nondum aliquid novit, quemadmodum oportet eum nosse.

3 Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

4 De cibo igitur sacrificiorum idolorum, novimus quòd nequaquam aliquid est idolum in mundo, & quòd non est Deus alius nisi unus.

5 Nam etiamsi sint qui vocentur dii, sive in cœlo, sive in terra: quemadmodum sunt dii multi & domini multi:

6 Sed nobis noster unus est Deus Pater, à quo omnia, & nos per ipsum: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, etiam nos per eum.

7 Sed nequaquam in quolibet homine est scientia: sunt enim

quidam

quidam qui in conscientia sua usque ad hoc tempus quod tanquam pro simulacris immolatum comedunt: & quia infirma est conscientia eorum, polluitur.

8 Cibus autem non dat nobis accessum ad Deum: non enim si comederimus, abundabimus: neque si non ederimus, *aliqua re* destituemur.

9 Videte autem ne potestas vestra hæc fit offendiculum infirmis.

10 Si quis enim videat te in quo est scientia, quòd accumbas in æde idolorum, nonne conscientia ejus, quia infirmus est, confirmabitur ad edendum id quod immolatum est?

11 Et peribit per scientiam tuam is qui infirmus est, propter quem mortuus est Christus.

12 Et si sic delinquatis in fratres vestros, & illidatis conscientias eorum infirmas, in Christum delinquitis.

13 Quapropter si esca offendiculo sit fratri meo, in æternum carnem non comedam, ne offendiculo sim fratri meo.

CAPUT IX.

1 AN non sum liber? aut non sum Apostolus? aut Jesum Christum Dominum nostrum non vidi? aut non facti estis opus meum in Domino meo?

2 Et si aliis non fuerim Apostolus, tamen vobis sum: & sigillum Apostolatus mei vos estis.

3 Et defensio apud eos qui judicant me, hæc est.

4 An non est potestas nobis edendi & bibendi?

5 Aut an non est potestas nobis sororem uxorem circumducendi nobiscum, sicut reliqui Apostoli, & sicut fratres Domini nostri, & sicut Cephas?

6 Aut mihi tantùm & Barnabæ non est potestas ut non operemur?

7 Quisnam militat militiam impensis suiipsius? aut quisnam est qui plantat vineam,

& de

ܘܡܢ ܦܐܪ̈ܘܗܝ ܠܐ ܐܟܠ. ܐܘ ܡܢܘ ܪܥܐ ܥܢܐ.
ܘܡܢ ܚܠܒܐ ܕܡܪܥܝܬܗ ܠܐ ܐܟܠ. 8 ܕܠܡܐ
ܐܝܟ ܒܪ̈ܢܫܐ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܗܐ ܐܦ ܢܡܘܣܐ
ܗܠܝܢ ܐܡܪ. 9 ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܒܗ ܒܢܡܘܣܐ
ܕܡܘܫܐ. ܕܠܐ ܬܚܒܘܫ ܬܘܪܐ ܕܕܝܫ ܠܦܘܡܐ ܥܠ
ܬܘܪܐ ܒܛܝܠ ܠܗ ܠܐܠܗܐ. 10 ܐܠܐ ܝܕܝܥܐ ܕܡܛܠܬܢ
ܗܘ ܐܡܪ. ܘܡܛܠܬܢ ܓܝܪ ܐܬܟܬܒܬ: ܕܥܠ
ܣܒܪܐ ܘܠܐ ܠܗ ܠܟܪܘܒܐ ܕܢܟܪܘܒ. ܘܠܕܝܫܐ
ܕܥܠ ܣܒܪܐ ܕܥܠܠܬܐ. 11 ܐܢ ܚܢܢ
ܕܪܘܚܐ ܙܪܥܢ ܒܟܘܢ: ܪܒܐ ܗܝ ܐܢ ܚܢܢ ܡܢܟܘܢ
ܕܦܓܪܐ ܢܚܨܘܕ. 12 ܘܐܢ ܠܐܚܪ̈ܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܫܘܠܛܢܐ ܥܠܝܟܘܢ: ܠܐ ܗܘ ܝܬܝܪܐܝܬ ܠܢ: ܐܠܐ
ܠܐ ܐܬܚܫܚܢ ܒܫܘܠܛܢܐ ܗܢܐ. ܐܠܐ ܒܟܠܡܕܡ
ܡܣܝܒܪܝܢܢ: ܕܒܡܕܡ ܠܐ ܢܥܘܩ ܠܣܒܪܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܀ 13 ܠܐ ܝܕܥܝܬܘܢ ܕܐܝܠܝܢ
ܕܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܦܠܚܝܢ ܡܢ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ
ܡܬܬܪܣܝܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܡܕܒܚܐ ܦܠܚܝܢ
ܥܡ ܡܕܒܚܐ ܡܦܠܓܝܢ. 14 ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܪܢ
ܦܩܕ. ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܟܪܙܝܢ ܣܒܪܬܗ. ܡܢ ܣܒܪܬܗ
ܢܚܘܢ. 15 ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܬܚܫܚܬ ܚܕܐ ܡܢ
ܗܠܝܢ. ܘܠܐ ܟܬܒܬ ܗܠܝܢ ܕܗܟܢܐ ܢܗܘܐ
ܠܝ. ܦܩܚ ܠܝ ܓܝܪ ܕܐܡܘܬ ܐܡܬܝ: ܘܠܐ ܕܐܢܫ
ܫܘܒܗܪܝ ܢܣܪܩ. 16 ܐܦ ܕܡܣܒܪ ܐܢܐ ܓܝܪ
ܠܝܬ ܠܝ ܫܘܒܗܪܐ. ܩܛܝܪܐ ܓܝܪ ܣܝܡܐ ܠܝ. ܘܝ
ܠܝ ܕܝܢ ܐܠܐ ܐܣܒܪ. 17 ܐܢ ܓܝܪ ܒܨܒܝܢܝ ܗܕܐ
ܥܒܕ ܐܢܐ ܐܓܪܐ ܐܝܬ ܠܝ. ܐܢ ܕܝܢ ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܝ:
ܪܒܝܬܘܬܐ ܗܝ ܕܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ. 18 ܐܝܢܐ
ܗܘ ܗܟܝܠ ܐܓܪܝ: ܕܟܕ ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܢܦܩܬܐ
ܐܥܒܕܝܗ ܠܣܒܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܘܠܐ ܐܬܚܫܚ
ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܝܗܝܒ ܠܝ ܒܣܒܪܬܗ.

& de fructibus ejus non edit? aut quisnam est qui pascit oves, & de lacte gregis sui non edit?

8 Num secundum hominem hæc dico? Ecce etiam Lex hæc dixit:

9 Scriptum est enim in ipsa lege Mosis; Non obturabis bovem triturantem. Num de bove cura est Deo?

10 Sed notum est cujus causa locutus sit: Etenim propter nos scriptum est, eo quòd in spe oporteat aratorem arare; & qui triturat, in spe proventus *triturare*.

11 Si nos quæ sunt spiritus seminavimus in vobis, magnum est si nos ex vobis quæ sunt corporis metamus?

12 Et si aliis est potestas in vos, nonne nobis convenit potius? Sed non usi sumus potestate hac: verùm omnia sustinemus, ut nulla re impediamus Evangelium Christi.

13 Ignoratis vos quòd ii qui in Æde sancta ministrant, ex Æde sancta aluntur? & ii qui altari serviunt, cum altari participant?

14 Ita etiam Dominus noster mandavit, ut ii qui Evangelium ipsius prædicant ex Evangelio ejus vivant.

15 Ego autem non usus sum ullo ex iis, neque propter hoc scripsi ut ita fiat mihi: esset enim expeditius mihi ut omnino morerer, & non ut quis gloriationem meam inanem redderet.

16 Quum enim etiam evangelizem, non est mihi gloriatio: necessitas enim est mihi imposita, væ autem mihi nisi evangelizavero.

17 Si enim voluntate mea hoc facio, merces est mihi: si autem absque voluntate mea, dispensatio fidei meæ commissa est.

18 Quæ est igitur merces mea? ut quum evangelizem sine sumptibus exerceam prædicationem Christi, & non utar potestate quæ tradita est mihi in Evangelio.

19 Quum enim liber sim ab omnibus, omni homini subjeci meipsum, ut plures lucrifacerem:

20 Et factus sum cum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem: & cum iis qui sunt sub Lege, factus sum tanquam qui est sub Lege, ut eos qui sub Lege sunt lucrifacerem:

21 Et illis quibus Lex non est, factus sum tanquam sine lege, (quum non sim Deo sine lege, sed in Lege Christi) ut etiam illos qui sine lege sunt lucrifacerem.

22 Factus sum cum infirmis tanquam infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omni homini factus sum omnia, ut omnem hominem servarem.

23 Hoc autem facio, ut sim particeps Evangelii.

24 Ignoratis vos quòd ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit sibi victoriam? ita currite ut assequamini.

25 Unusquisque enim qui certamen agit, ab omni re continet mentem suam: & ii qui currunt, ut accipiant coronam corruptibilem; nos autem incorruptibilem.

26 Ego igitur ita curro, nequaquam ut in aliquid quod ignotum sit: & ita contendo, nequaquam ut contra aerem contendam:

27 Sed corpus meum subjicio, & in servitutem redigo; ne fortè ego, *quum* aliis prædicaverim, ego ipsemet reprobus sim.

CAPUT X.

1 Volo autem ut sciatis, fratres mei, quod Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt:

2 Et omnes per Mosen baptizati sunt in nube & in mari:

3 Et omnes unum cibum spiritualem comederunt:

4 Et omnes unum potum spiritualem biberunt: bibebant

ܫܬܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܡܢ ܟܐܦܐ ܕܪܘܚܐ ܕܐܬܝܐ ܗܘܬ ܥܡܗܘܢ. ܟܐܦܐ ܕܝܢ ܗܝ ܗܘ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ. 5 ܐܠܐ ܠܐ ܗܘܐ ܒܣܓܝܐܘܬܗܘܢ ܐܬܛܝܒ ܐܠܗܐ. ܢܦܠܘ ܓܝܪ ܒܡܕܒܪܐ. 6 ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܛܘܦܣܐ ܠܢ ܗܘܘ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܪܓܘܒܐ ܒܝܫܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܗܢܘܢ ܪܓܒܘ. 7 ܘܐܦܠܐ ܢܗܘܐ ܦܠܚܝ ܦܬܟܪܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܡܢܗܘܢ ܦܠܚܘ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܝܬܒ ܥܡܐ ܠܡܐܟܠ ܘܠܡܫܬܐ: ܘܩܡܘ ܠܡܬܛܐܒܘ. 8 ܘܐܦܠܐ ܢܙܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܡܢܗܘܢ ܙܢܘ: ܘܢܦܠܘ ܒܚܕ ܝܘܡܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ. 9 ܘܠܐ ܢܢܣܐ ܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܡܢܗܘܢ ܢܣܝܘܗܝ. ܘܐܘܒܕܘ ܐܢܘܢ ܚܘܘܬܐ. 10 ܘܐܦܠܐ ܬܪܛܢܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܡܢܗܘܢ ܪܛܢܘ. ܘܐܒܕܘ ܒܐܝܕ ܡܚܒܠܢܐ. 11 ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܟܠܗܝܢ ܕܓܕܫ ܠܗܘܢ ܠܬܘܦܣܐ ܗܘܝ. ܘܐܬܟܬܒ ܠܡܪܬܝܘܬܢ ܕܝܠܢ: ܕܥܠܝܢ ܫܘܠܡܗܘܢ ܕܥܠܡܐ ܡܛܐ. 12 ܡܟܝܠ ܡܢ ܕܣܒܪ ܕܩܐܡ: ܢܙܕܗܪ ܕܠܐ ܢܦܠ. 13 ܢܣܝܘܢܐ ܠܐ ܩܕܡܟܘܢ. ܐܠܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܕܝܢ ܐܠܗܐ: ܕܠܐ ܢܫܒܩܟܘܢ ܕܬܬܢܣܘܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܠܐ ܢܥܒܕ ܠܢܣܝܘܢܟܘܢ ܡܦܩܢܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܬܫܟܚܘܢ ܠܡܣܝܒܪܘ. 14 ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܒܝܒܝ: ܥܪܘܩܘ ܡܢ ܦܘܠܚܢ ܦܬܟܪܐ. 15 ܐܝܟ ܕܠܚܟܝܡܐ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܘܢܘ ܐܢܬܘܢ ܡܕܡ ܕܐܡܪ ܐܢܐ. 16 ܟܣܐ ܗܘ ܕܬܘܕܝܬܐ ܕܡܒܪܟܝܢܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܫܘܬܦܘܬܐ ܗܝ ܕܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܠܚܡܐ ܗܘ ܕܩܨܝܢܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܫܘܬܦܘܬܐ ܗܝ ܕܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ. 17 ܐܝܟܢܐ ܕܚܕ ܗܘ ܠܚܡܐ ܗܘ: ܗܟܢܐ ܟܠܢ ܚܕ ܦܓܪܐ ܚܢܢ. ܟܠܢ ܓܝܪ ܡܢ ܗܘ ܚܕ ܠܚܡܐ ܢܣܒܝܢܢ.

bibebant enim de petra Spirituali quæ veniebat cum eis. Petra autem illa, erat ipse Christus.

5 Sed nequaquam in multitudine eorum complacitum est Deo: ceciderunt enim in deserto.

6 Hæc autem figura nobis erant, ne simus cupidi malorum, sicut illi concupiverunt.

7 Neque simus cultores idolorum, sicuti etiam ex illis *quidam* coluerunt: quemadmodum scriptum est; Sedit populus ad edendum & ad bibendum, & surrexerunt ad ludendum.

8 Neque scortemur, sicut *quidam* ex eis scortati sunt, & ceciderunt uno die viginti tria millia.

9 Neque tentemus Christum, sicut etiam ex eis *quidam* tentaverunt, & perdiderunt illos serpentes.

10 Neque murmuretis, sicut *quidam* ex iis murmuraverunt, & perierunt per corruptorem.

11 Hæc omnia quæ contigerunt illis, in exemplum nostrum fuerunt, & scripta sunt propter eruditionem nostram, ad quos finis mundi pervenit.

12 Ergo qui putat quòd stet, caveat ne cadat.

13 Tentatio non invasit vos, nisi humana: fidelis autem est Deus, qui non sinet vos tentari supra id quod potestis, sed faciet tentationi vestræ exitum, ut possitis sustinere.

14 Propterea, dilecti mei, fugite à cultu idolorum.

15 Tanquam sapientibus loquor: judicate vos id quod dico.

16 Poculum gratiarum actionis cui benedicimus, non*ne* est communio sanguinis Christi? & panis quem frangimus, non*ne* communio est corporis Christi?

17 Ut igitur unus est panis ille, ita omnes nos unum sumus corpus: omnes enim ex uno illo pane accipimus.

18 18

18 Videte Israel qui est secundùm carnem: non*ne* illi qui edunt victimas, sunt participes altaris?

19 Quid igitur dico? Quòd idolum aliquid sit? aut victima idoli aliquid sit? Non.

20 Sed id quod immolant Gentiles, dæmoniis immolant, & non Deo. Non autem volo ut sitis consortes dæmoniorum.

21 Non potestis bibere poculum Domini nostri, & poculum dæmoniorum: neque potestis fieri participes mensæ Domini nostri, & mensæ dæmoniorum.

22 Aut an prorsus ad zelotypiam provocamus Dominum nostrum? an potentiores sumus eo?

23 Cujusque rei potestas est mihi, sed non quælibet res expedit: cujusque rei potestas est mihi, sed non quælibet res ædificat.

24 Nemo quod proprium est quærat, sed quisque etiam quod est proximi sui.

25 Quicquid venditur in macello, edite absque disquisitione propter conscientiam.

26 Domini enim est terra cum plenitudine ejus.

27 Si quis autem ex Ethnicis invitaverit vos, & volueritis ire, quicquid apponetur vobis, edite absque disquisitione propter conscientiam.

28 Si quis autem dixerit vobis; Hoc de immolato est, ne edatis, propter eum qui dixit vobis, & propter conscientiam.

29 Conscientiam autem dico, nequaquam vestram, sed ejus qui *id* dixit. Cur enim libertas mea judicatur à conscientia aliorum?

30 Si ego per gratiam utor, cur conviciis afficior, pro quo ego gratias ago?

31 Sive igitur edatis, sive bibatis, sive aliquid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite.

32 ܕܠܐ ܬܘܩܠܬܐ ܗܘܘ ܠܝܗܘܕܝܐ ܘܠܐܪܡܝܐ ܘܠܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ. 33 ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܐ ܒܟܠ ܡܕܡ ܠܟܠܢܫ ܫܦܪ ܐܢܐ. ܘܠܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܕܡ ܕܠܝ ܥܕܪ. ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܠܣܓܝܐܐ ܥܕܪ ܕܢܚܘܢ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܝܐ

1 ܐܬܕܡܘ ܒܝ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܐܢܐ ܒܡܫܝܚܐ. 2 ܡܫܒܚ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܚܝ ܕܒܟܠ ܡܕܡ ܕܟܝܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ. ܘܐܝܟ ܕܐܫܠܡܬ ܠܟܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܐܚܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. 3 ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ ܕܟܠ ܓܒܪ ܪܫܗ ܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܘܪܫܗ ܕܐܢܬܬܐ ܓܒܪܐ ܗܘ. ܘܪܫܗ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܗܘ. 4 ܟܠ ܓܒܪ ܕܡܨܠܐ ܐܘ ܡܬܢܒܐ ܟܕ ܡܟܣܝ ܪܫܗ ܡܒܗܬ ܪܫܗ. 5 ܘܟܠ ܐܢܬܬܐ ܕܡܨܠܝܐ ܐܘ ܡܬܢܒܝܐ ܟܕ ܓܠܐ ܪܫܗ ܡܒܗܬܐ ܪܫܗ. ܫܘܝܐ ܗܝ ܓܝܪ ܠܗܝ ܕܓܪܝܥܐ ܪܫܗ. 6 ܐܢ ܓܝܪ ܠܐ ܡܬܟܣܝܐ ܐܢܬܬܐ ܐܦ ܬܬܣܦܪ. ܐܢ ܕܝܢ ܡܨܥܪ ܗܘ ܠܐܢܬܬܐ ܠܡܬܣܦܪܘ ܐܘ ܠܡܬܓܙܙܘ ܬܬܟܣܐ. 7 ܓܒܪܐ ܓܝܪ ܠܐ ܚܝܒ ܠܡܟܣܝܘ ܪܫܗ. ܡܛܠ ܕܕܡܘܬܐ ܗܘ ܘܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܢܬܬܐ ܕܝܢ ܫܘܒܚܗ ܗܝ ܕܓܒܪܐ. 8 ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܓܒܪܐ ܡܢ ܐܢܬܬܐ ܐܠܐ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܓܒܪܐ. 9 ܘܐܦܠܐ ܓܝܪ ܓܒܪܐ ܐܬܒܪܝ ܡܛܠ ܐܢܬܬܐ. ܐܠܐ ܐܢܬܬܐ ܡܛܠ ܓܒܪܐ. 10 ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܝܒܐ ܐܢܬܬܐ. ܕܫܘܠܛܢܐ ܢܗܘܐ ܥܠ ܪܫܗ. ܡܛܠ ܡܠܐܟܐ. 11 ܒܪܡ ܕܝܢ ܠܐ ܓܒܪܐ ܠܒܪ ܡܢ ܐܢܬܬܐ: ܘܐܦܠܐ ܐܢܬܬܐ ܠܒܪ ܡܢ ܓܒܪܐ ܒܡܪܢ. 12 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܐܢܬܬܐ ܡܢ ܓܒܪܐ: ܗܟܢܐ ܓܒܪܐ ܒܝܕ ܐܢܬܬܐ. ܟܠܡܕܡ ܕܝܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ:

32 Estore sine offendiculo Judæis & Gentilibus, & Ecclesiæ Dei.

33 Quemadmodum etiam ego in omni re omni homini placeo: nec quæro id quod mihi expedit, sed quod pluribus expedit, ut salvi fiant.

CAPUT XI.

1 Estote mihi similes, sicut etiam ego Christo.

2 Laudo autem vos, fratres mei, quòd in omni re memores estis mei: &, sicut tradidi vobis mandata, retinetis.

3 Volo autem ut sciatis quòd omnis viri caput est Christus: & caput mulieris vir est: & caput Christi Deus est.

4 Omnis vir qui orat aut vaticinatur tecto capite suo, pudefacit caput suum:

5 Et omnis mulier quæ orat aut vaticinatur discooperto capite suo, pudefacit caput suum: comparatur enim cum ea cujus rasum est caput.

6 Si enim non tegitur mulier, etiam radatur: si autem turpe est mulieri radi aut tonderi, tegatur.

7 Vir enim non debet tegere caput suum, quia est imago & gloria Dei: mulier verò est gloria viri.

8 Non enim est vir ex muliere, sed mulier est ex viro.

9 Neque enim vir creatus est propter mulierem, sed mulier propter virum.

10 Propter hoc tenetur mulier ut potestas sit supra caput ejus, propter Angelos.

11 Verùntamen non est vir absque muliere, neque mulier absque viro in Domino nostro.

12 Quemadmodum enim mulier est ex viro, ita vir per mulierem: omnis verò res ex Deo est.

13 Judicate inter vosipsos: *An* decet mulierem nudato capite suo orare Deum?

14 Non*ne* etiam ipsa natura docet vos, quod viro, quum crevit coma ejus, ignominia est ipsi?

15 Et mulieri, ex quo crevit coma ejus, gloria est ipsi? quia coma ejus pro velamine data est ei.

16 Si quis autem contendit de his, nobis non est consuetudo hujusmodi, neque Ecclesiæ Dei.

17 Hoc autem quod præcipio, non tanquam laudo vos, quia non progressi estis, sed ad id quod minus est, descendistis.

18 Primùm enim quum congregamini in Ecclesia, audio dissidia esse inter vos: & aliqua ex parte credo.

19 Futurum est etiam ut contentiones sint inter vos; ut qui probati sunt inter vos, innotescant.

20 Quum igitur congregamini, non sicut justum est die Domini nostri, comeditis & bibitis.

21 Sed unusquisque cœnam suam priùs edit: & unus esurit, & alius ebrius est.

22 Nunquid domus non sunt vobis, ut comedatis & bibatis? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & pudefacitis eos quibus nihil est? Quid dicam vobis? Laudabo vos? In hoc non laudo.

23 Ego enim accepi à Domino nostro id quod tradidi vobis, quòd Dominus noster Jesus ea nocte qua prodebatur, acceperit panem:

24 Et benedixerit, ac fregerit, & dixerit; Accipite, manducate: Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur; ita facite in mei memoriam.

25 Similiter postquam cœnati sunt, etiam poculum dedit, & dixit; Hoc poculum est Testamentum novum in sanguine meo: ita sitis facientes

13 ܕܘܢܘ ܒܝܢܬܟܘܢ ܠܢܦܫܟܘܢ. ܝܐܐ ܠܐܢܬܬܐ ܕܟܕ ܓܠܐ ܪܫܗ ܬܨܠܐ ܠܐܠܗܐ: 14 ܐܦܠܐ ܗܘ ܟܝܢܐ ܡܠܦ ܠܟܘܢ. ܕܓܒܪܐ ܡܐ ܕܪܒܐ ܣܥܪܗ ܨܥܪܐ ܗܘ ܠܗ. 15 ܘܐܢܬܬܐ ܡܐ ܕܡܪܒܝܐ ܣܥܪܗ ܫܘܒܚܐ ܗܘ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܣܥܪܗ ܚܠܦ ܬܟܣܝܬܐ ܗܘ ܐܬܝܗܒ ܠܗ. 16 ܐܢ ܐܢܫ ܕܝܢ ܡܬܚܪܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܚܢܢ ܠܝܬ ܠܢ ܥܝܕܐ ܐܝܟ ܗܢܐ: ܘܠܐ ܠܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ ܀ 17 ܗܕܐ ܕܝܢ ܕܡܦܩܕ ܐܢܐ: ܠܐ ܐܝܟ ܡܫܒܚ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܠܩܕܡ ܡܬܩܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܠܐ ܠܒܨܝܪܘܬܐ ܗܘ ܢܚܬܝܢ ܐܢܬܘܢ. 18 ܠܘܩܕܡ ܓܝܪ ܡܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܥܕܬܐ: ܫܡܥ ܐܢܐ ܕܣܕܩܐ ܐܝܬ ܒܝܢܬܟܘܢ. ܘܡܢ ܡܕܡ ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ.

19 ܥܬܝܕܢ ܐܦ ܦܠܓܘܬܐ ܕܢܗܘܝܢ ܒܝܢܬܟܘܢ. ܕܐܝܠܝܢ ܕܒܩܝܢ ܒܟܘܢ ܢܬܝܕܥܘܢ. 20 ܡܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܗܟܝܠ ܐܢܬܘܢ: ܠܐ ܐܝܟ ܕܘܠܐ ܠܝܘܡܐ ܕܡܪܢ ܐܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܫܬܝܢ. 21 ܐܠܐ ܐܢܫ ܐܢܫ ܚܫܡܝܬܗ ܩܕܡ ܐܟܠ ܠܗ. ܘܗܘܐ ܚܕ ܟܦܢ ܘܚܕ ܪܘܐ. 22 ܠܡܐ ܒܬܐ ܠܝܬ ܠܟܘܢ ܕܐܟܠܝܢ ܘܫܬܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܘ ܠܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ ܫܐܛܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܘܡܒܗܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ. ܡܢܐ ܐܡܪ ܠܟܘܢ: ܐܫܒܚܟܘܢ ܒܗܕܐ ܠܐ ܡܫܒܚ ܐܢܐ ܀ 23 ܐܢܐ ܓܝܪ ܩܒܠܬ ܡܢ ܡܪܢ: ܗܝ ܕܐܫܠܡܬ ܠܟܘܢ. ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܒܗ ܒܠܠܝܐ ܕܡܫܬܠܡ ܗܘܐ: ܢܣܒ ܗܘܐ ܠܚܡܐ.

24 ܘܒܪܟ ܘܩܨܐ. ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ. ܗܢܘ ܦܓܪܝ ܕܚܠܦܝܟܘܢ ܡܬܩܨܐ. ܗܟܢܐ ܗܘܝܬܘܢ ܥܒܕܝܢ ܠܡܥܗܕܢܘܬܝ. 25 ܗܟܢܐ ܒܬܪ ܕܐܚܫܡܝܘ ܝܗܒ ܐܦ ܟܣܐ ܘܐܡܪ. ܗܢܐ ܟܣܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܒܕܡܝ. ܗܟܢܐ ܗܘܝܬܘܢ ܥܒܕܝܢ.

[illegible]

facientes, quotiescunque biberitis, in mei memoriam.

26 Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & biberitis poculum hoc, mortem Domini noſtri commemorabitis usque ad adventum ipſius.

27 Qui igitur ederit de pane Domini & biberit de poculo ejus, & non eſt dignus eo, reus eſt ſanguinis Domini & corporis ejus.

28 Propter hoc probet homo ſeipſum, & tunc comedat de pane hoc, & bibat de poculo hoc:

29 Qui enim edit & bibit ex eo, cum non dignus eſt, condemnationem ſibiipſi edit & bibit, quòd non diſcreverit corpus Domini.

30 Propter hoc multi inter vos ægroti & infirmi ſunt, & multi qui dormiunt.

31 Si enim nosipſos dijudicaremus, non judicaremur.

32 Quum autem à Domino noſtro judicamur, caſtigando caſtigamur, ne cum mundo condemnemur.

33 Itaque, fratres mei, quum congregamini ad edendum, exſpectate alter alterum.

34 Qui autem eſurit, domi ſuæ edat; ne ad condemnationem congregemini. De reliquis autem, quum venero, mandabo vobis.

CAPUT XII.

[illegible]

1 DE ſpiritualibus autem, fratres mei, volo ut ſciatis,

2 Quòd Ethnici fueritis, & ad ſimulacra, & ad ea quibus non eſt vox, ſine diſcrimine ducebamini.

3 Idcirco notum facio vobis, quòd non eſt homo qui per Spiritum Dei loquatur, & dicat quòd anathema eſt Jeſus: & etiam homo non poteſt dicere quòd Dominus ſit Jeſus, niſi per Spiritum ſanctum.

4 Diſcrimina autem donorum ſunt, ſed unus eſt Spiritus.

5 Et discrimina ministeriorum sunt; sed unus est Dominus:
6 Et discrimina virtutum sunt; sed unus est Deus qui operatur omnia in omnibus.
7 Unicuique autem datur manifestatio Spiritus, sicut ei prodest.
8 Est cui datur per Spiritum sermo sapientiæ: alii autem sermo scientiæ per eundem Spiritum:
9 Alii fides per eundem Spiritum: alii dona sanationis per eundem Spiritum:

10 Alii autem virtutes: alii autem Prophetia: alii autem discretio Spirituum: alii autem genera linguarum: alii autem interpretatio linguarum.

11 Omnia autem hæc unus Spiritus operatur, & dividit unicuique prout ipse vult.
12 Sicut enim corpus unum est, & sunt in eo membra multa; omnia autem membra corporis, quamvis multa sint, unum sunt corpus: ita etiam Christus.

13 Etenim nos quoque omnes per unum Spiritum in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive servi, sive liberi: & omnes nos unum Spiritum hausimus.
14 Nam etiam corpus non est unum membrum, sed multa.
15 Si enim dicat pes; Propterea quod non sum manus, non sum ex ipso corpore: non propter hoc non est ex ipso corpore?
16 Et si dicat auris; Quia non sum oculus, non sum ex ipso corpore: non propterea non est ex ipso corpore?

17 Si enim totum corpus oculi esset, ubi esset auditus? & si totum auditus esset, quomodo olfaceret?
18 Nunc autem Deus posuit unumquodque ex membris in corpore sicut ipse voluit.
19 Si autem omnia unum essent membrum,

ubi

5 ܘܦܘܠܓܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܐܝܬ . ܐܠܐ ܚܕ ܗܘ
ܡܪܝܐ . 6 ܘܦܘܠܓܐ ܕܚܝܠܘܬܐ ܐܝܬ . ܐܠܐ ܚܕ
ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܡܥܒܕ ܟܠܡܕܡ ܒܟܠܢܫ . 7 ܠܐܢܫ
ܐܢܫ ܕܝܢ ܡܬܝܗܒܐ ܠܗ ܓܠܝܢܐ ܕܪܘܚܐ ܐܝܟ
ܕܥܕܪܐ ܠܗ . 8 ܐܝܬ ܕܡܬܝܗܒܐ ܠܗ ܒܪܘܚܐ
ܡܠܬܐ ܕܚܟܡܬܐ . ܠܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܡܠܬܐ ܕܝܕܥܬܐ
ܒܗ ܒܪܘܚܐ . 9 ܠܐܚܪܢܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܒܗ
ܒܪܘܚܐ . ܠܐܚܪܢܐ ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ ܒܗ ܒܪܘܚܐ :
10 ܠܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܚܝܠܐ . ܠܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܢܒܝܘܬܐ .
ܠܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܦܘܪܫܢܐ ܕܪܘܚܐ . ܠܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܙܢܝܐ
ܕܠܫܢܐ . ܠܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܬܘܪܓܡܐ ܕܠܫܢܐ .
11 ܟܠܗܝܢ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܚܕܐ ܗܝ ܪܘܚܐ ܣܥܪܐ .
ܘܡܦܠܓܐ ܠܟܠܢܫ ܐܝܟ ܕܗܝ ܨܒܝܐ . 12 ܐܝܟܢܐ
ܓܝܪ ܕܦܓܪܐ ܚܕ ܗܘ : ܘܐܝܬ ܒܗ ܗܕܡܐ
ܣܓܝܐܐ . ܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܗܕܡܐ ܕܦܓܪܐ ܟܕ ܣܓܝܐܐ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܚܕ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܐ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܫܝܚܐ .
13 ܐܦ ܚܢܢ ܓܝܪ ܟܠܢ : ܒܚܕܐ ܪܘܚ ܒܚܕ
ܦܓܪ ܥܡܕܢ . ܐܢ ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܢ ܐܪܡܝܐ . ܘܐܢ
ܥܒܕܐ ܘܐܢ ܒܢܝ ܚܐܪܐ . ܘܟܠܢ ܚܕܐ ܪܘܚܐ ܐܫܬܝܢ .
14 ܐܦ ܦܓܪܐ ܓܝܪ ܠܐ ܗܘܐ ܚܕ ܗܕܡ ܐܠܐ ܣܓܝܐܐ :
15 ܐܢ ܢܐܡܪ ܓܝܪ ܪܓܠܐ . ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܐܝܕܐ
ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܢܗ ܡܢ ܦܓܪܐ . ܠܘ ܡܛܠ ܗܕܐ
ܠܐ ܗܘܬ ܡܢܗ ܡܢ ܦܓܪܐ . 16 ܘܐܢ ܬܐܡܪ ܐܕܢܐ .
ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܥܝܢܐ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܢܗ ܡܢ ܦܓܪܐ .
ܠܘ ܡܛܠ ܗܕܐ ܠܐ ܗܘܬ ܡܢܗ ܡܢ ܦܓܪܐ .
17 ܐܠܘ ܓܝܪ ܟܠܗ ܦܓܪܐ ܥܝܢܐ ܗܘܐ . ܐܝܟܐ
ܗܘܬ ܡܫܡܥܬܐ . ܘܐܠܘ ܟܠܗ ܡܫܡܥܬܐ ܗܘܬ .
ܐܝܟܢܐ ܡܬܪܝܚ ܗܘܐ . 18 ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܣܡ
ܟܠܚܕ ܚܕ ܡܢ ܗܕܡܐ ܒܦܓܪܐ : ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ
ܨܒܐ . 19 ܐܠܘ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܚܕ ܗܘܘ ܗܕܡܐ :

ܐܝܟܐ

ܐܝܟܐ ܗܘܐ ܦܓܪܐ. 20 ܗܫܐ ܕܝܢ ܗܕܡܐ ܐܢܘܢ ܣܓܝܐܐ. ܚܕ ܗܘ ܕܝܢ ܦܓܪܐ.

21 ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܥܝܢܐ ܕܬܐܡܪ ܠܐܝܕܐ ܕܠܐ ܡܬܒܥܝܐ ܐܢܬܝ ܠܝ. ܐܦܠܐ ܪܫܐ ܡܫܟܚ ܠܡܐܡܪ ܠܪ̈ܓܠܐ ܕܠܐ ܡܬܒܥܝܢ ܐܢܬܝܢ ܠܝ. 22 ܐܠܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܝܠܝܢ ܗܕܡܐ ܕܡܣܬܒܪܝܢ ܕܡܚܝܠܝܢ. ܠܗܠܝܢ ܗܘ ܣܢܝܩܝܢ. 23 ܘܐܝܠܝܢ ܕܣܒܪܝܢܢ ܕܨܥܝܪܝܢ ܐܢܘܢ ܒܦܓܪܐ: ܠܗܠܝܢ ܐܝܩܪܐ ܝܬܝܪܐ ܡܣܓܝܢܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܗܬܬܐ ܐܢܘܢ ܐܣܟܡܐ ܝܬܝܪܐ ܥܒܕܝܢܢ ܠܗܘܢ. 24 ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܗܕܡܐ ܕܐܝܬ ܠܢ ܕܡܝܩܪܝܢ: ܠܐ ܡܬܒܥܐ ܠܗܘܢ ܐܝܩܪܐ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܡܙܓܗ ܠܦܓܪܐ. ܘܝܗܒ ܐܝܩܪܐ ܝܬܝܪܐ ܠܗܕܡܐ ܐܝܢܐ ܕܒܨܝܪ. 25 ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܚܠܘܩܝܐ ܒܦܓܪܐ. ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܗܕܡܐ ܫܘܝܐܝܬ: ܚܕ ܥܠ ܚܕ ܢܗܘܘܢ ܝܨܦܝܢ. 26 ܘܐܡܬܝ ܕܚܫ ܗܕܡܐ ܚܕ: ܟܠܗܘܢ ܢܗܘܘܢ ܚܫܝܫܝܢ. ܘܐܢ ܡܫܬܒܚ ܚܕ ܗܕܡܐ: ܟܠܗܘܢ ܗܕܡܐ ܢܗܘܘܢ ܡܫܬܒܚܝܢ. 27 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܦܓܪܗ ܐܢܬܘܢ ܕܡܫܝܚܐ ܘܗܕܡܐ ܒܕܘܟܬܟܘܢ ❖ 28 ܣܡ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܒܥܕܬܗ: ܠܘܩܕܡ ܫܠܝܚܐ. ܒܬܪܗܘܢ ܢܒܝܐ. ܒܬܪܗܘܢ ܡܠܦܢܐ. ܒܬܪܗܘܢ ܥܒܕܝ ܚܝܠܐ. ܒܬܪܗܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ. ܘܡܥܕܪܢܘܬܐ. ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ. ܘܓܢܣܐ ܕܠܫܢܐ. 29 ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܫܠܝܚܐ: ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܢܒܝܐ: ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܡܠܦܢܐ: ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܝ ܚܝܠܐ: 30 ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ: ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܒܠܫܢܐ ܡܡܠܠܝܢ: ܐܘ ܠܡܐ ܟܠܗܘܢ ܡܦܫܩܝܢ. 31 ܐܢ ܕܝܢ ܛܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܘܗܒܬܐ ܪܘܪܒܬܐ: ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܐܘܪܚܐ ܝܬܝܪܬܐ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ❖

ubi esset corpus?

20 Nunc autem membra sunt multa, unum autem est corpus.

21 Non potest oculus dicere manui, non necessaria es mihi: neque caput potest dicere pedibus, non estis mihi necessarii.

22 Sed potius illa membra quæ existimantur esse infirma, illa sunt necessaria.

23 Et quæ existimamus ignominiosa esse in corpore, honorem illis ampliorem multiplicamus: & quæ pudoris sunt, honestatem ampliorem exhibemus eis.

24 Illa autem membra quæ sunt in nobis honesta, non opus est eis honore: Deus enim temperavit corpus, & dedit honorem majorem membro illi quod minimum.

25 Ne sit dissidium in corpore, sed omnia membra æqualiter unum pro alio curam habeant:

26 Ut quando unum membrum fuerit dolens, omnia compatiantur: &, si glorificetur unum membrum, omnia membra glorificentur.

27 Vos autem corpus Christi estis, & membra in loco vestro.

28 Posuit enim Deus in Ecclesia sua primum Apostolos: post hos, Prophetas: post hos, Doctores: post hos, Operatores virtutum: post hos, dona sanationis, & Opitulatores, & Gubernatores, & genera linguarum.

29 Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes Doctores? num omnes Operatores virtutum?

30 Num omnibus sunt dona sanationis? num omnes linguis loquuntur? aut num omnes interpretantur?

31 Si autem cum æmulatione affectetis dona ampliora, ego adhuc ostendam vobis viam excellentiorem.

CAPUT XIII.

1 SI quavis linguâ hominum loquar, & eâ quæ est Angelorum, & charitas non sit in me, factus sum tanquam æs sonans, aut cymbalum edens sonum.

2 Et si fuerit in me prophetia, & cognovero mysteria omnia, & omnem scientiam: & si fuerit in me omnis fides, ita ut montem transferam, & charitas non fuerit in me, nihil quicquam ero.

3 Et si comedendum distribuam quicquid est mihi pauperibus, & si tradam corpus meum ut comburatur, & charitas non sit in me, nihil proficio.

4 Charitas longanimis est & benigna; charitas non invidet; charitas non tumultuatur, neque inflatur;

5 Neque agit quod pudendum est; neque quærit quæ sunt sua; non irritatur, neque cogitat quod malum est:

6 Non gaudet de iniquitate, sed gaudet de veritate:

7 Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, & omnia sustinet.

8 Charitas nunquam excidit. Prophetiæ enim abolebuntur, & linguæ silebunt, & scientia abolebitur.

9 Parum enim ex multo cognoscimus, & parum ex multo prophetamus.

10 Quum autem venerit perfectio, tunc abolebitur id quod modicum fuerat.

11 Quum puer essem, tanquam puer loquebar, & tanquam puer sentiebam, & tanquam puer cogitabam: quum autem factus sum vir, abolevi ea quæ erant pueritiæ.

12 Nunc verò tanquam per speculum cernimus in ænigmate; tunc verò facie ad faciem: nunc cognosco parum ex multo; tunc autem cognoscam quemadmodum cognitus sum.

13 Hæc enim sunt tria quæ manent, fides, & spes, & charitas: ex eis autem maxima est charitas.

CAPUT XIV.

1 Sectamini charitatem, & æmulamini dona spiritus, magis autem ut prophetetis.

2 Qui enim loquitur linguâ, nequaquam hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit id quod loquitur, sed spiritu mysterium loquitur.

3 Qui autem prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

4 Qui loquitur linguâ, seipsum ædificat: & qui prophetat, Ecclesiam ædificat.

5 Velim autem ut vos omnes loquamini linguis, magis verò ut prophetetis: major enim est is qui prophetat, quàm is qui loquitur linguâ, nisi interpretetur: si autem interpretetur, Ecclesiam ædificat.

6 Et nunc, fratres mei, si veniam ad vos, & loquar vobiscum linguis, quid prodero vobis, nisi loquar vobiscum aut per revelationem, aut per cognitionem, aut per prophetiam, aùt per doctrinam?

7 Nam etiam res in quibus non est anima, & edunt sonum, sive tibia, sive cithara, & si distinctionem non faciant inter sonum & socium ejus, quomodo cognoscetur id quod canitur, aut id quod pulsatur?

8 Et si buccina ediderit sonum indistinctum, quis præparabitur ad prælium?

9 Ita etiam vos, si sermonem linguâ dixeritis, & non fuerit interpretatione expositus, quomodo cognoscetur id quod dicitis? eritis tanquam cum aëre loquentes.

10 Ecce enim genera linguarum multa sunt in mundo, & non est unum ex eis sine voce.

11 Et si non intellexero vim vocis, ero mihi

mihi barbarus illi qui loquitur; ac etiam ille qui loquitur erit sibi mihi barbarus.

12 Similiter etiam vos, quoniam æmulatores estis donorum spiritus ad ædificationem Ecclesiæ, studete ut excellatis.

13 Et is qui loquitur linguâ; oret ut interpretetur.

14 Si enim ipse orem linguâ, spiritus meus orat: mens autem meâ sine fructibus est.

15 Quid igitur faciam? orabo spiritu meo, & orabo mente meâ: & canam spiritu meo, & canam etiam mente meâ.

16 Alioqui si benedicas spiritu, is qui implet locum idiotæ, quomodo dicet Amen ad gratiarum actionem tuam? quia quid dicas nescit.

17 Tu enim rectè benedicis, sed socius tuus non ædificatur.

18 Gratias ago Deo quòd magis quàm vos omnes linguis loquor.

19 Sed in Ecclesia volo quinque verba mente meâ loqui, ut etiam alios doceam, potiùs quam myriadem verborum linguâ.

20 Fratres mei, ne sitis pueri mentibus vestris, sed rebus malis estote infantes, & mentibus vestris estote perfecti.

21 In Lege scriptum est; Sermone peregrino & linguâ aliâ loquar cum populo hoc: etiam minimè ita audient me, dicit Dominus.

22 Itaque linguæ in signum positæ sunt, non fidelibus, sed iis qui increduli: prophetiæ verò nequaquam incredulis, sed fidelibus.

23 Si ergo congregetur tota Ecclesia, & omnes linguis loquantur, & ingrediantur idiotæ, aut increduli, nonne dicent; Isti insaniunt?

24 Et si omnes vos prophetetis, & ingrediatur ad vos idiota, aut incredulus

ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ. ܡܬܒܨܐ ܡܢ ܟܠܟܘܢ. ܘܡܬܟܣܣ
ܡܢ ܟܠܟܘܢ. 25 ܘܟܣܝܬܐ ܕܠܒܗ ܡܬܓܠܝܢ.
ܘܗܝܕܝܢ ܢܦܠ ܥܠ ܐܦܘܗܝ. ܘܣܓܕ ܠܐܠܗܐ
ܘܐܡܪ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܠܗܐ ܐܝܬ ܒܟܘܢ. 26 ܐܡܪ
ܐܢܐ ܐܚܝ ܐܢܬܘܢ. ܕܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ.
ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܙܡܘܪܐ ܢܐܡܪ. ܘܐܝܢܐ
ܕܐܝܬ ܠܗ ܝܘܠܦܢܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܓܠܝܢܐ.
ܘܐܝܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܫܢܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܦܘܫܩܐ. ܟܠܗܘܢ ܠܒܢܝܢܐ ܢܗܘܘܢ. 27 ܘܐܢ
ܒܠܫܢܐ ܐܢܫ ܢܡܠܠ ܬܪܝܢ ܢܡܠܠܘܢ. ܘܐܢ ܣܓܝ
ܬܠܬܐ. ܘܚܕ ܚܕ ܢܡܠܠܘܢ. ܘܚܕ ܢܦܫܘܩ.
28 ܘܐܢ ܠܝܬ ܡܦܫܩܢܐ. ܢܫܬܘܩ ܠܗ ܒܥܕܬܐ
ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܒܠܫܢܐ. ܘܥܡ ܢܦܫܗ ܢܡܠܠ ܘܥܡ
ܐܠܗܐ ܢܡܠܠ. 29 ܢܒܝܐ ܕܝܢ ܬܪܝܢ ܐܘ ܬܠܬܐ
ܢܡܠܠܘܢ. ܘܫܪܟܐ ܢܦܪܫܘܢ. 30 ܘܐܢ ܠܐܚܪܢܐ
ܬܬܓܠܐ ܟܕ ܝܬܒ. ܩܕܡܝܐ ܢܫܬܘܩ ܠܗ.
31 ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܟܠܟܘܢ ܕܚܕ ܚܕ
ܬܬܢܒܘܢ. ܕܟܠܢܫ ܢܐܠܦ ܘܟܠܢܫ ܢܬܒܝܐ.
32 ܘܪܘܚܐ ܓܝܪ ܕܢܒܝܐ ܠܢܒܝܐ ܡܫܬܥܒܕܐ.
33 ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܫܓܘܫܝܐ. ܐܠܐ
ܕܫܝܢܐ. ܐܝܟ ܕܒܟܠܗܘܢ ܥܕܬܐ ܕܩܕܝܫܐ.
34 ܢܫܝܟܘܢ ܒܥܕܬܐ ܢܫܬܩܢ. ܠܐ ܓܝܪ
ܡܦܣ ܠܗܝܢ ܕܢܡܠܠܢ ܐܠܐ ܕܢܫܬܥܒܕܢ: ܐܝܟܢܐ
ܕܐܦ ܢܡܘܣܐ ܐܡܪ: 35 ܘܐܢ ܨܒܝܢ ܕܢܐܠܦܢ
ܡܠܬܐ: ܒܒܬܝܗܝܢ ܢܫܐܠܢ ܠܒܥܠܝܗܝܢ.
ܡܨܥܪܐ ܗܝ ܓܝܪ ܕܢܫܐ ܒܥܕܬܐ ܢܡܠܠܢ.
36 ܐܘ ܕܠܡܐ ܡܢܟܘܢ ܗܘ ܢܦܩܬ ܡܠܬܗ
ܕܐܠܗܐ. ܐܘ ܠܘܬܟܘܢ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܡܛܬ.
37 ܐܢ ܐܢܫ ܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܣܒܪ ܕܢܒܝܐ ܗܘ ܐܘ
ܕܪܘܚܢܐ ܗܘ: ܢܕܥ ܗܠܝܢ ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ:
ܕܦܘܩܕܢܐ

incredulus, investigatur ab omnibus vobis, & arguitur à vobis omnibus:

25 Et occulta cordis ejus manifesta fiunt: & tunc procidet super faciem suam, & adorabit Deum, & dicet; Verè Deus est in vobis.

26 Dico itaque, fratres mei, quum congregamini, cuicunque ex vobis est Psalmus, dicat: & cui est doctrina, & cui est revelatio, & cui est lingua, & cui est interpretatio: omnia ad ædificationem fiant.

27 Et si linguâ quis loquatur, duo loquantur, & ad summum tres, & sigillatim loquantur, & unus interpretetur.

28 Et si non sit qui interpretetur, taceat in Ecclesia ille qui loquitur linguâ, & inter semetipsum & Deum loquatur.

29 Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & cæteri dijudicent.

30 Et si alii revelatum fuerit assidenti, prior taceat:

31 Potestis enim omnes singulatim prophetare, ut quisque discat, & quisque consolationem accipiat:

32 Spiritus enim Prophetarum Prophetis subjicitur:

33 Quia non est Deus tumultus, sed pacis, ut in omnibus Ecclesiis sanctorum.

34 Mulieres vestræ in Ecclesia taceant: non enim permissum est eis loqui, sed subjici, sicut etiam Lex dixit.

35 Quòd si quid velint discere, in domibus suis interrogent maritos suos: pudendum enim est mulieres in Ecclesia loqui.

36 Aut num à vobis prodiit sermo Dei? aut ad vos tantum pervenit?

37 Si quis autem ex vobis putat quod Propheta sit, aut spiritualis sit, sciat hæc quæ scribo vobis,

quod

quod mandata sunt Domini nostri.

38 Si quis autem ignorat, ignoret.

39 Æmulamini ergo, fratres mei, ad prophetandum: & loqui linguis ne prohibeatis.

40 Omnia autem decore & ordine fiant.

CAPUT XV.

1 Notum autem facio vobis, fratres mei, Evangelium quod prædicavi vobis, & quod accepistis, & in quo statis,

2 Et per quod servamini: quonam sermone prædicaverim vobis, memores estis, nisi frustra credidistis.

3 Tradidi enim vobis à principio quemadmodum acceperam, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris, sicut scriptum est:

4 Et quòd sepultus est, & resurrexit tertia die, quemadmodum scriptum est:

5 Et visus est Cephæ, & post eum duodecim:

6 Et posteà visus est plusquàm quingentis fratribus unà, ex quibus multi adhuc sunt superstites, & nonnulli obdormierunt.

7 Et post hæc visus est Jacobo, & post eum omnibus Apostolis.

8 Ad extremum autem omnium, tanquam abortivo, visus est etiam à me.

9 Ego sum minimus Apostolorum: neque dignus sum ut vocer Apostolus, propterea quòd persequutus sum Ecclesiam Dei.

10 Per gratiam autem Dei sum id quod sum: & gratia ejus quæ in me est non fuit inanis, sed ampliùs quàm omnes ipsi laboravi; non ego, sed gratia ejus quæ est mecum.

11 Sive ego igitur, sive ipsi, ita prædicamus, & ita credidistis.

12 Si autem Christus prædicatur quòd surrexit à mortuis, quomodo sunt inter vos quidam qui dicunt quòd non est resurrectio mortuorum?

13 Et si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.

14 ܘܐܢ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܩܡ. ܣܪܝܩܐ ܗܝ ܟܪܘܙܘܬܢ. ܣܪܝܩܐ ܐܦ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ. 15 ܡܫܬܟܚܝܢܢ ܕܝܢ ܐܦ ܣܗܕܐ ܕܓܠܐ ܕܐܠܗܐ: ܕܐܣܗܕܢ ܥܠ ܐܠܗܐ ܕܐܩܝܡ ܠܡܫܝܚܐ ܟܕ ܠܐ ܐܩܝܡ. 16 ܐܢ ܓܝܪ ܡܝܬܐ ܠܐ ܩܝܡܝܢ: ܐܦܠܐ ܡܫܝܚܐ ܩܡ. 17 ܘܐܢ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܩܡ: ܣܪܝܩܐ ܗܝ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ. ܘܥܕܟܝܠ ܒܚܛܗܝܟܘܢ ܐܝܬܝܟܘܢ. 18 ܘܡܟܝܠ ܐܦ ܐܝܠܝܢ ܕܕܡܟܘ ܒܡܫܝܚܐ ܐܒܕܘ ܠܗܘܢ. 19 ܘܐܢ ܒܗܠܝܢ ܚܝܐ ܒܠܚܘܕ ܣܒܝܪܝܢ ܚܢܢ ܒܡܫܝܚܐ. ܕܘܝܢ ܚܢܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ. 20 ܗܫܐ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܘܗܘܐ ܪܫܝܬܐ ܕܕܡܟܐ. 21 ܘܐܝܟܢܐ ܕܒܝܕ ܒܪܢܫܐ ܗܘܬ ܡܘܬܐ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܒܝܕ ܒܪܢܫܐ ܗܘܬ ܚܝܬܐ ܕܡܝܬܐ. 22 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܒܐܕܡ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܡܝܬܝܢ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܒܡܫܝܚܐ ܟܠܗܘܢ ܢܚܘܢ. 23 ܐܢܫ ܐܢܫ ܒܬܕܡܘܪܬܗ. ܪܫܝܬܐ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ. ܒܬܪܟܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܐܢܘܢ ܒܡܐܬܝܬܗ. 24 ܘܗܝܕܝܢ ܢܗܘܐ ܫܘܠܡܐ: ܡܐ ܕܡܫܠܡ ܡܠܟܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܡܐ ܕܒܛܠ ܟܠ ܪܝܫ ܘܟܠ ܫܘܠܛܢ ܘܟܠ ܚܝܠܘܬܐ. 25 ܥܬܝܕ ܗܘ ܓܝܪ ܕܢܡܠܟ ܥܕܡܐ ܕܢܣܝܡ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ. 26 ܘܐܚܪܝܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܡܬܒܛܠ ܡܘܬܐ. 27 ܟܠ ܓܝܪ ܫܥܒܕ ܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ. ܡܐ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܕܟܠ ܡܫܥܒܕ ܠܗ. ܝܕܝܥܐ ܗܝ ܕܣܛܪ ܡܢ ܗܘ ܕܫܥܒܕ ܠܗ ܟܠ. 28 ܘܡܐ ܕܐܫܬܥܒܕ ܠܗ ܟܠ: ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܒܪܐ ܢܫܬܥܒܕ ܠܗܘ ܕܫܥܒܕ ܠܗ ܟܠ. ܕܢܗܘܐ ܐܠܗܐ ܟܠ ܒܟܠ. 29 ܘܐܠܐ ܡܢܐ ܢܥܒܕܘܢ ܗܢܘܢ ܕܡܥܡܕܝܢ ܚܠܦ ܡܝܬܐ.

14 Et, si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, & inanis quoque fides vestra.

15 Et reperimur autem nos quoque falsi testes Dei: quia testamur de Deo quòd excitavit Christum, quum non excitaverit:

16 Si enim mortui non resurgunt, etiam Christus non resurrexit.

17 Et si Christus non resurrexit, supervacanea est fides vestra, & hactenus in peccatis vestris estis:

18 Et jam etiam ii qui obdormierunt in Christo, perierunt.

19 Et, si in hac vita tantùm speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20 Nunc autem Christus surrexit à mortuis, & factus est primitiæ dormientium.

21 Et quemadmodum per hominem exstitit mors, ita etiam per hominem est resurrectio mortuorum.

22 Sicut enim per Adamum omnes homines moriuntur, ita etiam per Christum omnes vivificantur.

23 Unusquisque ordine suo: primitiæ fuit Christus, deinde illi qui Christi sunt, in adventu ipsius.

24 Et tunc erit finis, quum tradiderit regnum Deo Patri, quum cessaverit omnis princeps & omnis dominator, & omnes potestates.

25 Futurum enim est ut regnet quousque posuerit inimicos suos omnes sub pedibus suis.

26 Et ultimus hostis abolebitur mors.

27 Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Quum autem dixit quòd omnia subjecta sunt illi, notum est quòd sit præter illum qui subjecit ei omnia.

28 Et quum subjecta fuerint ei omnia, tunc ipse Filius subjicietur illi qui subjecit ipsi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

29 Alioquin quid facient illi qui baptizantur pro

mortuis,

mortuis, si mortui non resurgunt? quid baptizantur pro mortuis?

30 Et quare nos quoque qualibet hora in periculo consistimus?

31 Juro per gloriationem vestram, fratres mei, quæ est mihi in Domino nostro Jesu Christo, quòd quotidiè morior.

32 Si quemadmodum inter homines, objectus sum feris Ephesi, quid profuit mihi, si mortui non resurgunt? Comedamus & bibamus: cras enim morimur.

33 Ne erretis. Corrumpunt enim mentes benignas narrationes malæ.

34 Excitate corda vestra justè, & ne peccetis: sunt enim aliqui in quibus cognitio Dei non est. Ad pudorem vestrum dico.

35 Dicet aliquis ex vobis; Quomodo resurgent mortui? & quali corpore venient?

36 Stulte, semen quod tu seminas, si non moriatur, non reviviscit.

37 Et id quod seminas, nequaquam illud corpus quod futurum est seminas, sed granum nudum tritici aut hordei, aut reliquorum seminum.

38 Deus autem dat ei corpus quemadmodum vult: & unicuique ex seminibus corpus naturæ suæ.

39 Nequaquam enim omne corpus est æquale: aliud enim est corpus hominis, & aliud bestiæ, & aliud volatilis, & aliud piscium.

40 Et sunt corpora cœlestia, & sunt corpora terrestria: sed alia est gloria cœlestium, & alia terrestrium.

41 Et alia est gloria Solis, & alia est gloria Lunæ, & alia gloria stellarum: & stella excellentior est stellâ in gloria.

42 Ita etiam resurrectio mortuorum: seminantur in corruptione, resurgunt absque corruptione.

43 ܡܙܕܪܥ ܒܨܥܪܐ ܘܩܐܡ ܒܫܘܒܚܐ. ܡܙܕܪܥ ܒܟܘܪܗܢܐ ܘܩܐܡ ܒܚܝܠܐ.
44 ܡܙܕܪܥ ܦܓܪܐ ܢܦܫܢܝܐ ܘܩܐܡ ܦܓܪܐ ܪܘܚܢܝܐ. ܐܝܬ ܓܝܪ ܦܓܪܐ ܕܢܦܫܐ ܘܐܝܬ ܦܓܪܐ ܕܪܘܚܐ.
45 ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܬܝܒ. ܗܘܐ ܐܕܡ ܓܒܪܐ ܩܕܡܝܐ ܠܢܦܫܐ ܚܝܐ. ܘܐܕܡ ܐܚܪܝܐ ܠܪܘܚܐ ܡܚܝܢܝܬܐ.
46 ܐܠܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܘܩܕܡ ܪܘܚܢܝܐ. ܐܠܐ ܢܦܫܢܝܐ ܘܗܝܕܝܢ ܪܘܚܢܝܐ.
47 ܒܪܢܫܐ ܩܕܡܝܐ ܥܦܪܢܐ ܕܡܢ ܐܪܥܐ: ܒܪܢܫܐ ܕܬܪܝܢ ܡܪܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ.
48 ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܥܦܪܢܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܥܦܪܢܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܡܢ ܫܡܝܐ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܫܡܝܢܐ.
49 ܘܐܝܟ ܕܠܒܫܢ ܕܡܘܬܗ ܕܗܘ ܕܡܢ ܥܦܪܐ: ܗܟܢܐ ܢܠܒܫ ܕܡܘܬܗ ܕܗܘ ܕܡܢ ܫܡܝܐ.
50 ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܚܝ: ܕܒܣܪܐ ܘܕܡܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܡܐܪܬ. ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. ܘܠܐ ܚܒܠܐ ܝܪܬ ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ.
51 ܗܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܐܪܙܐ. ܠܘ ܟܠܢ ܢܕܡܟ. ܟܠܢ ܕܝܢ ܢܬܚܠܦ.
52 ܫܪܝܥܐܝܬ ܐܝܟ ܪܦܦ ܥܝܢܐ ܒܩܪܢܐ ܐܚܪܝܬܐ ܟܕ ܬܩܥܐ: ܘܢܩܘܡܘܢ ܡܝܬܐ ܕܠܐ ܚܒܠܐ. ܘܚܢܢ ܢܬܚܠܦ.
53 ܥܬܝܕ ܓܝܪ ܗܢܐ ܕܡܬܚܒܠ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ. ܘܗܢܐ ܕܡܐܬ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ.
54 ܡܐ ܕܠܒܫ ܕܝܢ ܗܢܐ ܕܡܬܚܒܠ ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ: ܘܗܢܐ ܕܡܐܬ ܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܬܗܘܐ ܡܠܬܐ ܗܝ ܕܟܬܝܒܐ: ܕܐܬܒܠܥ ܡܘܬܐ ܒܙܟܘܬܐ.
55 ܐܝܟܘ ܥܘܩܣܟ ܡܘܬܐ. ܘܐܝܟܐ ܗܝ ܙܟܘܬܟ ܫܝܘܠ.
56 ܥܘܩܣܗ ܕܝܢ ܕܡܘܬܐ ܚܛܝܬܐ ܗܝ. ܘܚܝܠܐ ܕܚܛܝܬܐ ܢܡܘܣܐ ܗܘ.
57 ܛܝܒܘܬܐ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ:

ܕܝܗܒ

43 Seminantur in ignominia; resurgunt in gloria: seminantur in infirmitate, resurgunt in robore.

44 Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Est enim corpus animæ, & est corpus spiritus.

45 Ita etiam scriptum est; Factus est Adam homo primus in animam viventem, & Adam posterior in spiritum vivificantem.

46 At nequaquam priùs spirituale *fuit*, sed animale, & tunc spirituale.

47 Homo primus pulvereus ex terra: Homo secundus Dominus è cœlo.

48 Quemadmodum est pulvereus ille, sic etiam pulverei: & quemadmodum est ille qui ex cœlo est, ita etiam cœlestes.

49 Et quemadmodum induimus imaginem illius qui erat ex pulvere, ita induemus imaginem illius qui est è cœlo.

50 Hoc autem dico, fratres mei, quòd caro & sanguis regnum cœlorum hæreditare non possunt: neque corruptio hæreditabit incorruptibilitatem.

51 Ecce dico vobis mysterium; Non omnes obdormiemus, omnes autem immutabimur.

52 Celerrimè, quasi ictu oculi; in buccina ultima, quum clanget: & resurgent mortui absque corruptione, & nos immutabimur.

53 Futurum est enim ut hoc quod obnoxium est corruptioni induat incorruptibilitatem: & similiter ut mortale induat immortalitatem.

54 Quum autem induerit hoc quod corrumpitur incorruptibilitatem: & hoc quod moritur immortalitatem, tunc fiet sermo ille qui scriptus est; Absorpta est mors in victoria.

55 Ubi est stimulus tuus, ô mors? & ubi est victoria tua, ô sepulcrum?

56 Stimulus autem mortis peccatum est: & vis peccati Lex est.

57 Gratia autem *sit* Deo,

qui

qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

58 Itaque, fratres mei & dilecti mei, estote firmi, & ne sitis vacillantes; sed estote abundantes omni tempore in opere Domini: quum sciatis quòd labor vester non sit inanis in Domino.

CAPUT XVI.

1 De eo autem quod colligitur sanctis, quemadmodum præcepi Ecclesiis Galatarum, ita etiam vos facite.

2 Primo quoque *die* septimanæ quisque vestrum domi suæ seponat, & servet id quod veniet in manus suas, ne quum venero, tunc fiant collectæ.

3 Et quum venero, eos quos elegeritis mittam cum epistola, ut perferant beneficentiam vestram Hierosolymam.

4 Si autem dignum fuerit opus ut ego quoque proficiscar, etiam mecum proficiscentur.

5 Venturus autem ad vos sum, quum pertransiero Macedoniam: transiturus enim sum Macedoniam.

6 Et fortasse etiam apud vos manebo, vel hyemabo apud vos, ut vos deducatis me in locum quo sum profecturus.

7 Nolo nunc quasi transiens viam vos videre: spero enim me commoraturum tempus aliquod apud vos, si Dominus meus permiserit mihi.

8 Permanebo enim Ephesi usque ad Pentecosten:

9 Ostium enim magnum apertum est mihi plenum operibus; & adversarii sunt multi.

10 Si autem venerit ad vos Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut ego.

11 Ne quis igitur eum despiciat, sed

sed deducite eum in pace, ut veniat ad me: exspecto enim eum cum fratribus.

12 De Apollo autem, fratres mei; multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus: & nunc non erat *ei* voluntas ut veniret ad vos: quum autem erit ei opportunitas, venturus est ad vos.

13 Vigilate, & state in fide, viriliter agite, & estote fortes.

14 Et omnes res vestræ in charitate fiant.

15 Rogo autem vos, fratres mei; pro domo Stephanæ: quia nostis quòd ipsi sunt primitiæ Achaiæ, & exposuerunt se ipsos in ministerium sanctorum.

16 Ut etiam vos sitis obtemperantes iis qui tales sunt, & unicuique qui laborat nobiscum, & adjuvat *nos*.

17 Gaudeo autem de adventu Stephanæ & Fortunati & Achaici: quia quod officio vestro deerat erga me, ipsi impleverunt.

18 Refocillarunt enim spiritum meum & vestrum. Agnoscite igitur eos qui tales sunt.

19 Salutant vos Ecclesiæ omnes quæ sunt in Asia. Salutant vos multùm in Domino nostro Aquila & Priscilla cum Ecclesia quæ est domi eorum.

20 Salutant vos fratres omnes. Salutate alter alterum osculo sancto.

21 Salutatio per scripturam manus meæ Pauli.

22 Qui non diligit Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Moran etho.

23 Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum.

24 Et charitas mea cum vobis omnibus in Christo Jesu. Amen.

Finita est Epistola ad Corinthios prior, quæ fuit scripta Philippis Macedoniæ, & missa fuit per manum Timothei.

EPISTOLA

EPISTOLA PAULI AD CORINTHIOS SECUNDA.

CAPUT I.

1 PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, & omnibus sanctis qui sunt in universa Achaia.

2 Gratia vobiscum & pax a Deo Patre nostro & à Domino nostro Jesu Christo.

3 Benedictus sit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater miserationum, & Deus omnis consolationis.

4 Qui consolatur nos in omnibus afflictionibus nostris, ut etiam nos possimus consolari eos qui in omnibus afflictionibus sunt per eam consolationem quam nos accipimus a Deo.

5 Sicut enim abundant in nobis passiones Christi, ita per Christum etiam abundat consolatio nostra.

6 Sive autem etiam affligimur, pro consolatione vestra & pro salute vestra affligimur: sive consolationem accipimus, *id fit*, ut vos consolationem accipiatis, & sit in vobis studium quo toleretis illas passiones, quas quoque nos patimur.

7 Et spes nostra quæ de vobis est, firma est:

scimus

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܩܘܪܢܬܝܐ ܕܬܪܬܝܢ ܀

ܩܦܠܐܘܢ 1

1 ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܐܚܐ ܠܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬ ܒܩܘܪܢܬܘܣ ܘܠܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܬ ܒܟܠܗ ܐܟܐܝܐ. 2 ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ ܘܫܠܡܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 3 ܡܒܪܟ ܗܘ ܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܐܒܐ ܕܪ̈ܚܡܐ: ܘܐܠܗܐ ܕܟܠܗ ܒܘܝܐܐ. 4 ܗܘ ܕܡܒܝܐ ܠܢ ܒܟܠܗܘܢ ܐܘ̈ܠܨܢܝܢ. ܕܐܦ ܚܢܢ ܢܫܟܚ ܕܢܒܝܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܟܠ ܐܘ̈ܠܨܢܝܢ ܐܢܘܢ: ܒܗܘ ܒܘܝܐܐ ܕܡܬܒܝܐܝܢ ܚܢܢ ܡܢ ܐܠܗܐ. 5 ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܡܬܝܬܪܝܢ ܒܢ ܚ̈ܫܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ: ܗܟܢܐ ܒܝܕ ܡܫܝܚܐ ܡܬܝܬܪ ܐܦ ܒܘܝܐܢ. 6 ܐܢ ܕܝܢ ܡܬܐܠܨܝܢܢ: ܚܠܦ ܐܦܝ ܒܘܝܐܟܘܢ ܗܘ ܘܚܠܦ ܐܦܝ ܚܝܝܟܘܢ ܡܬܐܠܨܝܢܢ. ܘܐܢ ܡܬܒܝܐܝܢܢ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܬܒܝܐܘܢ. ܘܬܗܘܐ ܒܟܘܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܬܣܝܒܪܘܢ ܐܢܘܢ ܠܚ̈ܫܐ: ܗܢܘܢ ܕܐܦ ܚܢܢ ܚܫܝܢܢ ܠܗܘܢ. 7 ܘܣܒܪܢ ܕܥܠܝܟܘܢ ܫܪܝܪ ܗܘ.

ܝܕܥܝܢ

ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܓܝܪ ܕܐܢ ܫܘܬܦܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܚܫܐ.
ܫܘܬܦܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܦ ܒܒܘܝܐܐ. 8 ܨܒܝܢ
ܚܢܢ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ ܐܚܝ. ܥܠ ܐܘܠܨܢܐ ܕܗܘܐ ܠܢ
ܒܐܣܝܐ. ܕܐܬܐܠܨܢ ܝܬܝܪܐܝܬ. ܕܝܬܝܪ ܡܢ
ܚܝܠܢ. ܥܕܡܐ ܕܩܪܝܒܝܢ ܗܘܘ ܚܝܝܢ ܠܡܦܣܩ.
9 ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܦܣܩܢ ܡܘܬܐ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ
ܬܘܟܠܢܐ ܥܠ ܢܦܫܢ. ܐܠܐ ܥܠ ܐܠܗܐ ܗܘ
ܕܡܩܝܡ ܡܝܬܐ. 10 ܗܘ ܕܡܢ ܡܘܬܐ ܚܣܝܢܐ
ܦܪܩܢ. ܘܬܘܒ ܡܣܒܪܝܢܢ ܕܦܪܩ ܠܢ.
11 ܒܥܘܕܪܢܐ ܕܒܥܘܬܟܘܢ ܕܥܠ ܐܦܝܢ. ܕܬܗܘܐ
ܡܘܗܒܬܗ ܕܠܘܬܢ ܛܝܒܘܬܐ ܕܐܦܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܣܓܝܐܐ
ܡܘܕܝܢܘܬܐ. ܢܘܕܘܢ ܠܗ ܥܠ ܐܦܝܢ.
12 ܫܘܒܗܪܢ ܓܝܪ ܗܢܘ. ܣܗܕܘܬܐ ܕܬܐܪܬܢ
ܕܒܦܫܝܛܘܬܐ ܘܒܕܟܝܘܬܐ ܘܒܛܝܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܬܗܦܟܢ ܒܥܠܡܐ. ܘܠܐ ܒܚܟܡܬܐ ܕܦܓܪܐ.
ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܠܘܬܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ. 13 ܠܐ ܗܘܐ
ܐܚܪܢܝܬܐ ܟܬܒܝܢ ܠܟܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܐܦ ܡܫܬܘܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܝܢ
ܕܥܕܡܐ ܠܚܪܬܐ ܬܫܬܘܕܥܘܢ. 14 ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ
ܐܫܬܘܕܥܬܘܢ ܡܢܬ ܡܢ ܕܫܘܒܗܪܟܘܢ ܚܢܢ.
ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܕܝܠܢ ܒܝܘܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ. 15 ܘܒܗܢܐ ܬܘܟܠܢܐ ܨܒܐ ܗܘܝܬ
ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܕܬܩܒܠܘܢ ܛܝܒܘܬܐ
ܥܦܝܦܬܐ. 16 ܘܐܥܒܪ ܥܠܝܟܘܢ ܠܡܩܕܘܢܝܐ.
ܘܬܘܒ ܡܢ ܡܩܕܘܢܝܐ ܠܘܬܟܘܢ ܐܬܐ. ܘܐܢܬܘܢ
ܬܠܘܘܢܢܝ ܠܝܗܘܕ. 17 ܗܕܐ ܕܝܢ ܕܐܬܪܥܝܬ.
ܠܡܐ ܐܝܟ ܡܫܬܪܝܬܐ ܐܬܪܥܝܬ. ܐܘ ܕܠܡܐ ܕܒܣܪ
ܐܢܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܪܥܐ ܐܢܐ. ܡܛܠ ܕܘܠܐ ܗܘܐ
ܕܢܗܘܐ ܒܗܘܢ ܐܝܢ ܐܝܢ ܘܠܐ ܠܐ. 18 ܡܗܝܡܢ
ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܗܘܬ ܡܠܬܢ ܕܠܘܬܟܘܢ ܐܝܢ ܘܠܐ.

scimus enim, quòd si participes sitis passionum, participes etiam eritis consolationis.

8 Volumus autem, ut sciatis, fratres mei, de afflictione quæ fuit nobis in Asia, quòd plurimùm afflicti fuimus, magis quàm nostræ vires erant, adeò ut propinqua fuerit vita nostra ad projiciendum.

9 Et hac de causa sententiam mortis tuleramus, ne esset nobis spes in nobismet ipsis, sed in Deo qui excitat mortuos:

10 Qui ex mortibus violentis eripuit nos; & adhuc speramus, quòd erepturus sit nos,

11 Per auxilium precum vestrarum pro nobis: ut sit donum ejus, quod est erga nos, gratia facta pro multis, & multi gratias ei agant pro nobis.

12 Gloriatio enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd cum simplicitate, & cum puritate, & cum gratia Dei conversati sumus in mundo, & non sapientia corporis: & potissimùm apud vos ipsos.

13 Nequaquam alia scribimus vobis, sed ea quæ scitis & agnoscitis. Spero autem quòd usque ad finem agnoscetis.

14 Quemadmodum etiam agnovistis ex parte, quòd gloriatio vestra sumus, sicut etiam vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi.

15 Et hâc fiduciâ volebam priùs venire ad vos, ut dupliciter acciperetis gratiam:

16 Et transirem per vos in Macedoniam, & rursus à Macedonia ad vos venirem, & vos me deduceretis in Judæam

17 Hoc igitur quod cogitavi, num tanquam levis cogitavi? aut num carnis sunt hæc quæ cogito? eò quòd oportebat in his esse Etiam Etiam; & Non Non?

18 Fidelis est Deus quòd non fuit sermo noster ad vos Etiam, & Non.

19 Filius enim Dei Jesus Christus, qui per nos prædicatus est vobis, per me, & per Sylvanum, & per Timotheum, non fuit Etiam & Non, sed fuit Etiam in eo.

20 Omnes enim promissiones Dei in ipso Christo Etiam sunt: propterea per ipsum damus Amen ad gloriam Dei.

21 Deus autem confirmat nos vobiscum per Christum, illum qui ipse unxit nos:

22 Et obsignavit nos, & dedit arrhabonem Spiritus sui in cordibus nostris.

23 Ego autem Deum testor in animam meam, quòd, quia parco vobis, non venerim Corinthum.

24 Nequaquam quòd simus domini fidei vestræ, sed adjutores simus gaudii vestri: fide enim statis.

19 ܒܪܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܐܬܟܪܙ ܠܟܘܢ ܒܝܕܢ. ܒܝ ܘܒܣܝܠܘܢܘܣ ܘܒܛܝܡܬܐܘܣ. ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܢ ܘܠܐ. ܐܠܐ ܐܝܢ ܗܘܐ ܒܗ. 20 ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܡܘܠܟܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܒܗ ܗܘ ܒܡܫܝܚܐ ܐܝܢ ܗܘܘ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܐܝܕܗ ܝܗܒܝܢ ܐܡܝܢ ܠܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ. 21 ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܝܢ ܡܫܪܪ ܠܢ ܥܡܟܘܢ ܒܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܗܘ ܡܫܚܢ. 22 ܘܚܬܡܢ. ܘܝܗܒ ܪܗܒܘܢܐ ܕܪܘܚܗ ܒܠܒܘܬܢ. 23 ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܡܣܗܕ ܐܢܐ ܥܠ ܢܦܫܝ. ܕܡܛܠ ܕܚܐܣ ܐܢܐ ܥܠܝܟܘܢ ܠܐ ܐܬܝܬ ܠܩܘܪܢܬܘܣ. 24 ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܡܪܐ ܚܢܢ ܠܗܝܡܢܘܬܟܘܢ. ܐܠܐ ܡܥܕܪܢܐ ܚܢܢ ܠܚܕܘܬܟܘܢ. ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܓܝܪ ܡܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ.

CAPUT II.

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 Judicavi autem hoc apud meipsum, ut non rursus cum mœstitia venirem ad vos.

2 Si enim ego mœstitiâ vos afficiam, quis exhilarabit me, nisi is quem ego mœstitiâ affeci?

3 Et scripsi vobis ipsum hoc, ut non, quum venirem, mœstitiâ afficerent me illi ipsi quos oportebat me gaudio afficere. Confido autem de vobis, quòd gaudium meum omnium vestrûm sit.

4 Et ex afflictione magna & ex anxietate cordis scripsi vobis hæc cum lacrymis multis: non ut mœstitia esset vobis, sed ut cognosceretis charitatem eximiam quæ est mihi erga vos.

5 Si quis autem mœstitiâ affecit, nequaquam me affecit mœstitiâ, sed ex parte vos omnes, ne onerosus sit vobis sermo.

6 Sufficit autem huic increpatio quæ fuit à pluribus.

7 Et deinceps è diverso oportet ut condonetis ei

1 ܕܢܬ ܕܝܢ ܗܕܐ ܒܢܦܫܝ. ܕܠܐ ܬܘܒ ܒܟܪܝܘܬܐ ܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. 2 ܐܢ ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܟܪܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܡܢܘ ܡܚܕܐ ܠܝ. ܐܠܐ ܗܘ ܕܐܢܐ ܐܟܪܝܬ ܠܗ. 3 ܘܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܗܝ ܗܕܐ. ܕܠܐ ܟܕ ܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܢܟܪܘܢ ܠܝ ܐܢܫܐ ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܢܚܕܘܢ ܠܝ. ܬܟܝܠ ܐܢܐ ܕܝܢ ܥܠܝܟܘܢ. ܕܚܕܘܬܝ ܕܟܠܟܘܢ ܗܝ. 4 ܘܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ ܘܡܢ ܐܘܚܕܢܐ ܕܠܒܐ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܗܠܝܢ ܒܕܡܥܐ ܣܓܝܐܐ. ܠܐ ܕܬܟܪܐ ܠܟܘܢ. ܐܠܐ ܕܬܕܥܘܢ ܚܘܒܐ ܝܬܝܪܐ ܕܐܝܬ ܠܝ ܥܠܝܟܘܢ. 5 ܐܢ ܕܝܢ ܐܢܫ ܐܟܪܝ. ܠܐ ܗܘܐ ܠܝ ܐܟܪܝ. ܐܠܐ ܩܠܝܠ ܠܟܠܟܘܢ. ܕܠܐ ܐܝܩܪ ܡܠܬܐ ܥܠܝܟܘܢ. 6 ܣܦܩ ܠܗ ܕܝܢ ܠܗܢܐ ܟܐܝܬܐ ܕܡܢ ܣܓܝܐܐ. 7 ܘܡܟܝܠ ܐܝܣܬܪܐܝܬ ܘܠܐ ܕܬܫܒܩܘܢ ܠܗ

ei, & consolemini eum; ne tristitiâ abundanti absorbeatur is qui hujusmodi est.

8 Quapropter peto à vobis, ut confirmetis in eum charitatem vestram.

9 Ideo enim scripsi etiam, ut cognoscerem per experientiam, num omni in re mihi sitis obedientes.

10 Cui vos autem ignoscitis, ego quoque: Nam etiam ego quod condonavi, propter vos condonavi in conspectu Christi:

11 Ne decipiat nos Satanas: novimus enim cogitationes ejus.

12 Quum venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, & apertum mihi esset ostium per Dominum:

13 Non fuit mihi quies in spiritu meo, quòd non invenissem Titum fratrem meum: Sed dimisi eos, & exii in Macedoniam.

14 Gratia autem Deo, qui omni tempore trimphum facit nobis in Christo, & manifestat per nos odorem cognitionis suæ in omni loco:

15 Odor enim suavis sumus Deo per Christum in iis qui salvi fiunt, & in iis qui pereunt:

16 His odor mortis ad mortem; & illis odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis erit idoneus?

17 Non enim sumus sicut reliqui, qui miscent sermones Dei; sed tanquam in veritate, & tanquam ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

CAPUT III.

1 INcipimus rursus denovo indicare vobis quid simus? aut num opus habemus, sicut alii, ut literæ commendatiæ de nobis ad vos scribantur; aut ut vos scribatis, ut commendetis nos?

2 Epistola autem nostra vos estis, quæ scripta est in corde nostro, & scitur ac legitur à quolibet.

3 Nostis enim quòd epistola sitis

sitis Christi, quæ subministrata est à nobis, quæ scripta est non atramento, sed per Spiritum Dei viventis; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.	ܐܓܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܕܐܫܬܡܫܬ ܡܢܢ. ܕܟܬܝܒܐ. ܠܐ ܒܕܝܘܬܐ. ܐܠܐ ܒܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܠܐ ܒܠܘܚܐ ܕܟܐܦܐ. ܐܠܐ ܒܠܘܚܐ ܕܠܒܐ ܕܒܣܪܐ ܀
4 Fiducia autem hujusmodi est nobis in Christo erga Deum:	4 ܬܘܟܠܢܐ ܕܝܢ. ܗܟܢܐ ܐܝܬ ܠܢ ܒܡܫܝܚܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ.
5 Non quòd nos sufficientes simus, ut cogitemus aliquid tanquam ex nobisipsis, sed virtus nostra ex Deo est:	5 ܠܘ ܕܚܢܢ ܣܦܩܝܢܢ ܕܢܬܪܥܐ ܡܕܡ ܐܝܟ ܕܡܢ ܢܦܫܢ. ܐܠܐ ܚܝܠܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ.
6 Qui idoneos nos fecit, ut simus ministri Testamenti novi, non in scriptura, sed in Spiritu: Scriptura enim occidit, Spiritus autem vivificat.	6 ܗܘ ܕܐܣܦܩܢ ܕܢܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. ܠܐ ܒܟܬܒܐ ܐܠܐ ܒܪܘܚܐ. ܟܬܒܐ ܓܝܪ ܩܛܠ. ܪܘܚܐ ܕܝܢ ܡܚܝܐ.
7 Si autem ministerium mortis in Scriptura designatum fuit in lapidibus, fuitque in gloria, ita ut non possent filii Israel contemplari faciem Mosis propter gloriam faciei ejus quæ abolita est:	7 ܐܢ ܕܝܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܒܟܬܒܐ ܐܬܪܫܡܬ ܒܟܐܦܐ ܘܗܘܬ ܒܫܘܒܚܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܡܚܪ ܒܦܪܨܘܦܗ ܕܡܘܫܐ: ܡܛܠ ܫܘܒܚܐ ܕܦܪܨܘܦܗ ܗܘ ܕܐܬܒܛܠ.
8 Quomodo igitur ministerium Spiritus non magis erit in gloria?	8 ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܬܫܡܫܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܠܐ ܬܬܝܬܪ ܬܗܘܐ ܒܫܘܒܚܐ.
9 Si enim ministerio condemnationis fuit gloria, quantò magis excellet ministerium justitiæ in gloria?	9 ܐܢ ܓܝܪ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܚܘܝܒܐ ܗܘܐ ܫܘܒܚܐ: ܟܡܐ ܡܛܠ ܬܬܝܬܪ ܬܫܡܫܬܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܒܫܘܒܚܐ.
10 Tanquam illud enim quod etiam non glorificatum, *fuit* illud quod glorificatum est, in comparatione hujus gloriæ excellentis.	10 ܐܝܟ ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܦܠܐ ܡܫܒܚܐ ܗܘ ܕܐܫܬܒܚ: ܒܡܘܚܠܦܐ ܕܗܢܐ ܫܘܒܚܐ ܡܝܬܪܐ.
11 Si enim quod abolitum est, in gloria fuit; excellentiùs id quod manet, in gloria erit.	11 ܐܢ ܓܝܪ ܡܕܡ ܕܐܬܒܛܠ ܒܫܘܒܚܐ ܗܘܐ: ܝܬܝܪܐܝܬ ܗܘ ܕܡܩܘܐ ܒܫܘܒܚܐ ܢܗܘܐ.
12 Itaque, quia est nobis hæc spes, magis apertè conversamur:	12 ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܢ ܣܒܪܐ ܗܢܐ ܣܓܝ. ܝܬܝܪܐܝܬ ܒܓܠܝܐ ܓܝܪ ܡܬܗܦܟܝܢܢ.
13 Et non sicut Moses, qui super faciem suam injiciebat velamen, ne intuerentur filii Israel in finem ejus quod aboletur.	13 ܘܠܐ ܐܝܟ ܡܘܫܐ ܕܪܡܐ ܗܘܐ ܬܚܦܝܬܐ ܥܠ ܐܦܘܗܝ. ܕܠܐ ܢܚܘܪܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܫܘܠܡܗ ܕܗܘ ܕܡܬܒܛܠ.
14 Sed excæcati sunt in mentibus suis: nam usque in hodiernum diem, quando testamentum vetus legitur, ipsum illud velamen perstat super eos; neque revelatur, quoniam per Christum aboletur.	14 ܐܠܐ ܐܬܥܘܪܘ ܒܪܥܝܢܝܗܘܢ. ܕܥܕܡܐ ܓܝܪ ܠܝܘܡܢܐ: ܐܡܬܝ ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܝܬܩܐ ܥܬܝܩܬܐ: ܗܝ ܗܝ ܬܚܦܝܬܐ ܩܝܡܐ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܬܓܠܝܐ ܕܒܡܫܝܚܐ ܗܘ ܡܬܒܛܠܐ.
15 Et usque in hodiernum diem, quum legitur Moses, velamen super cor eorum positum est:	15 ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܐܡܬܝ ܕܡܬܩܪܐ ܡܘܫܐ: ܬܚܦܝܬܐ ܥܠ ܠܒܗܘܢ ܣܝܡܐ.

16 | 16

16 ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܢܬܦܢܐ ܠܘܬ ܡܪܝܐ: ܡܫܬܩܠܐ ܡܢܗ ܫܘܫܦܐ. 17 ܡܪܝܐ ܕܝܢ ܗܘ ܪܘܚܐ ܗܘ. ܐܝܟܐ ܕܝܢ ܕܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ ܬܡܢ ܚܐܪܘܬܐ ܗܝ. 18 ܚܢܢ ܕܝܢ ܟܠܢ ܒܐܦ̈ܐ ܓܠܝܬܐ: ܫܘܒܚܗ ܕܡܪܝܐ ܐܝܟ ܕܒܡܚܙܝܬܐ ܚܙܝܢܢ. ܘܠܗ ܠܗܕܐ ܕܡܘܬܐ ܡܫܬܚܠܦܝܢܢ. ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܠܫܘܒܚܐ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܪܝܐ ܪܘܚܐ ܀

16 Et quum aliquis ex iis conversus fuerit ad Dominum, auferetur ab eo velamen.

17 Dominus autem ipse est Spiritus. Et ubi est Spiritus Domini, *ibi* libertas est.

18 Nos autem omnes facie revelatâ gloriam Domini, tanquam in speculo videmus, & ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domino Spiritu.

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܡܬܡܐܢܝܢ ܒܡܫܡܫܘܬܐ ܗܕܐ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܢ. ܐܝܟ ܪ̈ܚܡܐ ܕܗܘܘ ܥܠܝܢ. 2 ܐܠܐ ܐܫܬܠܝܢ ܟܣܝܬܗ ܕܒܗܬܬܐ. ܘܠܐ ܡܗܠܟܝܢܢ ܒܢܟܝܠܘܬܐ. ܘܠܐ ܢܟܠܝܢܢ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܒܓܠܝܘܬܐ ܕܫܪܪܐ ܡܚܘܝܢܢ ܢܦܫܢ. ܠܟܠܗܘܢ ܬܐܪ̈ܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 3 ܘܐܢ ܕܝܢ ܟܣܐ ܗܘ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܠܢ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܒܕܝܢ ܗܘ ܟܣܐ. 4 ܐܝܠܝܢ ܕܐܠܗܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܥܘܪ ܪ̈ܥܝܢܝܗܘܢ ܕܠܐ ܢܗܝܡܢܘܢ. ܕܠܐ ܢܕܢܚ ܠܗܘܢ ܢܘܗܪܗ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܫܘܒܚܗ: ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܡܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. 5 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܢܦܫܢ ܡܟܪܙܝܢܢ. ܐܠܐ ܠܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܡܪܢ. ܠܢܦܫܢ ܕܝܢ ܕܥܒ̈ܕܝܟܘܢ ܚܢܢ ܡܛܠ ܝܫܘܥ. 6 ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܡܢ ܚܫܘܟܐ ܢܕܢܚ ܢܘܗܪܐ: ܗܘ ܕܢܚ ܒܠܒܘܬܢ. ܕܢܬܢܗܪ ܒܝܕܥܬܐ ܕܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ: ܒܦܪ̈ܨܘܦܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܀ 7 ܐܝܬ ܠܢ ܕܝܢ ܣܝܡܬܐ ܗܕܐ ܒܡܐܢ̈ܐ ܕܚܨܦܐ: ܕܪܒܘܬܐ ܕܚܝܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܬܗܘܐ ܘܠܐ ܡܢܢ. 8 ܒܟܠܡܕܡ ܓܝܪ ܡܬܐܠܨܝܢܢ. ܐܠܐ ܠܐ ܡܬܚܢܩܝܢܢ. ܡܬܟܪܝܢܢ. ܐܠܐ ܠܐ ܡܫܬܚܩܝܢܢ. 9 ܡܬܪܕܦܝܢܢ. ܐܠܐ ܠܐ ܡܫܬܒܩܝܢܢ. ܡܬܡܟܟܝܢܢ.

CAPUT IV.

1 PRopterea non est nobis tædium in ministerio hoc quod habemus, juxta miserationes quæ fuerunt super nos:

2 Sed rejecimus occultamenta dedecoris, neque ambulamus cum astutia, neque dolosè tractamus sermonem Dei; sed in manifestatione veritatis ostendimus nosipsos omnibus conscientiis hominum coram Deo.

3 Quòd si autem opertum est Evangelium nostrum, iis qui pereunt opertum est:

4 Illis quorum Deus seculi hujus excæcavit mentes, eò quòd non credant, ne oriatur illis splendor Evangelii gloriæ Christi, qui ipse est imago Dei.

5 Nequaquam enim nosipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum nostrum: nosipsos autem, quòd servi vestri simus propter Jesum.

6 Quia Deus, qui dixit ut è tenebris lux oriretur, ipse ortus est in cordibus nostris, ut illustraremur per cognitionem gloriæ Dei in facie Jesu Christi.

7 Est autem nobis hic thesaurus in vase testaceo, ut magnitudo virtutis ex Deo sit, & non ex nobis.

8 In omnibus autem affligimur, sed non suffocamur: corripimur, sed non condemnamur:

9 Persequutionem patimur, sed non deserimur:

dejicimur,

dejicimur, sed non perimus.

10 Omni enim tempore mortificationem Jesu in corporibus nostris bajulamus, ut etiam vita Jesu in corporibus nostris manifestetur.

11 Si enim nos vivi ad mortem tradimur propter Jesum, similiter etiam vita Jesu manifestabitur in hoc corpore nostro mortali.

12 Nunc mors in nobis est efficax, & vita in vobis.

13 Igitur etiam nos, quibus unus spiritus fidei est, sicut scriptum est; Credidi, propterea etiam loquutus sum: credimus, propterea etiam loquimur.

14 Et scimus quòd is qui excitavit Dominum nostrum Jesum, etiam nos per Jesum excitabit, & assumet nos vobiscum ad se.

15 Omnia enim propter vos sunt, ut, quum abundet gratia per multos, multiplicetur gratiarum actio ad gloriam Dei.

16 Hanc ob causam non est nobis tædium: quamvis enim homo noster externus corrumpatur, tamen internus renovatur de die in diem.

17 Afflictio enim hujus temporis, licet admodum parva & levis sit, gloriam sine fine in seculum seculorum præparat nobis:

18 Quum non spectemus ea quæ conspiciuntur, sed ea quæ non conspiciuntur: quæ conspiciuntur enim, temporanea sunt; quæ autem non conspiciuntur, æterna sunt.

ܡܬܚܦܝܢܢ܂ ܐܠܐ ܠܐ ܐܒܕܝܢܢ܂ 10 ܒܟܠܙܒܢ ܓܝܪ ܡܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܒܦܓܪܢ ܡܛܥܢܝܢܢ܃ ܕܐܦ ܚܝܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܒܦܓܪܢ ܢܬܓܠܘܢ܂ 11 ܐܢ ܚܢܢ ܓܝܪ ܚܝܐ ܠܡܘܬܐ ܡܫܬܠܡܝܢܢ ܡܛܠ ܝܫܘܥ܂ ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܝܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܢܬܓܠܘܢ ܒܦܓܪܢ ܗܢܐ ܕܡܝܬܐ܂ 12 ܗܫܐ ܡܘܬܐ ܒܢ ܡܬܚܦܛ ܘܚܝܐ ܒܟܘܢ܂ 13 ܐܦ ܚܢܢ ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܢ ܪܘܚܐ ܚܕܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ܃ ܐܝܟ ܡܐ ܕܟܬܝܒ܃ ܕܗܝܡܢܬ ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܡܠܠܬ܃ ܡܗܝܡܢܝܢܢ ܐܦ ܚܢܢ ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܡܡܠܠܝܢܢ܂ 14 ܘܝܕܥܝܢܢ ܕܗܘ ܡܢ ܕܐܩܝܡ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ܂ ܐܦ ܠܢ ܒܝܫܘܥ ܢܩܝܡ܃ ܘܢܩܪܒܢ ܥܡܟܘܢ ܠܘܬܗ܂ 15 ܟܠܡܕܡ ܓܝܪ ܡܛܠܬܟܘܢ ܗܘܐ܂ ܕܟܕ ܬܣܓܐ ܛܝܒܘܬܐ ܒܝܕ ܣܓܝܐܐ܃ ܬܣܓܐ ܬܘܕܝܬܐ ܠܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ܂ 16 ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܡܐܢܐ ܠܢ܂ ܐܦ ܐܢ ܒܪܢܫܢ ܓܝܪ ܕܠܒܪ ܡܬܚܒܠ܂ ܐܠܐ ܕܠܓܘ ܡܬܚܕܬ ܡܢ ܝܘܡ ܠܝܘܡ܂ 17 ܐܘܠܨܢܢ ܓܝܪ ܕܗܫܐ܃ ܟܕ ܙܥܘܪ ܘܩܠܝܠ܃ ܫܘܒܚܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܡܛܝܒ ܠܢ܂ 18 ܟܕ ܠܐ ܚܝܪܝܢܢ ܒܡܕܡ ܕܡܬܚܙܐ܂ ܐܠܐ ܒܡܕܡ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ܂ ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܡܬܚܙܐ ܕܙܒܢܐ ܐܝܬܘܗܝ܂ ܘܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܕܝܢ ܕܠܥܠܡ ܐܝܬܘܗܝ܂

CAPUT V.

1 Scimus enim, quòd si domicilium hoc nostrum terrestre corporis dissolvatur, tamen est nobis ædificium quod à Deo est, domicilium non manufactum in cœlo æternum.

2 Nam etiam propter hoc ingemimus, & expetimus, ut induamus domicilium nostrum quod est è cœlo:

3 Nisi etiam postquam induti fuerimus, inveniamur nudi.

4 Quum enim sumus jam in hoc domicilio, ingemimus

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

1 ܝܕܥܝܢܢ ܓܝܪ ܕܐܢ ܒܝܬܢ ܕܒܐܪܥܐ ܗܢܐ ܕܦܓܪܐ ܢܫܬܪܐ܃ ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܢ ܒܢܝܢܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ܃ ܒܝܬܐ ܕܠܐ ܒܐܝܕܝܐ ܥܒܝܕ ܒܫܡܝܐ ܠܥܠܡ܂ 2 ܐܦ ܥܠ ܗܕܐ ܓܝܪ ܡܬܬܢܚܝܢܢ܂ ܘܡܪܓܪܓܝܢܢ ܕܢܠܒܫ ܒܝܬܢ ܕܡܢ ܫܡܝܐ܂ 3 ܐܠܐ ܐܦ ܟܕ ܢܠܒܫ ܢܫܬܟܚ ܠܐ ܥܪܛܠܝܐ܂ 4 ܟܕ ܐܝܬܝܢ ܓܝܪ ܗܫܐ ܒܗܢܐ ܒܝܬܐ܃ ܡܬܬܢܚܝܢܢ

ܡܬܬܢܚܝܢܢ ܡܢ ܝܘܩܪܗ. ܘܠܐ ܨܒܝܢܢ
ܠܡܫܠܚܘܬܗ. ܐܠܐ ܕܢܠܒܫ ܟܠܝܠܐ ܥܠܘܗܝ.
ܕܢܬܒܠܥ ܡܝܘܬܘܬܗ ܒܚܝܐ. 5 ܘܡܢ ܕܡܛܝܒ ܠܢ
ܠܗ ܠܗܕܐ ܐܠܗܐ ܗܘ. ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܪܗܒܘܢܐ
ܕܪܘܚܗ. 6 ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ ܗܘܝܢܢ ܘܡܦܣܝܢܢ.
ܕܥܕܡܐ ܕܥܡܪܝܢܢ ܒܦܓܪܐ ܓܠܝܢܢ ܡܢ ܡܪܢ:
7 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܓܝܪ ܡܗܠܟܝܢܢ ܘܠܐ
ܒܚܙܘܐ: 8 ܡܛܠܗܕܐ ܬܘܟܠܢ ܘܨܒܝܢܢ
ܕܢܬܓܠܐ ܡܢ ܦܓܪܐ ܘܢܗܘܐ ܠܘܬ
ܡܪܢ. 9 ܘܡܬܟܫܦܝܢܢ. ܕܐܢ ܓܠܝܢܢ ܘܐܢ
ܥܡܪܝܢܢ: ܠܗ ܢܫܦܪ. 10 ܟܠܢ ܓܝܪ
ܥܬܝܕܝܢܢ ܠܡܩܡ ܩܕܡ ܒܝܬ ܕܝܢܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܕܢܦܪܘܥ
ܐܢܫ ܐܢܫ ܒܦܓܪܗ ܡܕܡ ܕܣܥܪ ܒܗ. ܐܢ
ܕܛܒ ܘܐܢ ܕܒܝܫ: 11 ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢܢ ܕܚܠܬܗ
ܕܡܪܢ: ܠܒܢܝܢܫܐ ܗܘ ܡܦܝܣܝܢܢ. ܠܐܠܗܐ
ܕܝܢ ܓܠܝܢܢ. ܣܒܪ ܐܢܐ ܕܐܦ
ܠܘܬ ܬܐܪܬܐ ܕܝܠܟܘܢ ܓܠܝܢܢ. 12 ܠܐ ܗܘܐ
ܬܘܒ ܢܦܫܢ ܡܫܒܚܝܢܢ ܠܟܘܢ. ܐܠܐ ܥܠܬܐ ܗܘ
ܝܗܒܝܢܢ ܠܟܘܢ: ܕܬܫܬܒܗܪܘܢ ܒܢ ܠܘܬ
ܗܢܘܢ ܕܒܐܦܐ ܗܘ ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܘܠܐ ܒܠܒܐ.
13 ܐܢ ܓܝܪ ܫܢܝܢܢ. ܠܐܠܗܐ. ܘܐܢ ܡܦܟܚܝܢܢ.
ܠܟܘܢ. 14 ܚܘܒܗ ܓܝܪ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܨ ܠܢ
ܕܢܬܚܫܒ ܗܕܐ. ܕܚܕ ܚܠܦ ܟܠܢܫ ܡܝܬ. ܡܕܝܢ
ܟܠܢܫ ܡܝܬ ܗܘܘ. 15 ܘܚܠܦ ܟܠܢܫ ܗܘ
ܡܝܬ. ܕܐܝܠܝܢ ܕܚܝܝܢ ܠܐ ܠܢܦܫܗܘܢ ܢܚܘܢ. ܐܠܐ
ܠܐܝܢܐ ܕܡܝܬ ܚܠܦܝܗܘܢ ܘܩܡ. 16 ܘܡܟܝܠ
ܚܢܢ ܠܐܢܫ ܒܦܓܪ ܠܐ ܝܕܥܝܢܢ. ܘܐܢ ܝܕܥܢ ܒܦܓܪ
ܠܡܫܝܚܐ: ܐܠܐ ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢܢ. 17 ܟܠ
ܡܢ ܕܒܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܪܝܬܐ ܗܝ ܚܕܬܐ.
ܥܬܝܩܬܐ ܥܒܪ ܠܗܝܢ.
18

ingemimus ob ejus onus, nec volumus exuere illud, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas ejus per vitam:

5 Et qui parat nos ad hoc ipsum, Deus est, qui dedit nobis arrhabonem Spiritus sui.

6 Quandoquidem igitur scimus, & persuasum habemus, quòd quamdiu in corpore habitamus, peregrinamur à Domino nostro:

7 (Per fidem enim ambulamus, & non per visionem.)

8 Idcircò confidimus, & desideramus peregrinari à corpore, & esse apud Dominum nostrum.

9 Diligentiam adhibemus, ut sive peregrini simus, sive inhabitatores, ei placeamus.

10 Omnes enim nos stabimus coram tribunali Christi, ut reportet uniusquisque in corpore suo id quod fecit, sive bonum, sive malum.

11 Quia igitur novimus terrorem Domini nostri, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus: Spero autem, quod etiam manifesti simus mentibus vestris.

12 Nequaquam rursus nos ipsos laudamus vobis; sed occasionem damus vobis, ut gloriemini de nobis apud illos qui in facie gloriantur, & non in corde.

13 Sive enim insanimus, Deo: sive recti sumus, vobis.

14 Charitas enim Christi constringit nos hoc meditari, quod unus pro omnibus mortuus sit: ergo omnes mortui sunt.

15 Et pro omnibus ipse mortuus est, ut ii qui vivunt, non sibi vivant, sed ei qui pro illis mortuus est, & resurrexit.

16 Ideoque nos neminem secundum corpus novimus: & si novimus secundùm corpus Christum, attamen deinceps non cognoscimus.

17 Quisquis igitùr in Christo est, creatura est nova: vetera prætericrunt;

18

18 Et omnia facta sunt nova à Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis.

19 Deus enim est in Christo, qui reconciliavit mundum cum majestate sua, neque imputavit illis peccata eorum: & posuit in nobis sermonem reconciliationis.

20 Legati igitur sumus pro Christo, & ac si ipse Deus peteret à vobis per nos. Pro Christo igitur oramus, reconciliamini Deo.

21 Illum enim qui non noverat peccatum, propter vos peccatum fecit, ut nos essemus in eo justitia Dei.

18 ܘܟܠܡܕܡ ܗܘܐ ܚܕܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܪܥܢ ܠܗ ܒܡܫܝܚܐ. ܘܝܗܒ ܠܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܬܪܥܘܬܐ. 19 ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܪܥܝ ܠܥܠܡܐ ܥܡ ܪܒܘܬܗ. ܘܠܐ ܚܫܒ ܠܗܘܢ ܣܟܠܘܬܗܘܢ: ܘܣܡ ܒܢ ܡܠܬܐ ܕܬܪܥܘܬܐ.

20 ܐܝܙܓܕܐ ܚܢܢ ܗܟܝܠ ܚܠܦ ܡܫܝܚܐ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܒܥܐ ܡܢܟܘܢ ܒܢ: ܚܠܦ ܡܫܝܚܐ ܡܦܝܣܝܢܢ ܐܬܪܥܘ ܠܐܠܗܐ.

21 ܗܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܚܛܝܬܐ. ܥܠܝܟܘܢ ܚܛܝܬܐ ܥܒܕܗ. ܕܚܢܢ ܢܗܘܐ ܒܗ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܐܠܗܐ.

CAPUT VI.

ܩܦܠܐܘܢ ܘ

1 ET tanquam adjutores petimus à vobis, ut non inanis fiat in vobis gratia Dei quam accepistis.

2 Dixit enim; Tempore accepto audivi te, & die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptum, & ecce nunc dies salutis.

3 Ne ulla in re detis cuiquam occasionem offensionis, ut non sit macula in ministerio nostro.

4 Sed in omni re ostendamus nosipsos, quòd ministri simus Dei in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitate, in angustiis,

5 In plagis, in vinculis, in seditionibus, in labore, in vigilia, in jejunio,

6 In puritate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non dolosa,

7 In sermone veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ, tam in dextra, quam in sinistra,

8 Per gloriam & per ignominiam: per laudem & per vituperium: quasi seductores, tamen veraces.

9 Quasi ignoti, tamen noti sumus: quasi mortui sumus, & ecce vivimus:

1 ܐܝܟ ܡܥܕܪܢܐ ܕܝܢ ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܡܢܟܘܢ: ܕܠܐ ܠܣܪܝܩܘ ܬܗܘܐ ܒܟܘܢ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܩܒܠܬܘܢ. 2 ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܒܙܒܢܐ ܡܩܒܠܐ ܥܢܝܬܟ. ܘܒܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܥܕܪܬܟ. ܗܐ ܗܫܐ ܐܘܢܐ ܡܩܒܠܐ. ܘܗܐ ܗܫܐ ܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ. 3 ܠܟܠ ܒܟܠܡܕܡ ܬܘܩܠܬܐ ܠܐܢܫ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܡܘܡܐ ܒܬܫܡܫܬܢ. 4 ܐܠܐ ܒܟܠܡܕܡ ܢܚܘܐ ܢܦܫܢ: ܕܡܫܡܫܢܐ ܚܢܢ ܕܐܠܗܐ. ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܒܐܘܠܨܢܐ. ܒܐܢܢܩܐ. ܒܚܒܘܫܝܐ. 5 ܒܡܚܘܬܐ. ܒܐܣܘܪܐ. ܒܫܓܘܫܝܐ. ܒܠܐܘܬܐ. ܒܫܗܪܐ. ܒܨܘܡܐ. 6 ܒܕܟܝܘܬܐ. ܒܝܕܥܬܐ. ܒܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ. ܒܒܣܝܡܘܬܐ. ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܒܚܘܒܐ ܕܠܐ ܢܟܠܐ. 7 ܒܡܠܬܐ ܕܩܘܫܬܐ. ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ. ܒܙܝܢܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܕܝܡܝܢܐ ܘܕܣܡܠܐ. 8 ܒܫܘܒܚܐ ܘܒܨܥܪܐ. ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܘܒܨܘܚܝܐ. ܐܝܟ ܡܛܥܝܢܐ ܘܫܪܝܪܐ. 9 ܐܝܟ ܠܐ ܝܕܝܥܐ ܘܝܕܝܥܝܢ ܚܢܢ. ܐܝܟ ܡܝܬܝܢ ܘܗܐ ܚܝܝܢ ܚܢܢ.

ܐܝܟ ܕܡܬܪܕܝܢܢ ܘܠܐ ܡܝܬܝܢܢ܂ 10 ܐܝܟ ܕܟܪܝܢ ܠܢ ܘܒܟܠܙܒܢ ܚܕܝܢܢ܂ ܐܝܟ ܡܣܟܢܐ ܘܠܣܓܝܐܐ ܡܥܬܪܝܢܢ܂ ܐܝܟ ܕܡܕܡ ܠܝܬ ܠܢ ܘܟܠܡܕܡ ܐܚܝܕܝܢܢ܂ 11 ܦܘܡܢ ܦܬܝܚ ܗܘ ܠܘܬܟܘܢ ܩܘܪܢܬܝܐ܂ ܘܠܒܢ ܪܘܝܚ܂ 12 ܠܐ ܐܠܝܨܬܘܢ ܒܢ܂ ܐܠܝܨܬܘܢ ܕܝܢ ܒܪܚܡܝܟܘܢ܂ 13 ܐܝܟ ܕܠܒܢܝܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ܂ ܦܘܪܥܢܐ ܦܪܘܥܘ ܠܝ܂ ܘܐܬܪܘܚܘ ܒܚܘܒܟܘܢ ܠܘܬܝ܂ 14 ܘܠܐ ܬܗܘܘܢ ܒܢܝ ܙܘܓܐ ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ܂ ܐܝܢܐ ܓܝܪ ܫܘܬܦܘܬܐ ܐܝܬ ܠܟܐܢܘܬܐ ܥܡ ܥܘܠܐ܂ ܐܘ ܐܝܢܐ ܡܫܘܚܠܛܘܬܐ ܐܝܬ ܠܢܘܗܪܐ ܥܡ ܚܫܘܟܐ܂ 15 ܐܘ ܐܝܢܐ ܫܠܡܘܬܐ ܐܝܬ ܠܡܫܝܚܐ ܥܡ ܣܛܢܐ܂ ܐܘ ܐܝܢܐ ܡܢܬܐ ܐܝܬ ܠܡܗܝܡܢܐ ܥܡ ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ܂ 16 ܐܘ ܐܝܢܐ ܐܘܝܘܬܐ ܐܝܬ ܠܗܝܟܠܗ ܕܐܠܗܐ ܥܡ ܕܫܐܕܐ܂ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܗܝܟܠܗ ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ܂ ܐܝܟ ܕܐܡܝܪ ܕܐܥܡܪ ܒܗܘܢ ܘܐܗܠܟ ܒܗܘܢ܂ ܘܐܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܘܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܠܝ ܥܡܐ܂ 17 ܡܛܠܗܢܐ ܦܘܩܘ ܡܢ ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܐܬܦܪܫܘ ܡܢܗܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ܂ ܘܒܛܢܦܐ ܠܐ ܬܬܩܪܒܘܢ ܘܐܢܐ ܐܩܒܠܟܘܢ܂ 18 ܘܐܗܘܐ ܠܟܘܢ ܠܐܒܐ܂ ܘܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܠܝ ܠܒܢܝܐ ܘܠܒܢܬܐ܂ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܚܝܕ ܟܠ܀

quasi castigemur, & non morimur:

10 Et quasi tristes simus, & omni tempore gaudemus: & quasi pauperes, & multos ditamus: quasi quibus nihil sit, & omnia possidemus.

11 Os nostrum apertum est ad vos, Corinthii, & cor nostrum dilatatum est.

12 Non estis angustia affecti in nobis: angustia autem affecti fuistis in visceribus vestris.

13 Tanquam filiis autem dico, rependite mihi usuras meas, quæ sunt apud vos, & dilatate charitatem vestram erga me.

14 Neque sitis sub uno jugo cum iis qui non credunt: quod enim consortium est justitiæ cum iniquitate? aut quæ commixtio est luci cum tenebris?

15 Aut quæ concordia est Christo cum Satana? aut quæ pars est fideli cum incredulo?

16 Aut quæ consensio est templo Dei cum dæmoniorum *templo*? vos enim templum estis Dei viventis, sicut dictum est; Habitabo in eis,& ambulabo inter eos, & ero Deus illorum, & ipsi erunt mihi populus.

17 Quapropter exite è medio illorum, & separate vos ab eis, ait Dominus; & immundum ne tetigeritis, & ego excipiam vos.

18 Et ero vobis in Patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, ait Dominus Omnipotens.

ܩܦܠܐܘܢ ܙ

1 ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܢ ܗܟܝܠ ܗܠܝܢ ܫܘܘܕܝܐ ܚܒܝܒܝ܂ ܢܕܟܐ ܢܦܫܢ ܡܢ ܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ ܕܒܣܪܐ ܘܕܪܘܚܐ܂ ܘܢܓܡܘܪ ܩܕܝܫܘܬܐ ܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ܂ 2 ܣܝܒܪܘܢܢ ܐܚܝ܃ ܕܠܐܢܫ ܠܐ ܐܥܘܠܢ܂ ܠܐܢܫ ܠܐ ܚܒܠܢ܂ ܠܐܢܫ ܠܐ ܥܠܒܢ܂ 3 ܠܐ ܗܘܐ ܠܡܚܝܒܘܬܟܘܢ ܐܡܪ ܐܢܐ܂ ܩܕܡ ܓܝܪ ܐܡܪܬ

ܕܒܠܒܢ

CAPUT VII.

1 Quia igitur sunt nobis hæ promissiones, dilecti mei, mundemus nosipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, & operemur sanctificationem cum timore Dei.

2 Sustinete nos, fratres mei, contra neminem iniquè egimus, neminem corrupimus, neminem injuriâ affecimus.

3 Nequaquam ad condemnationem vestram loquor: antea enim dixi,

in corde

in corde nostro vos esse repositos ad moriendum simul & ad vivendum.

4 Fiducia multa est mihi apud vos, & multa est mihi in vobis gloriatio, & plenus sum consolatione. Et magnum abundat in me gaudium in omnibus afflictionibus meis.

5 Etenim ex quo venimus in Macedoniam, nulla quies fuit corpori nostro, sed in omni re afflicti fuimus; extrinsecus pugna, & intrinsecus terror.

6 Sed Deus qui consolatur humiles, consolatus est nos per adventum Titi:

7 Et non solùm per adventum ejus, sed etiam per refocillationem ejus quâ refocillatus fuit in vobis: nunciavit enim nobis de charitate vestra erga nos, & de luctu vestro, & zelo vestro pro nobis: & cum audivissem, gaudium magnum fuit mihi.

8 Quia etiamsi contristavi vos per epistolam, non pœnitet me, etiamsi pœnituisset: video enim quòd illa epistola, etiamsi ad horam contristavit vos,

9 Gaudium tamen conciliavit mihi: non quòd tristitia fuerit vobis, sed quia contristatio vestra ad conversionem adduxit vos: tristitia enim fuit vobis secundum Deum, ita ut nihil detrimenti acceperitis à nobis.

10 Tristitia enim quæ est propter Deum animæ conversionem operatur quæ non mutatur, & convertit ad salutem: tristitia autem mundi mortem operatur.

11 Ecce enim ipsum hoc quòd contristati fuistis propter Deum, quantum operatum est in vobis studium, & defensionem, & indignationem, & timorem, & charitatem, & zelum, & vindictam? Et in omni re ostendistis vosipsos, quòd puri sitis in eo negotio.

12 Erit autem hoc quod scripsi vobis, non propter injuriam inferentem, neque propter eum cui injuriam intulit, sed ut cognoscatur coram Deo sedulitas vestra propter nos.

13 Propterea consolationem accepimus. Et cum consolatione nostra abundantiùs

[illegible]

abundantiùs gavisi sumus ob gaudium Titi, quòd refocillatus sit spiritus ejus cum vobis omnibus:

14 Quia in eo ob quod gloriatus eram apud eum de vobis, non erubui: sed ut in omni re veritatem loquuti sumus vobiscum, ita etiam gloriatio nostra apud Titum in veritate reperta est.

15 Et etiam viscera ejus abundantiùs creverunt erga vos, quum recordatur obedientiæ omnium vestrûm, quòd cum timore & tremore exceperitis eum.

16 Gaudeo quòd in omni re confidam de vobis.

CAPUT VIII.

1 NOtam autem vobis facimus, fratres mei, gratiam Dei quæ data fuit in Ecclesiis Macedoniorum.

2 Quòd per probationem multam afflictionis eorum abundantia fuit gaudio eorum, & profunditas paupertatis eorum redundavit per divitias simplicitatis ipsorum.

3 Testor enim quòd secundùm vires suas, & plusquam facultas eorum erat, sponte suâ

4 Petierunt à nobis multa cum obsecratione, ut consortes fierent in beneficentia ministerii sanctorum.

5 Et non sicut putabamus, sed seipsos tradiderunt, primùm Domino nostro, deinde etiam nobis per voluntatem Dei.

6 Ut nos peteremus à Tito, ut quemadmodum cœpisset, ita perficeret in vobis etiam hanc beneficentiam.

7 Sed quemadmodum in omni re abundantes estis, in fide, & in sermone, & in cognitione, & in omni diligentia, & in charitate nostra erga vos, ita etiam in hac beneficentia abundetis.

8 Nequaquam præcipiendo præcipio vobis, sed per studium sociorum vestrorum veritatem dilectionis vestræ experior.

9 Nostis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quòd propter vos pauper

pauper factus sit, quum esset dives, ut vos per ejus paupertatem ditesceretis.

10 Consulendo autem consulo vobis hoc quod conducit vobis. Quoniam à præterito anno cœpistis, non velle tantùm, sed etiam facere.

11 Nunc autem complete opere illud quod voluistis; ut sicut fuit vobis animi promtitudo ad volendum, ita opere compleatis ex eo quod est vobis.

12 Si enim voluntas adsit, prout est ei, ita acceptus est, nequaquam secundum id quod non est ei.

13 Nequaquam enim ut aliis sit relaxatio, & vobis angustia: sed in æquabilitate sitis hoc tempore, ut abundantia vestra sit pro penuria illorum:

14 Ut etiam abundantia eorum sit pro penuria vestra; quo sit æquabilitas.

15 Sicut scriptum est; Qui multum sustulit, non superfuit illi: & qui parum sustulit, non defuit illi.

16 Gratia autem Deo, qui dedit studium hoc pro vobis in cor Titi.

17 Exhortationem enim nostram suscepit; & quia illi valdè curæ fuit, sponte suâ prodiit ad vos.

18 Misimus autem cum eo fratrem nostrum, cum cujus laus est in Evangelio in omnibus Ecclesiis.

19 Quemadmodum etiam deligendo delectus est ab Ecclesiis, ut prodiret nobiscum cum beneficentia hac quæ administratur à nobis, ad gloriam ipsius Dei, & ad animi nostri promtitudinem.

20 Evitavimus autem hoc, ne quis imponeret nobis maculam in hac abundantia quæ administratur à nobis.

21 Curamus enim quæ pulchra sunt, non coram Deo tantùm, sed etiam coram hominibus.

22 Misimus autem cum eis etiam fratrem nostrum, qui nobis est probatus omni tempore

in multis

[illegible]

in multis, quòd diligens sit: nunc autem magis diligens propter fiduciam magnam erga vos.

23 Sive igitur Titus *consideretur*, socius meus est & adjutor inter vos: sive alii nostri fratres, Apostoli sunt ecclesiarum gloriæ Christi.

24 Itaque indicium charitatis vestræ & gloriationis nostræ de vobis in ipsos ostendite in conspectu ecclesiarum omnium.

CAPUT IX.

1 De subministratione autem sanctorum, superfluum egero, si scribam vobis.

2 Novi enim promtitudinem animi vestri, & propterea gloriatus sum de vobis apud Macedones, quòd Achaia parata sit à præterito anno, & æmulatio vestra multos provocavit.

3 Misi autem fratres, ne inanis fieret gloriatio qua gloriati sumus de vobis in hoc negotio, ut, quemadmodum dixi, parati sitis.

4 Ne fortè veniant mecum Macedones, & inveniant vos imparatos, & erubescamus nos, ut non dicamus quòd vos erubescetis in gloriatione illa quâ gloriati sumus.

5 Idcircò cura mihi fuit rogare hos fratres meos, ut venirent ante me ad vos, & præpararent benedictionem illam de qua jampridem commonefacti estis, ut esset parata; ita ut benedictio, nequaquam ut avaritia.

6 Hoc autem *dico*; Qui seminat cum parsimonia, etiam cum parsimonia metet: & qui seminat cum benedictione, etiam cum benedictione metet.

7 Unusquisque secundùm id quod est in animo suo, nequaquam tanquam ex tristitia, aut tanquam ex coactione: datorem enim hilarem diligit Dominus.

8 Facultas enim est in manibus Dei, omnem beneficentiam augendi in vos, ut semper

ut semper in omni re id quod sufficit vobis, sit vobis, & abundetis in omni opere bono:

9 Sicut scriptum est; Dispersit, & dedit pauperibus, & justitia ejus firma est in seculum.

10 Is autem qui dat semen seminatori, & panem in cibum, ipse det, & multiplicet sementem vestram, & augeat fructus justitiæ vestræ:

11 Ut in qualibet re locupletemini in omnem simplicitatem, quæ perficit per nos gratiarum actionem Deo.

12 Quoniam functio ministerii hujus non tantùm penuriam sanctorum supplet, sed etiam exuberat per multas gratiarum actiones Deo.

13 Nam propter probationem ministerii hujus Deum glorificamus, quòd subjecti sitis confessioni Evangelii Christi, & communicaveritis in simplicitate vestra cum illis, & cum omnibus.

14 Et orationem offerunt pro vobis in charitate magna, propter magnitudinem gratiæ Dei in vos.

15 Gratia autem Deo super dono ipsius ineffabili.

CAPUT X.

1 EGo autem Paulus peto à vobis per lenitatem & per humilitatem Christi, qui etiamsi coram humilis sum apud vos, absens tamen confido de vobis.

2 Peto autem à vobis, ne, quum venero, cogar per confidentiam quæ est mihi, ut audeam, sicut cogito, in homines qui arbitrantur nos quasi secundum carnem ambulemus.

3 Etsi enim in carne ambulamus, nequaquam tamen carnis bellum gerimus.

4 Arma enim militiæ nostræ nequaquam sunt carnis, sed potentiæ Dei, & per eam subjugamus munitiones rebelles.

5 ܘܡܣܬܪܝܢܢ ܡܚܫܒܬܐ. ܘܟܠ ܪܘܡܐ ܕܡܬܬܪܝܡ
ܠܘܩܒܠ ܝܕܥܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܫܒܝܢܢ ܟܠ ܪܥܝܢܝܢ
ܠܡܫܡܥܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. 6 ܘܡܛܝܒܝܢܢ
ܠܡܥܒܕ ܬܒܥܬܐ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ: ܡܐ
ܕܐܫܬܡܠܝܬ ܡܫܬܡܥܢܘܬܟܘܢ. 7 ܒܦܪܨܘܦܐ
ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܢ ܐܢܫ ܬܟܝܠ ܥܠ ܢܦܫܗ
ܕܕܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܗܢܐ ܢܕܥ ܡܢ ܢܦܫܗ. ܕܐܝܟ
ܕܗܘ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܢܢ. 8 ܐܢ
ܓܝܪ ܐܦ ܝܬܝܪ ܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܐܘܚܕܢܐ
ܕܝܗܒ ܠܝ ܡܪܢ. ܠܐ ܒܗܬ ܐܢܐ. ܕܠܒܢܝܢܐ
ܕܝܠܟܘܢ ܗܘ ܝܗܒ ܠܢ ܘܠܐ
ܠܡܣܚܦܟܘܢ. 9 ܡܣܬܒܪ ܐܢܐ ܕܝܢ: ܕܠܐ ܐܬܚܫܒ
ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܙܝܥ ܡܙܝܥ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܐܓܪܬܝ.
10 ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܐܢܫܐ ܕܐܡܪܝܢ: ܕܐܓܪܬܗ ܝܩܝܪܢ
ܘܡܚܝܠܢ. ܡܐܬܝܬܗ ܕܝܢ ܕܦܓܪܗ ܟܪܝܗܐ
ܘܡܠܬܗ ܫܝܛܐ. 11 ܐܠܐ ܗܢܐ ܢܬܪܥܐ ܡܢ
ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܕܐܝܟ ܕܐܝܬܝܢ ܒܡܠܬܐ ܕܐܓܪܬܢ
ܟܕ ܪܚܝܩܝܢܢ. ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܢ ܐܦ ܟܕ
ܩܪܝܒܝܢܢ ܒܥܒܕܐ. 12 ܠܐ ܓܝܪ ܡܡܪܚܝܢܢ
ܕܢܫܘܐ ܐܘ ܕܢܦܚܡ ܢܦܫܢ ܥܡ ܐܢܫܝܢ
ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܢܦܫܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܒܗܘܢ
ܒܗܘܢ ܡܦܚܡܝܢ ܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ. 13 ܚܢܢ
ܠܐ ܡܫܬܒܗܪܝܢܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܫܘܚܬܢ. ܐܠܐ
ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܬܚܘܡܐ ܕܦܠܓ ܠܢ ܐܠܗܐ. ܕܢܡܛܐ
ܐܦ ܥܕܡܐ ܠܘܬܟܘܢ. 14 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܐܝܟ ܕܠܐ
ܡܛܝܢܢ ܠܘܬܟܘܢ ܡܬܡܬܚܝܢܢ. ܥܕܡܐ ܓܝܪ
ܠܘܬܟܘܢ ܡܛܝܢܢ ܒܣܒܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. 15 ܘܠܐ
ܡܫܬܒܗܪܝܢܢ ܠܒܪ ܡܢ ܡܫܘܚܬܢ ܒܥܡܠܐ
ܕܐܚܪܢܐ. ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܢ ܣܒܪܐ. ܕܟܕ ܪܒܝܐ
ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܒܟܘܢ ܢܬܪܘܪܒ. ܐܝܟ ܡܫܘܚܬܢ.

16

5 Et demolimur cogitationes, & omnem altitudinem quæ sese extollit adversus cognitionem Dei, & captivas reddimus omnes ratiocinationes ad obedientiam Christi:

6 Et parati sumus sumere vindictam de iis qui non obediunt, quum impleta fuerit obedientia vestra.

7 Faciem intuemini? Si quis confidit de seipso quod Christi sit, hic sciat ex seipso, quod, quemadmodum ipse Christi est, ita etiam nos.

8 Si enim etiam aliquid amplius glorier de potestate quam dedit mihi Dominus noster, non erubesco: quia ad ædificationem vestram dedit nobis, & non ad vestri destructionem.

9 Conniveo autem, ne existimer tanquam is qui perterrefaciendo perterrefaciam vos per epistolas meas.

10 Quia sunt quidam qui dicunt; Epistolæ graves sunt & validæ, adventus autem corporis infirmus, & sermo ejus contemptibilis.

11 Sed hoc cogitet qui ejusmodi dicit, quòd quales sumus per sermonem epistolæ nostræ quum absentes sumus, tales sumus etiam quum præsentes sumus in opere.

12 Non enim audemus æstimare, aut comparare nosipsos cum illis qui seipsos gloriâ extollunt: sed, quia ipsi semet sibi comparant, non intelligunt.

13 Nos non gloriamur ultra mensuram nostram, sed juxta mensuram termini quem partitus est nobis Deus, ut pertingeremus etiam usque ad vos.

14 Nequaquam enim tanquam qui non pertingamus ad vos, extendimus nosipsos: usque ad vos enim pertigimus in Evangelio Christi.

15 Neque gloriamur extra mensuram nostram in labore aliorum: sed est nobis spes, crescente fide vestra, in vobis nos magnificatum iri juxta mensuram nostram.

16

16 Et redundabimus etiam ultra vos ad evangelizandum: non in mensura aliorum, in iis quæ parata sunt, gloriabimur.
17 Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.
18 Nequaquam enim qui seipsum laudat, ille probatus est, sed is quem Deus laudaverit.

CAPUT XI.

1 Utinam autem toleraretis me paulisper, ut loquerer insipienter: sed etiam toleratis me.
2 Zelotypus sum enim erga vos zelotypiâ Dei: despondi enim vos viro unico virginem puram quam offeram Christo.

3 Metuo autem, ne, quemadmodum serpens seduxit Evam versutiâ suâ, ita corrumpantur mentes vestræ à simplicitate quæ est erga Christum.

4 Si enim is qui venit ad vos, alium Jesum prædicasset vobis, quem non prædicavimus; aut spiritum alium accepissetis, quem non accepistis; aut Evangelium aliud, quod non accepistis; pulcrè assensum præberetis.

5 Puto enim quòd nihilo minor sim quàm Apostoli qui admodum excellunt.

6 Licet enim incultus sim sermone meo, non tamen scientiâ meâ: sed in omni re manifesti fuimus apud vos.

7 Aut nunquid delinquendo deliqui, quòd humiliaverim meipsum, ut vos exaltaremini? & gratis prædicaverim vobis Evangelium Dei?
8 Et ecclesias cæteras exspoliavi, & accepi sumtus in vestri ministerium.
9 Et quum venissem ad vos, non oneravi quemquam ex vobis: necessitatem enim meam suppleverunt fratres qui venerant ex Macedonia: & in omni re servavi meipsum, & servabo, ut non onerem vos.
10 Est in me veritas Christi; quòd hæc gloriatio

16 ܘܢܬܝܬܪ ܐܦ ܠܗܠ ܡܢܟܘܢ ܠܡܣܒܪܘ. ܠܐ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܐܚܪܢܐ. ܒܡܛܝܒܬܐ ܕܡܛܝܒܢ ܢܫܬܒܗܪ. 17 ܡܢ ܕܝܢ ܕܡܫܬܒܗܪ ܒܡܪܝܐ ܢܫܬܒܗܪ. 18 ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܢ ܕܡܫܒܚ ܢܦܫܗ ܗܘ ܗܘ ܒܚܝܪܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܡܪܝܐ ܡܫܒܚ ܠܗ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܝܐ

1 ܐܨܒܐ ܕܝܢ ܡܣܝܒܪܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܠܝ ܩܠܝܠ ܕܐܡܠܠ ܒܫܛܝܘܬܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܡܣܝܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܘ ܠܝ. 2 ܛܢܢ ܐܢܐ ܓܝܪ ܥܠܝܟܘܢ ܒܛܢܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܡܟܪܬܟܘܢ ܓܝܪ ܠܓܒܪܐ ܚܕ ܒܬܘܠܬܐ ܕܟܝܬܐ ܕܐܩܪܒ ܠܡܫܝܚܐ. 3 ܕܚܠ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܠܡܐ ܐܝܟ ܕܐܛܥܝ ܚܘܝܐ ܠܚܘܐ ܒܢܟܠܗ. ܗܟܢܐ ܢܬܚܒܠܘܢ ܬܪܥܝܬܟܘܢ ܡܢ ܦܫܝܛܘܬܐ ܕܠܘܬ ܡܫܝܚܐ. 4 ܐܢ ܓܝܪ ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܐܚܪܢܐ ܝܫܘܥ ܐܟܪܙ ܠܟܘܢ ܐܝܢܐ ܕܚܢܢ ܠܐ ܐܟܪܙܢ ܐܘ ܪܘܚܐ ܐܚܪܬܐ ܢܣܒܬܘܢ ܐܝܕܐ ܕܠܐ ܢܣܒܬܘܢ. ܐܘ ܣܒܪܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܝܕܐ ܕܠܐ ܩܒܠܬܘܢ: ܫܦܝܪ ܡܬܚܫܚܝܢ ܗܘܝܬܘܢ. 5 ܣܒܪ ܐܢܐ ܓܝܪ ܕܡܕܡ ܠܐ ܒܨܝܪܬ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܐܝܠܝܢ ܕܝܬܝܪ ܡܬܝܬܪܝܢ. 6 ܐܢ ܓܝܪ ܗܕܝܘܛ ܐܢܐ ܒܡܠܬܝ: ܐܠܐ ܠܐ ܒܝܕܥܬܝ. ܐܠܐ ܒܟܠܡܕܡ ܓܠܝܢ ܚܢܢ ܠܘܬܟܘܢ. 7 ܐܘ ܕܠܡܐ ܡܣܟܠܘ ܐܣܟܠܬ ܕܡܟܟܬ ܢܦܫܝ ܕܐܢܬܘܢ ܬܬܪܝܡܘܢ. ܘܡܓܢ ܐܟܪܙܬ ܠܟܘܢ ܣܒܪܬܗ ܕܐܠܗܐ. 8 ܘܥܕܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܒܙܬ: ܘܢܣܒܬ ܢܦܩܬܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܝܠܟܘܢ. 9 ܘܟܕ ܐܬܝܬ ܠܘܬܟܘܢ ܠܐ ܐܝܩܪܬ ܥܠ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ. ܚܣܝܪܘܬܝ ܓܝܪ ܡܠܝܘ ܐܚܐ ܕܐܬܘ ܡܢ ܡܩܕܘܢܝܐ. ܘܒܟܠ ܡܕܡ ܢܛܪܬ ܢܦܫܝ ܘܢܛܪ ܐܢܐ: ܕܠܐ ܐܝܩܪ ܥܠܝܟܘܢ. 10 ܐܝܬܝܗ ܒܝ ܫܪܪܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܕܗܢܐ ܫܘܒܗܪܐ

gloriatio non abolebitur in me in regionibus Achaiæ.

11 Quamobrem? Quòd non diligam vos? Deus novit.

12 Sed hoc quod facio, etiam faciam, ut præcidam occaſionem illis qui quærunt occaſionem, ut in ea re qua gloriantur, reperiantur ſicut nos.

13 Sunt enim iſti pſeudo-apoſtoli & operarii doloſi, & aſſimilant ſeipſos Apoſtolis Chriſti.

14 Neque eſt mirandum in hoc. Si enim Satanas ipſe transfigurat ſe in Angelum lucis,

15 Non magnum eſt negotium, ſi etiam miniſtri ejus transfigurant ſe in miniſtros juſtitiæ: quorum finis erit ſecundùm opera eorum.

16 Rurſus autem dico; Ne quis putet de me quaſi inſipiens ſim: alioquin etiam ut inſipientem accipite me, ut etiam ego modicum glorier.

17 Quod loquor ſecundùm Dominum noſtrum non loquor, ſed tanquam per inſipientiam in hoc loco gloriationis.

18 Quandoquidem multi gloriantur ſecundum carnem, & ego etiam gloriabor.

19 Faciles enim eſtis ad audiendum deſtitutos mente, quum vos ſapientes ſitis:

20 Et auſcultatis ei qui in ſervitutem vos adigit, & eum qui devorat vos, & eum qui accipit à vobis, & eum qui extollit ſe ſupra vos, & eum qui percutit vos in faciem veſtram.

21 Tanquam cum ignominia dico. Quaſi nos infirmi eſſemus, per defectum mentis dico; In quacunque re audet aliquis, etiam ego audeo.

22 Si Hebræi ſunt, & ego etiam: & ſi Iſraëlitæ ſunt, etiam ego: ſi ſemen ſunt Abrahami, etiam ego.

23 Si miniſtri ſunt Chriſti,

(per

(per defectum mentis dico;) Excellentior illis sum ego: in labore magis quàm illi, in verberibus magis quàm illi, in vinculis magis quàm illi, in mortibus multis temporibus.

ܒܡܣܟܢܘܬ ܪܥܝܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ: ܝܬܝܪ ܡܢܗܘܢ ܐܢܐ: ܒܥܡܠܐ ܝܬܝܪ ܡܢܗܘܢ. ܒܡܚܘܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢܗܘܢ. ܒܐܣܘܪܐ ܝܬܝܪ ܡܢܗܘܢ. ܒܡܘܬܐ ܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ.

24 A Judæis quinquies quadragenas *plagas*, unâ minus, devoravi.

24 ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܚܡܫ ܙܒܢܝܢ. ܐܪܒܥܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܢܓܕܝܢ ܚܕ ܒܨܝܪ ܩܒܠܬ.

25 Ter virgis cæsus fui: semel lapidatus fui: ter fui in naufragio die ac nocte, sine navi in mari fui.

25 ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܒܫܒܛܐ ܐܬܢܓܕܬ. ܚܕܐ ܙܒܢ ܐܬܪܓܡܬ. ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܗܘܬ ܠܝ ܬܒܪܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ. ܕܠܐ ܐܠܦܐ ܒܝܡܐ ܗܘܝܬ.

26 In itineribus multis, in periculo fluminum, in periculo latronum, in periculo à genere meo, in periculo à populis: in periculo fui in civitatibus, in periculo fui in deserto, in periculo in mari, in periculo à falsis fratribus.

26 ܒܐܘܪܚܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܕܢܗܪܘܬܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܕܓܝܣܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܕܡܢ ܒܢܝ ܛܘܗܡܝ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܗܘܝܬ ܒܡܕܝܢܬܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܗܘܝܬ ܒܡܕܒܪܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܕܒܝܡܐ. ܒܥܩܘܒܝܐ ܕܡܢ ܐܚܐ ܕܓܠܐ.

27 In labore & in fatigatione, in vigiliis multis, in fame & in siti, in jejunio multo, in frigore & nuditate:

27 ܒܥܡܠܐ ܘܒܠܐܘܬܐ. ܒܫܗܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܒܟܦܢܐ ܘܒܨܗܝܐ. ܒܨܘܡܐ ܣܓܝܐܐ. ܒܩܘܪܫܐ ܘܒܥܪܛܠܝܘܬܐ.

28 Præter plura, & Cœtum qui est quotidie super me, & curam meam quæ est pro omnibus ecclesiis.

28 ܣܛܪ ܡܢ ܝܬܝܪܬܐ. ܘܡܣܩܬܐ ܕܥܠܝ ܒܟܠܝܘܡ. ܘܝܨܝܦܘܬܐ ܕܠܝ ܕܥܠ ܟܠܗܝܢ ܥܕܬܐ.

29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non uror?

29 ܡܢܘ ܡܬܟܪܗ ܘܠܐ ܐܢܐ ܡܬܟܪܗ ܐܢܐ. ܡܢܘ ܡܬܟܫܠ: ܘܠܐ ܐܢܐ ܝܩܕ ܐܢܐ.

30 Si gloriari oporteat, in infirmitatibus meis gloriabor.

30 ܐܢ ܠܡܫܬܒܗܪܘ ܘܠܐ ܒܟܘܪܗܢܝ ܐܫܬܒܗܪ.

31 Novit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, benedictus in seculum seculorum, quod non mentiar.

31 ܝܕܥ ܗܘ ܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܒܪܟܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܕܠܐ ܡܕܓܠ ܐܢܐ.

32 Damasci Præfectus exercitus Aretæ Regis custodiebat civitatem Damascenorum, ad comprehendendum me.

32 ܒܕܪܡܣܘܩ ܪܫ ܚܝܠܐ ܕܐܪܝܛܣ ܡܠܟܐ. ܢܛܪ ܗܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܕܪܡܣܘܩܝܐ ܠܡܐܚܕܢܝ.

33 Et ex fenestra in sporta demiserunt me ex muro, & ereptus sum è manibus ejus.

33 ܘܡܢ ܟܘܬܐ ܒܣܦܝܪܬܐ ܫܒܩܘܢܝ ܡܢ ܫܘܪܐ ܘܐܬܦܠܛܬ ܡܢ ܐܝܕܘܗܝ.

CAPUT ܩܦܠܐܘܢ

CAPUT XII.

1 GLoriari oportet, sed non expedit: venio enim ad visiones & ad revelationes Domini nostri.

2 Novi hominem in Christo ante quatuordecim annos, (num autem in corpore, & num absque corpore *fuerit*, non novi, Deus novit:) qui raptus est, ipse hic, usque ad tertiam cœli partem.

3 Et novi hunc ipsum hominem; an autem in corpore, & an absque corpore *fuerit*, non novi: Deus novit.

4 Et raptus est in Paradisum, & audivit verba ineffabilia, quæ non licet homini eloqui.

5 Super hoc gloriabor; de me autem ipso non gloriabor, nisi in infirmitatibus.

6 Si enim voluero gloriari, non ero insipiens; veritatem enim dico: parco autem, ne quis cogitet de me plusquam quod videt me esse, & quod audit ex me.

7 Et ne efferrem me propter excellentiam revelationum, traditus est mihi stimulus carni meæ, angelus Satanæ, ut colaphis cæderet me, ne efferrem me.

8 Super hoc ter petii à Domino meo, ut discederet à me.

9 Et dixit mihi; Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut protegat me virtus Christi.

10 Hanc ob causam complaceo mihi in infirmitatibus, in ignominia, in afflictionibus, in persequutionibus, in angustiis quæ sunt pro Christo: quum enim infirmus ego sum, tunc potens sum.

11 Ecce, factus sum carens mente in gloriatione mea: quia vos coëgistis me. Debitores enim eratis, ut vos testaremini de me, propterea quòd nihilo fui inferior Apostolis illis qui admodum excellunt, tametsi

tametsi non sim quicquam.

12 Indicia Apostolorum edidi inter vos, in omni patientia, & potentiis, & prodigiis, & virtutibus.

13 Nam qua in re inferiores fuistis ecclesiis aliis, nisi in hoc quòd ego non fuerim vobis oneri? Condonate mihi hoc delictum.

14 Ecce jam tertiò paratus sum venire ad vos, neque oneri vobis esse: quia non quæro vestra, sed vos. Non enim debent liberi reponere thesauros parentibus, sed parentes liberis suis.

15 Ego verò libenter & sumtus impendam, & etiam meipsum dabo pro animabus vestris; etiamsi, quum abundè diligam vos, vos minùs diligatis me.

16 Et fortasse ego non fui vobis oneri, sed tanquam vir astutus dolo vos suffuratus sum.

17 Nunquid per aliquem alium, quem misi ad vos, expilavi vos?

18 Titum rogavi, & misi cum eo fratres. Nunquid aliqua in re expilavit vos Titus? Non uno Spiritu ambulavimus, & eisdem vestigiis?

19 Nunquid rursum arbitramini quòd apud vos nos excusemus? Coram Deo per Christum loquimur: & omnia, dilecti mei, propter ædificationem vestram.

20 Vereor enim ne veniam ad vos, & non inveniam vos sicut vellem: & inveniar vobis ego quoque qualem non velletis: ne fortè *sit* contentio, & invidia, & ira, & calumnia, & obtrectatio, & murmuratio, & elatio, & tumultus.

21 Ne, quum venero ad vos, humiliet me Deus meus, & lugeam propter multos qui peccaverunt, & non resipuerunt ab impuritate, & à scortatione, & à lascivia quam patraverunt.

CAPUT

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

ܩܦܠܐܘܢ ܝܓ

1 ܗܕܐ ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܡܛܝܒ ܐ̱ܢܐ ܕܐܬܐ
ܠܘܬܟܘܢ. ܕܥܠ ܦܘܡ ܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܣܗܕܝܢ
ܬܩܘܡ ܟܠ ܡܠܐ. 2 ܩܕܡ ܩܕܝܡ ܐܡܪܬ ܗܘܝܬ
ܠܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܡܩܕܡ ܐ̱ܢܐ ܐܡܪ ܐ̱ܢܐ ܠܟܘܢ ܐܝܟ
ܕܐܦ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܕܗܘܝܬ ܠܘܬܟܘܢ ܐܡܪܬ
ܠܟܘܢ. ܐܦ ܗܫܐ ܟܕ ܦܪܝܩ ܐ̱ܢܐ ܟܬܒ ܐ̱ܢܐ:
ܠܗܠܝܢ ܕܚܛܘ. ܘܠܫܪܟܐ ܕܐܚܪܢܐ. ܕܐܢ ܐܬܐ
ܬܘܒ ܠܐ ܐܚܘܣ. 3 ܡܛܠ ܕܒܘܩܝܐ ܒܥܝܢܬܘܢ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܡܠܠ ܒܝ. ܗܘ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܚܝܠ
ܒܟܘܢ. ܐܠܐ ܚܝܠܬܢ ܗܘ ܒܟܘܢ. 4 ܐܦܢ ܐܙܕܩܦ
ܓܝܪ ܒܡܚܝܠܘܬܐ: ܐܠܐ ܚܝ ܗܘ ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ.
ܐܦ ܚܢܢ ܡܚܝܠܝܢ ܚܢܢ ܒܗ. ܐܠܐ ܚܝܝܢ ܚܢܢ ܥܡܗ
ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܟܘܢ. 5 ܢܦܫܟܘܢ ܒܩܘ:
ܐܢ ܟܢܘ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܢܦܫܟܘܢ
ܢܣܘ: ܐܘ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥܝܢܬܘܢ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܒܟܘܢ ܗܘ: ܘܐܢ ܠܐ ܡܣܠܝܐ ܐܝܬܝܟܘܢ. 6 ܡܣܒܪ
ܐ̱ܢܐ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ: ܕܚܢܢ ܠܐ ܗܘܝܢ ܡܣܠܝܝܢ.
7 ܨܠܐ ܐ̱ܢܐ ܕܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܒܟܘܢ
ܡܕܡ ܕܒܝܫ: ܐܝܟ ܕܒܘܩܝܢ ܕܝܠܢ ܢܬܚܙܐ. ܐܠܐ
ܕܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܥܒܕܝܢ ܛܒܬܐ. ܘܚܢܢ ܢܗܘܐ ܐܝܟ
ܡܣܠܝܐ. 8 ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܝܢ ܕܢܥܒܕ ܡܕܡ
ܠܘܩܒܠ ܩܘܫܬܐ. ܐܠܐ ܚܠܦ ܩܘܫܬܐ. 9 ܚܕܝܢܢ
ܕܝܢ ܟܕ ܕܚܢܢ ܡܚܝܠܝܢ: ܘܐܢܬܘܢ ܚܝܠܬܢܝܢ.
ܗܕܐ ܕܝܢ ܘܐܦ ܡܨܠܝܢܢ ܕܐܢܬܘܢ ܬܬܓܡܪܘܢ.
10 ܡܛܠܗܕܐ ܗܟܢܐ ܟܕ ܪܚܝܩ ܐ̱ܢܐ ܗܠܝܢ ܟܬܒ
ܐ̱ܢܐ: ܕܠܐ ܡܐ ܕܐܬܝܬ ܒܩܫܝܘܬ ܐܬܕܒܪ ܐܝܟ
ܫܘܠܛܢܐ ܕܝܗܒ ܠܝ ܡܪܝ. ܠܒܢܝܢܟܘܢ ܘܠܐ
ܠܣܘܚܦܟܘܢ. 11 ܡܟܝܠ ܐܚܝ: ܚܕܘ ܘܐܬܓܡܪܘ
ܘܐܬܒܝܐܘ.

CAPUT XIII.

1 JAm tertiò paratus ſum, ut veniam ad vos, ut per os duorum triumve teſtium ſtabile ſit omne verbum.

2 Antè dixeram vobis, & rurſum prædico vobis; ſicut etiam ſecundò, quum eſſem apud vos, dixi vobis: etiam nunc abſens ſcribo illis qui peccaverunt, & cæteris aliis; Si venero denuò, non parcam.

3 Propterea quòd experimentum quæritis Chriſti qui loquitur per me, qui non eſt infirmus in vobis, ſed potens eſt in vobis.

4 Quamvis enim crucifixus ſit in infirmitate, attamen vivit in virtute Dei. Etiam nos infirmi ſumus cum eo, attamen vivimus cum eo in virtute Dei, quæ eſt in vobis.

5 Voſipſos probate, num in fide ſtetis: voſipſos tentate. Aut non agnoſcitis Jeſum Chriſtum in vobis eſſe? Et ſi non, reprobi eſtis.

6 Spero autem quòd cognoſcetis nos non eſſe reprobos.

7 Opto autem à Deo, ne ſit in vobis aliquid mali, ut probatio noſtri appareat: ſed ut vos faciatis bona, & nos ſimus tanquam reprobi.

8 Non enim poſſumus facere quicquam contra veritatem, ſed pro veritate.

9 Gaudemus autem quum nos infirmi, & vos validi *eſtis*: & hoc autem oramus quoque, ut vos perfecti reddamini.

10 Idcircò, quum longè ſim, hæc ſcribo, ne, quum venero, duriter agam juxta poteſtatem quam dedit mihi Dominus meus ad veſtri ædificationem, & non ad veſtri deſtructionem.

11 Proinde, fratres mei, gaudete, & perfecti eſtote, &

& consolationem habete; & consensus, & pax sit inter vos: & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum.

12 Salutate alius alium osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

13 Pax Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti sit cum vobis omnibus. Amen.

Finita est Epistola ad Corinthios secunda, quæ scripta fuit Philippis Macedoniæ, & missa fuit per Titum.

ܘܐܬܒܝܐܘ. ܘܐܫܬܘܘ ܘܫܝܢܐ ܗܘܘ ܒܟܘܢ. ܘܐܠܗܐ ܕܚܘܒܐ ܘܕܫܝܢܐ ܢܗܘܐ ܥܡܟܘܢ. 12 ܫܐܠܘ ܒܫܠܡܐ ܚܕ ܠܚܕ ܒܢܘܫܩܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. 13 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܘܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ ܘܫܘܬܦܘܬܗ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܬܪܬܝܢ ܕܩܘܪܢܬܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܦܝܠܝܦܘܣ ܕܡܩܕܘܢܝܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܐܝܕ ܛܛܘܣ ܀

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܓܠܛܝܐ ܀

EPISTOLA PAULI AD GALATAS.

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܠܐ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܘܠܐ ܒܝܕ ܒܪܢܫܐ ܐܠܐ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܗܘ ܕܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. 2 ܘܟܠܗܘܢ ܐܚܐ ܕܥܡܝ. ܠܥܕܬܐ ܕܒܓܠܛܝܐ. 3 ܫܠܡܐ ܥܡܟܘܢ. ܘܫܝܢܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 4 ܗܘ ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ ܚܠܦ ܚܛܗܝܢ. ܕܢܦܨܝܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܝܫܐ. ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܐܒܘܢ. 5 ܕܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ 6 ܬܡܝܗ ܐܢܐ ܕܗܟܢܐ ܥܓܠ ܡܬܗܦܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܩܪܟܘܢ ܒܛܝܒܘܬܗ. ܠܣܒܪܬܐ ܐܚܪܬܐ. 7 ܐܝܕܐ ܕܠܐ ܐܝܬܝܗ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܗܘ ܐܝܬ ܕܕܠܚܝܢ ܠܟܘܢ. ܘܨܒܝܢ ܕܢܗܦܟܘܢ ܣܒܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. 8 ܐܦܠܐ ܚܢܢ ܐܘ ܡܠܐܟܐ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܢܣܒܪܟܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܡܐ ܕܣܒܪܢܟܘܢ: ܢܗܘܐ ܚܪܡ. 9 ܐܝܟ ܕܩܕܡ ܐܡܪܢ: ܘܗܫܐ ܬܘܒ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܐܢ ܐܢܫ ܡܣܒܪ ܠܟܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܡܐ ܕܩܒܠܬܘܢ. ܢܗܘܐ ܚܪܡ. 10 ܗܫܐ ܓܝܪ ܠܒܢܝܢܫܐ ܗܘ ܡܦܝܣ ܐܢܐ ܐܘ ܠܐܠܗܐ

CAPUT I.

1 PAULUS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deum Patrem ejus qui suscitavit eum à mortuis.

2 Et omnes fratres qui mecum sunt, ecclesiis quæ sunt in Galatia.

3 Gratia vobiscum, & pax à Deo Patre, & à Domino nostro Jesu Christo:

4 Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos ab hoc seculo malo, secundùm voluntatem Dei Patris nostri:

5 Cui gloria in seculum seculorum. Amen.

6 Miror quomodo celeriter aversi sitis à Christo, qui vocavit vos per gratiam suam, ad Evangelium aliud:

7 Quod non extat: sed secundum homines est qui conturbant vos, & volunt invertere Evangelium Christi.

8 Etiamsi autem nos, aut Angelus è cœlo evangelizaverit vobis præter id quod evangelizavimus vobis, sit anathema.

9 Quemadmodum antè dixi, & nunc rursus dico; Si quis evangelizet vobis præter id quod accepistis, sit anathema.

10 Nunc enim hominibus suadeo, aut Deo?

Deo? aut hominibus studeo placere? Si enim hactenus hominibus placerem, servus Christo non essem.

11 Notum autem vobis facio, fratres mei, quòd evangelium, quod prædicatum fuit à me, non fuit ab homine.

12 Neque enim ego ab homine accepi illud, & didici illud; sed per revelationem Jesu Christi.

13 Audistis enim conversationes meas quæ fuerunt antè in Judaismo, quòd vehementer persequebar Ecclesiam Dei, & vastabam eam:

14 Et excellentior eram multò in Judaismo quàm multi coætanei mei qui erant in genere meo, & excellentiùs zelabam doctrinam patrum meorum.

15 Quum autem voluit ille qui segregavit me ab utero matris meæ, & vocavit me per gratiam suam,

16 Ut revelaret Filium suum per me, quem prædicarem inter populos, statim non revelavi carni & sanguini,

17 Neque profectus sum Hierosolymam ad Apostolos qui erant ante me; sed profectus sum in Arabiam, & rursus sum reversus Damascum:

18 Et post tres annos profectus sum Hierosolymam, ut viderem Cepham: & mansi apud eum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apostolis non vidi, nisi Jacobum fratrem Domini nostri.

20 Hæc autem quæ scribo vobis, ecce coram Deo *scribo*, quia non mentior.

21 Et postea veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Neque cognoscebant me de facie Ecclesiæ quæ erant in Judæa, quæ erant in Christo.

23 Sed hoc tantùm audiebant; Ille qui antè persequebatur nos, nunc ecce prædicat fidem illam quam ante tempus subvertebat:

24 Et glorificabant propter me Deum

CAPUT

ܠܐܠܗܐ. ܐܘ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܕܐܫܦܪ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܡܫܦܪ ܗܘܝܬ: ܥܒܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܝܬ܀ 11 ܡܘܕܥ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܚܝ̈: ܕܣܒܪܬܐ ܕܐܣܬܒܪܬ ܡܢܝ: ܠܐ ܗܘܬ ܡܢ ܒܪܢܫܐ. 12 ܐܦ ܠܐ ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܒܪܢܫܐ ܩܒܠܬܗ ܘܝܠܦܬܗ. ܐܠܐ ܒܓܠܝܢܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 13 ܫܡܥܬܘܢ ܓܝܪ ܗܦܘܟܝ̈ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܒܝܗܘܕܝܘܬܐ. ܕܛܒ ܝܬܝܪܐܝܬ ܪܕܦ ܗܘܝܬ ܠܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܚܪܒ ܗܘܝܬ ܠܗ. 14 ܘܡܬܬܘܣܦ ܗܘܝܬ ܒܝܗܘܕܝܘܬܐ: ܝܬܝܪ ܡܢ ܣܓܝܐܐ ܒܢܝ̈ ܫܢܝ ܕܗܘܘ ܒܫܪܒܬܝ. ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܛܢܢ ܗܘܝܬ ܒܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗܝ. 15 ܟܕ ܨܒܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܦܪܫܢܝ ܡܢ ܟܪܣ ܐܡܝ: ܘܩܪܢܝ ܒܛܝܒܘܬܗ. 16 ܕܢܓܠܐ ܒܪܗ ܒܝ ܕܐܣܒܪܝܘܗܝ ܒܥܡܡܐ. ܒܗ ܒܫܥܬܗ ܠܐ ܓܠܝܬ ܠܒܣܪܐ ܘܠܕܡܐ. 17 ܘܠܐ ܐܙܠܬ ܠܐܘܪܫܠܡ ܠܘܬ ܫܠܝ̈ܚܐ ܕܡܢ ܩܕܡܝ. ܐܠܐ ܐܙܠܬ ܠܐܪܒܝܐ ܘܬܘܒ ܗܦܟܬ ܠܕܪܡܣܘܩ. 18 ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܠܬ ܫܢܝ̈ܢ ܐܙܠܬ ܠܐܘܪܫܠܡ ܕܐܚܙܐ ܠܟܐܦܐ. ܘܩܘܝܬ ܠܘܬܗ ܝܘܡܬܐ ܚܡܫܬܥܣܪ. 19 ܠܐܢܫ ܕܝܢ ܡܢ ܫܠܝ̈ܚܐ ܠܐ ܚܙܝܬ: ܐܠܐ ܠܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ. 20 ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܗܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܕܓܠ ܐܢܐ. 21 ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܬܝܬ ܠܐܬܪܘܬܐ ܕܣܘܪܝܐ ܘܕܩܝܠܝܩܝܐ. 22 ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܠܝ ܒܦܪܨܘܦܐ ܥܕ̈ܬܐ ܕܒܝܗܘܕ ܕܒܡܫܝܚܐ. 23 ܐܠܐ ܗܕܐ ܒܠܚܘܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ: ܕܗܘ ܕܪܕܦ ܗܘܐ ܠܢ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܗܫܐ ܗܐ ܡܣܒܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܝ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܡܚܒܠ ܗܘܐ. 24 ܘܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܒܝ ܠܐܠܗܐ܀

ܩܦܠܐܘܢ

CAPUT II.

1 Rursus autem à quatuordecim annis ascendi Hierosolymam cum Barnaba, & assumsi mecum Titum.

2 Ascendi autem per revelationem, & patefeci eis Evangelium quod prædico inter populos: & privatim ostendi illud iis qui reputabantur aliquid esse, ne frustrà cucurrissem, aut currerem.

3 Etiam Titus qui mecum erat, qui Gentilis erat, non fuit coactus ut circumcideretur.

4 Propter fratres autem falsos qui ingressi sunt ad nos, ut explorarent libertatem quæ est nobis in Jesu Christo, quò in servitutem adigerent me.

5 Ne minuto quidem horæ abjecimus nos ad eorum subjectionem, ut veritas Evangelii maneret apud vos.

6 Illi autem qui reputabantur quòd essent aliquid (qui verò fuerint non est mihi curæ: Deus enim faciem hominum non accipit) ipsi autem illi nihil quicquam addiderunt mihi.

7 Sed contra: viderunt enim quod concreditum esset mihi Evangelium præputii, sicut concreditum erat Cephæ in circumcisione.

8 Ille enim qui efficax fuit in Cepham in Apostolatu circumcisionis, efficax fuit etiam in me in Apostolatu Gentium.

9 Et quum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus & Cephas & Johannes, qui reputabantur quòd essent columnæ, dextram societatis dederunt mihi & Barnabæ, ut nos inter Gentes, & ipsi in circumcisionem.

10 Tantummodo ut pauperum essemus memores: & solicitudo incubuit mihi ut hoc ipsum facerem.

11 Quum venisset autem Cephas Antiochiam, in faciem ejus redargui eum, quoniam offendebantur in eo.

12 Quòd priusquam venirent quidam à Jacobo, cum Gentibus comederet: quum

Deo? aut hominibus studeo placere? Si enim hactenus hominibus placerem, servus Christo non essem.

11 Notum autem vobis facio, fratres mei, quòd evangelium, quod prædicatum fuit à me, non fuit ab homine.

12 Neque enim ego ab homine accepi illud, & didici illud; sed per revelationem Jesu Christi.

13 Audistis enim conversationes meas quæ fuerunt antè in Judaismo, quòd vehementer persequebar Ecclesiam Dei, & vastabam eam:

14 Et excellentior eram multò in Judaismo quàm multi coætanei mei qui erant in genere meo, & excellentiùs zelabam doctrinam patrum meorum.

15 Quum autem voluit ille qui segregavit me ab utero matris meæ, & vocavit me per gratiam suam,

16 Ut revelaret Filium suum per me, quem prædicarem inter populos, statim non revelavi carni & sanguini,

17 Neque profectus sum Hierosolymam ad Apostolos qui erant ante me; sed profectus sum in Arabiam, & rursus sum reversus Damascum:

18 Et post tres annos profectus sum Hierosolymam, ut viderem Cepham: & mansi apud eum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apostolis non vidi, nisi Jacobum fratrem Domini nostri.

20 Hæc autem quæ scribo vobis, ecce coram Deo *scribo*, quia non mentior.

21 Et postea veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Neque cognoscebant me de facie Ecclesiæ quæ erant in Judæa, quæ erant in Christo.

23 Sed hoc tantùm audiebant; Ille qui antè persequebatur nos, nunc ecce prædicat fidem illam quam ante tempus subvertebat:

24 Et glorificabant propter me Deum

CAPUT

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 ܒܬܪ ܕܝܢ ܡܢ ܐܪܒܥܣܪܐ ܫܢܝܢ܃
ܣܠܩܬ ܠܐܘܪܫܠܡ ܥܡ ܒܪܢܒܐ. ܘܕܒܪܬ ܥܡܝ
ܠܛܛܘܣ. 2 ܣܠܩܬ ܕܝܢ ܒܓܠܝܢܐ. ܘܓܠܝܬ
ܠܗܘܢ ܣܒܪܬܐ ܕܡܟܪܙ ܐܢܐ ܒܥܡܡܐ. ܘܒܝܢܝ ܠܗܘܢ
ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܡܕܡ ܚܘܝܬ
ܠܗܘܢ. ܕܠܡܐ ܣܪܝܩܐܝܬ ܪܗܛܬ ܐܘ ܪܗܛ ܐܢܐ.
3 ܐܦ ܛܛܘܣ ܕܥܡܝ ܗܘܐ ܐܪܡܝܐ ܗܘܐ: ܠܐ ܐܠܨܘܗܝ
ܠܡܓܙܪ. 4 ܡܛܠ ܕܝܢ ܐܚܐ ܕܓܠܐ ܕܥܠܘ ܥܠܝܢ.
ܕܢܪܓܢ ܚܐܪܘܬܢ ܕܐܝܬ ܠܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܥܒܕܘܢܢܝ. 5 ܐܦܠܐ ܠܙܒܢܐ ܕܫܥܐ ܐܬܪܟܢܢ
ܠܡܫܬܥܒܕܘ ܠܗܘܢ. ܕܬܩܘܐ ܫܪܪܐ ܕܣܒܪܬܐ ܠܘܬܟܘܢ.
6 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܡܕܡ: ܡܢ
ܕܝܢ ܐܝܟܢܐ ܗܘܘ ܠܐ ܐܟܦܬ ܠܝ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ
ܒܐܦܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܠܐ ܢܣܒ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ:
ܡܕܡ ܠܐ ܐܘܣܦܘ ܠܝ. 7 ܐܠܐ ܐܦܟܐ. ܚܙܘ
ܓܝܪ ܕܐܬܗܝܡܢܬ ܣܒܪܬܐ ܕܥܘܪܠܘܬܐ: ܐܝܟ
ܕܐܬܗܝܡܢ ܟܐܦܐ ܒܓܙܘܪܬܐ. 8 ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܥܕܪ
ܠܟܐܦܐ ܒܫܠܝܚܘܬܐ ܕܓܙܘܪܬܐ: ܐܥܕܪ ܐܦ ܠܝ
ܒܫܠܝܚܘܬܐ ܕܥܡܡܐ. 9 ܘܟܕ ܝܕܥܘ ܛܝܒܘܬܐ
ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܝ: ܝܥܩܘܒ ܘܟܐܦܐ ܘܝܘܚܢܢ:
ܗܢܘܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܥܡܘܕܐ:
ܝܡܝܢܐ ܕܫܘܬܦܘܬܐ ܝܗܒܘ ܠܝ ܘܠܒܪܢܒܐ. ܕܚܢܢ
ܒܥܡܡܐ ܘܗܢܘܢ ܒܓܙܘܪܬܐ. 10 ܒܠܚܘܕ
ܕܡܣܟܢܐ ܢܗܘܐ ܥܗܝܕܝܢ. ܘܐܬܚܦܛܬ ܠܝ ܕܗܕܐ
ܗܝ ܐܥܒܕܝܗ ✣ 11 ܟܕ ܐܬܐ ܕܝܢ ܟܐܦܐ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܠܘܩܒܠ ܐܦܘܗܝ. ܐܟܣܬܗ
ܕܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. 12 ܥܕܠܐ ܢܐܬܘܢ ܐܢܫܐ
ܡܢ ܠܘܬ ܝܥܩܘܒ. ܥܡ ܥܡܡܐ ܐܟܠ ܗܘܐ.
ܟܕ

CAPUT II.

1 Rursus autem à quatuordecim annis ascendi Hierosolymam cum Barnaba, & assumsi mecum Titum.

2 Ascendi autem per revelationem, & patefeci eis Evangelium quod prædico inter populos: & privatim ostendi illud iis qui reputabantur aliquid esse, ne frustrà cucurrissem, aut currerem.

3 Etiam Titus qui mecum erat, qui Gentilis erat, non fuit coactus ut circumcideretur.

4 Propter fratres autem falsos qui ingressi sunt ad nos, ut explorarent libertatem quæ est nobis in Jesu Christo, quò in servitutem adigerent me.

5 Ne minuto quidem horæ abjecimus nos ad eorum subjectionem, ut veritas Evangelii maneret apud vos.

6 Illi autem qui reputabantur quòd essent aliquid (qui verò fuerint non est mihi curæ: Deus enim faciem hominum non accipit) ipsi autem illi nihil quicquam addiderunt mihi.

7 Sed contra: viderunt enim quod concreditum esset mihi Evangelium præputii, sicut concreditum erat Cephæ in circumcisione.

8 Ille enim qui efficax fuit in Cepham in Apostolatu circumcisionis, efficax fuit etiam in me in Apostolatu Gentium.

9 Et quum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus & Cephas & Johannes, qui reputabantur quòd essent columnæ, dextram societatis dederunt mihi & Barnabæ, ut nos inter Gentes, & ipsi in circumcisionem.

10 Tantummodo ut pauperum essemus memores: & solicitudo incubuit mihi ut hoc ipsum facerem.

11 Quum venisset autem Cephas Antiochiam, in faciem ejus redargui eum, quoniam offendebantur in eo.

12 Quòd priusquam venirent quidam à Jacobo, cum Gentibus comederet: quuum

quum autem venissent, subduxisset sese, & separasset, quia timebat ab illis qui erant ex circumcisione.

13 Et sese subjecerant cum eo in hoc etiam cæteri Judæi: adeò ut etiam Barnabas adductus esset ad accipiendum faciem eorum.

14 Quumque vidissem quod non ambularent rectè in veritate Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus; Si tu Judæus es ac gentiliter vivis, & non Judaicè, quomodo cogis Gentes ut Judaicè vivant?

15 Si enim nos qui naturâ nostrâ Judæi sumus, & non sumus ex Gentibus peccatores,

16 Propterea quòd novimus non justificari hominem ex operibus Legis, sed per fidem Jesu Christi: etiam nos in Jesum Christum credidimus, ut ex fide Christi justificaremur, & non ex operibus Legis: quia ex operibus Legis non justificatur ulla caro.

17 Et si autem, dum studemus justificari per Christum, reperimur etiam nos peccatores, ergo Jesus Christus minister est peccati? Absit.

18 Si enim quæ destruxi, eadem rursus ædifico, ostendo de meipso, quod transgressor mandati sim.

19 Ego enim per Legem Legi mortuus sum, ut Deo vivam, & cum Christo crucifixus sum.

20 Et deinceps nequaquam ego vivo, sed vivit in me Christus: & hoc quod jam vivo in carne, per fidem Filii Dei vivo, qui dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me.

21 Non rejicio gratiam Dei. Si enim per Legem est justitia, Christus frustra mortuus est.

ܟܕ ܐܬܘ ܕܝܢ: ܡܛܫܐ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܘܦܪܫ. ܡܛܠ ܕܕܚܠ ܗܘܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܓܙܘܪܬܐ. 13 ܘܐܫܬܥܒܕܘ ܗܘܘ ܥܡܗ ܠܗܕܐ. ܐܦ ܫܪܟܐ ܝܗܘܕܝܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܒܪܢܒܐ ܐܬܕܒܪ ܗܘܐ ܠܡܣܒ ܒܐܦܝܗܘܢ. 14 ܘܟܕ ܚܙܝܬ ܕܠܐ ܪܕܝܢ ܬܪܝܨܐܝܬ ܒܫܪܪܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ: ܐܡܪܬ ܠܟܐܦܐ ܠܥܝܢ ܟܠܗܘܢ. ܐܢ ܐܢܬ ܝܗܘܕܝܐ ܐܢܬ ܥܡܡܐܝܬ ܚܝܐ ܐܢܬ ܘܠܐ ܝܗܘܕܐܝܬ: ܐܝܟܢܐ ܐܠܨ ܐܢܬ ܠܥܡܡܐ ܕܝܗܘܕܐܝܬ ܢܚܘܢ. 15 ܐܢ ܚܢܢ ܓܝܪ ܕܒܟܝܢܢ ܝܗܘܕܝܐ ܚܢܢ: ܘܠܐ ܗܘܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܚܛܝܐ: 16 ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ ܕܠܐ ܡܙܕܕܩ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܐܠܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܐܦ ܚܢܢ ܒܗ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܝܡܢܢ. ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܙܕܕܩ: ܘܠܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ: ܠܐ ܡܙܕܕܩ ܟܠ ܒܣܪ. 17 ܐܢ ܕܝܢ ܟܕ ܒܥܝܢܢ ܕܢܙܕܕܩ ܒܡܫܝܚܐ. ܐܫܬܟܚܢ ܠܢ ܐܦ ܚܢܢ ܚܛܝܐ ܟܒܪ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܫܡܫܢܐ ܗܘ ܕܚܛܝܬܐ. ܚܣ. 18 ܐܢ ܓܝܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܪܝܬ ܠܗܝܢ ܬܘܒ ܒܢܐ ܐܢܐ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܥܠ ܢܦܫܝ ܕܥܒܪ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ ܐܢܐ. 19 ܐܢܐ ܓܝܪ ܒܢܡܘܣܐ ܠܢܡܘܣܐ ܡܝܬܬ ܕܠܐܠܗܐ ܐܚܐ. ܘܥܡ ܡܫܝܚܐ ܙܩܝܦ ܐܢܐ. 20 ܘܡܟܝܠ ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܚܝ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܚܝ ܒܝ ܡܫܝܚܐ. ܘܗܢܐ ܕܗܫܐ ܚܝ ܐܢܐ ܒܒܣܪ: ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝ ܐܢܐ. ܗܘ ܕܐܚܒܢܝ ܘܐܫܠܡ ܢܦܫܗ ܚܠܦܝ. 21 ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܡܣܠܐ ܠܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܗܝ ܙܕܝܩܘܬܐ: ܡܫܝܚܐ ܡܓܢ ܡܝܬ.

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܐܘ ܚܣܝܪܝ ܪܥܝܢܐ ܓܠܛܝܐ. ܡܢܘ ܚܣܡ ܒܟܘܢ. ܕܗܐ ܐܝܟ ܕܒܨܘܪܬܐ ܗܘܐ ܨܝܪ ܩܕܡ ܥܝܢܝܟܘܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܕ ܙܩܝܦ. 2 ܗܕܐ ܒܠܚܘܕ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܐܕܥ ܡܢܟܘܢ. ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ ܢܣܒܬܘܢ ܪܘܚܐ. ܐܘ ܡܢ ܫܡܥܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. 3 ܗܟܢܐ ܣܟܠܝܬܘܢ: ܕܫܪܝܬܘܢ ܒܪܘܚܐ. ܘܗܫܐ ܒܒܣܪܐ ܡܫܠܡܝܬܘܢ. 4 ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܣܪܝܩܐܝܬ ܣܝܒܪܬܘܢ. ܘܐܠܘ ܕܝܢ ܣܪܝܩܐܝܬ. 5 ܗܘ ܗܟܝܠ ܕܝܗܒ ܠܟܘܢ ܪܘܚܐ. ܘܣܥܪ ܒܟܘܢ ܚܝܠܐ. ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ ܐܘ ܡܢ ܫܡܥܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. 6 ܐܝܟ ܕܗܝܡܢ ܐܒܪܗܡ ܠܐܠܗܐ: ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܠܟܐܢܘܬܐ. 7 ܕܥܘ ܗܟܝܠ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܢܘܢ: ܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܒܢܘܗܝ ܕܐܒܪܗܡ. 8 ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘ ܡܙܕܕܩܝܢ ܥܡܡܐ. ܩܕܡ ܣܒܪ ܠܐܒܪܗܡ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܟܬܒܐ: ܕܒܟ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. 9 ܡܟܝܠ ܡܗܝܡܢܐ ܗܢܘܢ ܡܬܒܪܟܝܢ ܥܡ ܐܒܪܗܡ ܡܗܝܡܢܐ. 10 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܡܢ ܥܒܕܐ ܐܢܘܢ ܕܢܡܘܣܐ. ܬܚܝܬ ܠܘܛܬܐ ܐܢܘܢ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ: ܕܠܝܛ ܗܘ ܟܠ ܕܠܐ ܢܩܘܡ ܒܟܠܗ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܐ ܗܢܐ. 11 ܕܠܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܡܙܕܕܩ ܒܢܡܘܣܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ: ܗܕܐ ܓܠܝܐ. ܡܛܠ ܕܟܬܝܒ: ܕܙܕܝܩܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܢܚܐ. 12 ܢܡܘܣܐ ܕܝܢ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܥܒܕ ܐܝܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ ܒܗ ܢܚܐ ܒܗܝܢ. 13 ܠܢ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܙܒܢܢ ܡܢ ܠܘܛܬܗ ܕܢܡܘܣܐ: ܘܗܘ ܗܘܐ ܚܠܦܝܢ ܠܘܛܬܐ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ: ܕܠܝܛ ܗܘ ܟܠ ܕܬܠܐ ܥܠ ܩܝܣܐ:

CAPUT III.

1 O destituti mente Galatæ, quis fascinavit vos? quia ecce quasi pingendo depictus erat ante oculos vestros Jesus Christus crucifixus.

2 Hoc solum velim à vobis scire; Ex operibus Legis accepistis Spiritum, aut ex auditu fidei?

3 Ita stulti estis, qui incepistis spiritu, & nunc carne perficitis?

4 Et hæc omnia frustra sustinuistis? ac utinam autem frustra.

5 Is igitur qui indidit vobis Spiritum, & operatur in vobis virtutes, ex operibus Legis, aut ex auditu fidei *id agit*?

6 Quemadmodum credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad justitiam.

7 Cognoscite igitur quod illi qui ex fide sunt, ipsi sunt filii Abrahami.

8 Nam quia præcognovit Deus per fidem justificatum iri Gentes, prius evangelizavit Abrahamo, sicut dixit Scriptura sancta; In te benedicentur omnes Gentes.

9 Itaque fideles benedicuntur in Abrahamo fideli.

10 Nam illi qui ex operibus Legis sunt, sub maledictione sunt: nam scriptum est; Maledictus est quisquis non fecerit omnia quæ scripta sunt in Lege hac.

11 Quòd autem non justificetur quisquam per Legem apud Deum, hoc palam est, eo quòd scriptum est; Justus per fidem vivet.

12 Lex autem nequaquam est ex fide: sed is qui fecerit ea quæ scripta sunt in illa, vivet in ipsis.

13 Nos autem Christus redemit à maledictione Legis: & ipse est factus pro nobis maledictio: scriptum est enim; Maledictus est quisquis suspenditur in ligno.

quum autem venissent, subduxisset sese, & separasset, quia timebat ab illis qui erant ex circumcisione.

13 Et sese subjecerant cum eo in hoc etiam cæteri Judæi: adeò ut etiam Barnabas adductus esset ad accipiendum faciem eorum.

14 Quumque vidissem quod non ambularent rectè in veritate Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus; Si tu Judæus es ac gentiliter vivis, & non Judaicè, quomodo cogis Gentes ut Judaicè vivant?

15 Si enim nos qui naturâ nostrâ Judæi sumus, & non sumus ex Gentibus peccatores,

16 Propterea quòd novimus non justificari hominem ex operibus Legis, sed per fidem Jesu Christi: etiam nos in Jesum Christum credidimus, ut ex fide Christi justificaremur, & non ex operibus Legis: quia ex operibus Legis non justificatur ulla caro.

17 Et si autem, dum studemus justificari per Christum, reperimur etiam nos peccatores, ergo Jesus Christus minister est peccati? Absit.

18 Si enim quæ destruxi, eadem rursus ædifico, ostendo de meipso, quod transgressor mandati sim.

19 Ego enim per Legem Legi mortuus sum, ut Deo vivam, & cum Christo crucifixus sum.

20 Et deinceps nequaquam ego vivo, sed vivit in me Christus: & hoc quod jam vivo in carne, per fidem Filii Dei vivo, qui dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me.

21 Non rejicio gratiam Dei. Si enim per Legem est justitia, Christus frustra mortuus est.

CAPUT

[illegible]

CAPUT III.

1 O destituti mente Galatæ, quis fascinavit vos? quia ecce quasi pingendo depictus erat ante oculos vestros Jesus Christus crucifixus.

2 Hoc solum velim à vobis scire; Ex operibus Legis accepistis Spiritum, aut ex auditu fidei?

3 Ita stulti estis, qui incepistis spiritu, & nunc carne perficitis?

4 Et hæc omnia frustra sustinuistis? ac utinam autem frustra.

5 Is igitur qui indidit vobis Spiritum, & operatur in vobis virtutes, ex operibus Legis, aut ex auditu fidei *id agit*?

6 Quemadmodum credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad justitiam.

7 Cognoscite igitur quod illi qui ex fide sunt, ipsi sunt filii Abrahami.

8 Nam quia præcognovit Deus per fidem justificatum iri Gentes, prius evangelizavit Abrahamo, sicut dixit Scriptura sancta; In te benedicentur omnes Gentes.

9 Itaque fideles benedicuntur in Abrahamo fideli.

10 Nam illi qui ex operibus Legis sunt, sub maledictione sunt: nam scriptum est; Maledictus est quisquis non fecerit omnia quæ scripta sunt in Lege hac.

11 Quòd autem non justificetur quisquam per Legem apud Deum, hoc palam est, eo quòd scriptum est; Justus per fidem vivet.

12 Lex autem nequaquam est ex fide: sed is qui fecerit ea quæ scripta sunt in illa, vivet in ipsis.

13 Nos autem Christus redemit à maledictione Legis: & ipse est factus pro nobis maledictio: scriptum est enim; Maledictus est quisquis suspenditur in ligno.

14 Ut in Gentibus esset benedictio Abrahami per Jesum Christum: ut nos acciperemus promissionem Spiritus per fidem.

15 Fratres mei, tanquam inter homines loquor: Testamentum hominis, quod confirmatum est, nullus rejicit, aut mutat in eo quicquam.

16 Abrahamo autem promissa est promissio & Semini ejus. Neque dixit ei; Seminibus tuis, tanquam multis, sed Semini tuo, tanquam uni, illi qui est Christus.

17 Hoc autem dico; Testamentum quod ante confirmatum fuit à Deo in Christo, Lex quæ fuit post quadringentos & triginta annos, non potest improbare id, & irritam facere promissionem.

18 Si verò ex Lege est hæreditas, jam non est ex promissione: Abrahamo verò per promissionem dedit Deus.

19 Quid igitur Lex? Propter transgressionem addita fuit, donec veniret Semen illud cui facta est promissio: & data est ipsa Lex per Angelos in manu Mediatoris.

20 Mediator autem non est unius: Deus verò unus est.

21 Lex igitur contraria est promissioni Dei? Absit. Si enim data fuisset Lex quæ posset vivificare, verè ex Lege esset justitia.

22 Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio per fidem Jesu Christi daretur illis qui credunt.

23 Priusquam autem venisset fides, Lex custodiebat nos conclusos in fidem quæ erat revelanda.

24 Lex igitur pædagogus fuit nobis ad Christum, ut ex fide justificaremur.

25 Quum venit autem fides, non sumus sub pædagogo.

26 ܟܠܟܘܢ ܓܝܪ ܒܢܝ̈ܐ ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 27 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܒܡܫܝܚܐ ܥܡܕܬܘܢ ܠܡܫܝܚܐ ܠܒܫܬܘܢ. 28 ܠܝܬ ܝܗܘܕܝܐ ܘܠܐ ܐܪܡܝܐ. ܠܝܬ ܥܒܕܐ ܘܠܐ ܒܪ ܚܐܪܐ. ܠܝܬ ܕܟܪܐ ܘܠܐ ܢܩܒܬܐ. ܟܠܟܘܢ ܓܝܪ ܚܕ ܐܢܬܘܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 29 ܘܐܢ ܕܡܫܝܚܐ ܐܢܬܘܢ : ܡܟܝܠ ܙܪܥܗ ܐܢܬܘܢ ܕܐܒܪܗܡ ܘܝܪ̈ܬܐ ܒܡܘܠܟܢܐ :

26 Vos enim omnes filii Dei estis per fidem Jesu Christi.

27 Qui enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

28 Non est Judæus, neque Gentilis: non est servus, neque ingenuus: non est masculus, neque fœmina: omnes enim vos unum estis in Jesu Christo.

29 Et si Christi estis, jam estis semen Abrahami, & hæredes per promissionem.

ܩܦܠܐܘܢ . ܕ

1 ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܥܕܡܐ ܕܝܪܬܐ ܫܒܪܐ ܗܘ : ܠܐ ܦܪܝܫ ܡܢ ܥܒܕܐ . ܟܕ ܡܪܐ ܗܘ ܕܟܠܗܘܢ . 2 ܐܠܐ ܬܚܝܬ ܐܦܛܪ̈ܘܦܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܪ̈ܒܝ ܒܬ̈ܐ : ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ ܕܣܡ ܐܒܘܗܝ. 3 ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܟܕ ܫܒܪ̈ܐ ܗܘܝܢ: ܬܚܝܬ ܐܣܛܘܟܣܐ ܕܥܠܡܐ ܡܫܥܒܕܝܢ ܗܘܝܢ. 4 ܟܕ ܡܛܬ ܕܝܢ ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܕܙܒܢܐ . ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܗ ܘܗܘܐ ܡܢ ܐܢܬܬܐ . ܘܗܘܐ ܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ . 5 ܕܠܐܝܠܝܢ ܕܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ ܐܢܘܢ ܢܙܒܢ . ܘܢܣܒ ܣܝܡܬ ܒܢܝ̈ܐ . 6 ܘܡܛܠ ܕܝܢ ܕܒܢܝ̈ܐ ܐܢܬܘܢ . ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܪܘܚܐ ܕܒܪܗ ܒܠܒܘܬܟܘܢ . ܕܩܥܝܐ ܐܒܐ ܐܒܘܢ. 7 ܡܟܝܠ ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܥܒ̈ܕܐ ܐܠܐ ܒܢܝ̈ܐ . ܘܐܢ ܒܢܝ̈ܐ ܐܦ ܝܪ̈ܬܐ ܕܐܠܗܐ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 8 ܗܝܕܝܢ ܓܝܪ ܟܕ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܠܐܠܗܐ. ܦܠܚܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܟܝܢܗܘܢ ܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗ̈ܐ. 9 ܗܫܐ ܕܝܢ ܕܝܕܥܬܘܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܡܛܠ ܕܐܬܝܕܥܬܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ : ܬܘܒ ܗܦܟܬܘܢ ܠܟܘܢ ܥܠ ܐܣܛܘܟܣܐ ܟܪ̈ܝܗܐ ܘܡܣܟ̈ܢܐ. ܘܨܒܝܬܘܢ ܬܘܒ ܠܡܫܬܥܒܕܘ ܠܗܘܢ . 10 ܝܘܡ̈ܬܐ ܢܛܪܝܬܘܢ ܘܝܪ̈ܚܐ ܘܙܒ̈ܢܐ ܘܫ̈ܢܝܐ .

CAPUT IV.

1 Dico autem quamdiu hæres puer est, non differt à servis, quum dominus sit omnium:

2 Sed sub tutoribus est & œconomis, usque ad tempus quod constituit pater ejus.

3 Ita etiam nos, quum parvuli essemus, sub elementis mundi in servitutem redacti eramus:

4 Quum autem advenit complementum temporis, misit Deus Filium suum, & factus est ex muliere, & fuit sub Lege:

5 Ut eos qui sub Lege erant redimeret, & reciperemus adoptionem filiorum.

6 Et verò quia estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, qui clamat Aba Pater noster.

7 Itaque non estis servi, sed filii: & si filii, etiam hæredes Dei per Jesum Christum.

8 Tunc enim quum ignoraretis Deum, serviebatis illis qui naturis suis non erant dii.

9 Nunc autem quum cognoveritis Deum, & potiùs, quum cogniti sitis à Deo, iterum conversi estis ad illa elementa infirma & egena, & denuò vultis servire illis.

10 Dies, & menses, & tempora, & annos observatis.

11 Timeo ne fortè frustra laboraverim erga vos.

12 Estote sicut ego, propterea quòd ego quoque sicut vos factus sum. Fratres mei, obsecro vos: nihil deliquistis in me.

13 Nostis autem quòd per infirmitatem carnis meæ evangelizaverim vobis à principio:

14 Et tentationem carnis meæ non sprevistis, neque execrati estis: sed tanquam Angelum Dei suscepistis me, & sicut Jesum Christum.

15 Ubi est igitur beatitas vestra? Testor enim de vobis, quòd, si possibile fuisset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.

16 Nunquid inimicus factus sum vobis, quòd prædicavi nobis veritatem?

17 Æmulantur vos, nequaquam in bonum; sed includere vos volunt, ut vos æmulemini ipsos.

18 Bonum est autem ut æmulemini in rebus bonis omni tempore, non autem quùm apud vos sum solummodo.

19 Filii mei, quos denuò parturio, donec formetur in vobis Christus.

20 Vellem autem esse apud vos jam, ut mutarem vocem meam: propterea quòd obstupefactus sum propter vos.

21 Dicite mihi vos qui cupiunt esse sub Lege, Legem ipsam non auditis?

22 Scriptum est enim, quòd Abrahamo duo filii erant, unus ex ancilla, & alter ex libera.

23 Sed is qui ex ancilla, secundùm carnem natus est: is verò qui ex libera, per promissionem fuit.

24 Hæc autem sunt allegoriæ duorum testamentorum: unum à monte Sinai generans in servitutem, quæ est Hagar.

25 Hagar enim mons est Sinai, qui est in Arabia, & respondet huic Hierosolymæ; & servit servitutem, ipsa & filii ipsius.

26 Illa verò Hierosolyma superior, libera est

11 ܕܚܝܠ ܐܢܐ ܕܠܡܐ ܣܪܝܩܐܝܬ ܠܐܝܬ ܒܟܘܢ. 12 ܗܘܘ ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܡܛܠ ܕܐܦ ܐܢܐ ܐܝܟ ܕܐܢܬܘܢ ܗܘܝܬ ܀ ܐܚܝ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟܘܢ ܠܐ ܡܕܡ ܐܣܟܠܬܘܢ ܠܝ. 13 ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܕܒܟܘܪܗܢܐ ܕܒܣܪܝ ܣܒܪܬܟܘܢ ܡܢ ܩܕܝܡ. 14 ܘܢܣܝܘܢܐ ܕܒܣܪܝ ܠܐ ܫܛܬܘܢ ܘܠܐ ܢܕܕܬܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܩܒܠܬܘܢܢܝ. ܘܐܝܟ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 15 ܐܝܟܘ ܗܟܝܠ ܛܘܒܝܟܘܢ. ܣܗܕ ܐܢܐ ܓܝܪ ܠܟܘܢ ܕܐܠܘ ܡܫܟܚܐ ܗܘܐ: ܥܝܢܝܟܘܢ ܚܨܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܘܝܗܒܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܠܝ. 16 ܕܠܡܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ ܕܐܟܪܙܬ ܠܟܘܢ ܫܪܪܐ. 17 ܚܣܡܝܢ ܒܟܘܢ ܠܐ ܗܘܐ ܠܛܒܬܐ. ܐܠܐ ܠܡܣܟܪܟܘܢ ܗܘ ܨܒܝܢ. ܕܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܡܬܚܣܡܝܢ ܒܗܘܢ. 18 ܫܦܝܪ ܗܘ ܕܝܢ ܕܬܬܚܣܡܘܢ ܒܛܒܬܐ ܒܟܠܙܒܢ. ܘܠܐ ܐܡܬܝ ܕܠܘܬܟܘܢ ܐܢܐ ܒܠܚܘܕ ܀ 19 ܒܢܝ: ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܕܪܝܫ ܡܚܒܠ ܐܢܐ: ܥܕܡܐ ܕܢܬܨܝܪ ܒܟܘܢ ܡܫܝܚܐ. 20 ܨܒܐ ܗܘܝܬ ܕܝܢ ܕܗܫܐ ܐܗܘܐ ܠܘܬܟܘܢ ܗܫܐ: ܘܐܫܚܠܦ ܩܠܝ. ܡܛܠ ܕܬܗܐ ܐܢܐ ܒܟܘܢ. 21 ܐܡܪܘ ܠܝ ܐܢܬܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ ܬܗܘܘܢ. ܠܢܡܘܣܐ ܠܐ ܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ: 22 ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܕܠܐܒܪܗܡ ܬܪܝܢ ܒܢܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܚܕ ܡܢ ܐܡܬܐ ܘܚܕ ܡܢ ܒܪܬ ܚܐܪܐ. 23 ܐܠܐ ܗܘ ܕܡܢ ܐܡܬܐ ܒܒܣܪ ܐܬܝܠܕ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܢ ܒܪܬ ܚܐܪܐ ܒܡܠܟܢܐ ܗܘܐ. 24 ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗܝܢ ܦܐܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܝܬܩܐܣ. ܚܕܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ܝܠܕܐ ܠܥܒܕܘܬܐ. ܐܝܬܝܗ ܗܓܪ. 25 ܗܓܪ ܓܝܪ ܗܝ ܛܘܪܐ ܗܘ ܕܣܝܢܝ ܕܒܥܪܒ. ܘܡܛܝܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܗܕܐ. ܘܡܫܥܒܕܐ ܗܝ ܘܒܢܝܗ. 26 ܗܝ ܕܝܢ ܐܘܪܫܠܡ ܕܠܥܠ ܒܪܬ ܚܐܪܐ ܗܝ.

[illegible]

est, quæ est mater nostra.

27 Scriptum est enim; Lætare sterilis quæ non paris, & erumpe & clama quæ non parturis: propterea quòd multiplicati sunt filii devastatæ magis quàm filii Maritatæ.

28 Nos autem, fratres mei, secundum Isaacum filii promissionis sumus.

29 Et sicut tunc is qui natus erat secundùm carnem, persequebatur eum qui secundùm Spiritum; ita etiam nunc.

30 Sed quid dixit Scriptura? Ejice ancillam & filium ejus: eo quòd non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.

31 Nos igitur, fratres mei, non sumus filii ancillæ, sed filii liberæ.

CAPUT V.

1 State igitur in libertate illâ quâ Christus nos liberavit: neque mancipemini jugo servitutis.

2 Ecce ego Paulus dico vobis; Si circumcidamini, Christus nihil prodest vobis.

3 Contestor autem rursus omnem hominem qui circumciditur, quòd debeat universam Legem implere.

4 Descivistis à Christo qui per Legem justificamini, & à gratia excidistis.

5 Nos enim per spiritum, qui est ex fide, spem justitiæ exspectamus.

6 In Christo Jesu enim circumcisio non est quicquam, neque præputium, sed fides quæ perficitur charitate.

7 Pulcrè currebatis; quis est qui turbavis vos, ne veritati assensum præberetis?

8 Persuasio vestra non fuit ex eo qui vocavit vos.

9 Fermenti modicum totam massam fermentat.

10 Ego fiduciam habeo de vobis in Domino nostro, quòd nihil aliud sentiatis. Et is qui turbat vos, ipse feret judicium, quisquis ille sit.

11 Ego autem, fratres mei, si adhuc circumcisionem prædicarem, cur persecutionem paterer? Num abolitum est offendiculum crucis?

12 Utinam autem etiam præscindendo præscinderentur illi qui conturbant vos.

13 Vos autem in libertatem vocati fuistis, fratres mei: tantummodo ne sit libertas vestra in occasionem carnis, sed per charitatem estote subjecti alius alii.

14 Tota enim Lex in uno verbo completur, in illo *scilicet*; Diliges proximum tuum sicut teipsum.

15 Si autem alius alium mordeatis & devoretis, videte ne alius ab alio consumamini.

16 Dico autem; Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis nunquam perficietis.

17 Nam caro concupiscit id quod adversatur spiritui, & spiritus concupiscit id quod adversatur carni: & ambo contraria sunt invicem, ut non id quod vultis faciatis.

18 Si autem spiritu ducimini, non estis sub Lege.

19 Nota sunt enim opera carnis, quæ sunt: Scortatio, impuritas, protervia.

20 Cultus idolorum, veneficium, inimicitia, contentio, æmulatio, ira, calumnia, diffidia, schismata,

21 Invidia, cædes, ebrietas, comessatio, & omnia his similia. Et illi qui hæc agunt, sicut ante dixi vobis, etiam nunc dico, regnum Dei non hæreditabunt.

22 Fructus autem Spiritus sunt: charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, patientia.

23 Adversus ista lex non est posita.

24 Illi autem qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum omnibus passionibus ejus & concupiscentiis ejus.

25 ܢܚܐ ܗܟܝܠ ܒܪܘܚܐ . ܘܠܪܘܚܐ ܢܫܠܡ .
26 ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܫܒܗܪܢ ܣܪܝܩܐ . ܘܡܬܚܪܝܢ ܚܕ ܥܡ ܚܕ . ܘܚܣܡܝܢ ܚܕ ܒܚܕ ܀

25 Vivamus igitur ſpiritu, & in ſpiritu ambulemus.

26 Et ne ſimus vacui gloria, ut ignominia afficiamus alter alterum, & invideamus alter alteri.

ܩܦܠܐܘܢ ܘ

1 ܐܚܝ . ܐܢ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܢܬܬܚܕ ܒܡܟܫܠܬܐ : ܐܢܬܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܪܘܚ ܐܢܬܘܢ : ܐܬܩܢܘܗܝ ܒܪܘܚܐ ܡܟܝܟܬܐ . ܘܙܗܝܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܢܦܫܟܘܢ : ܕܠܡܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܬܢܣܘܢ . 2 ܘܐܬܛܥܢܘ ܝܘܩܪܐ ܕܚܕܕܐ . ܘܗܟܢܐ ܡܫܠܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܢܡܘܣܗ ܕܡܫܝܚܐ . 3 ܐܢ ܐܢܫ ܓܝܪ ܣܒܪ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܕܡ ܟܕ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ . ܢܦܫܗ ܡܛܥܐ . 4 ܐܠܐ ܐܢܫ ܥܒܕܗ ܢܗܘܐ ܒܩܐ . ܘܗܝܕܝܢ ܒܢܦܫܗ ܢܗܘܐ ܠܗ ܫܘܒܗܪܗ . ܘܠܐ ܒܐܚܪܢܐ . 5 ܟܠܢܫ ܓܝܪ ܡܘܒܠܐ ܕܢܦܫܗ ܢܫܩܘܠ . 6 ܢܫܬܘܬܦ ܕܝܢ ܗܘ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ ܠܗܘ ܡܢ ܕܡܫܡܥ ܠܗ ܒܟܠܗܘܢ ܛܒܬܐ :: 7 ܠܐ ܬܛܥܘܢ . ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܒܙܚ . ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܙܪܥ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܚܨܕ . 8 ܡܢ ܕܒܒܣܪܗ ܙܪܥ : ܡܢ ܒܣܪܗ ܚܒܠܐ ܗܘ ܚܨܕ . ܘܡܢ ܕܒܪܘܚ ܙܪܥ : ܡܢ ܪܘܚܐ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܢܚܨܘܕ . 9 ܘܟܕ ܥܒܕܝܢܢ ܕܫܦܝܪ ܠܐ ܢܗܘܐ ܡܐܢܐ ܠܢ . ܢܗܘܐ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܕܢܚܨܘܕ ܘܠܐ ܢܐܠܐ ܠܢ . 10 ܗܫܐ ܗܟܝܠ ܥܕ ܙܒܢܐ ܐܝܬ ܠܢ : ܢܥܒܕ ܛܒܬܐ ܠܘܬ ܟܠܢܫ . ܝܬܝܪܐܝܬ ܠܘܬ ܒܢܝ ܒܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ . 11 ܚܙܘ ܐܢܠܝܢ ܐܓܪܬܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܒܐܝܕܝ . 12 ܐܢܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ܕܢܫܬܒܗܪܘܢ ܒܒܣܪܐ : ܗܢܘܢ ܐܠܨܝܢ ܠܟܘܢ ܕܬܬܓܙܪܘܢ . ܕܒܠܚܘܕ ܒܙܩܝܦܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܢܬܪܕܦܘܢ . 13 ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܗܢܘܢ ܕܓܙܝܪܝܢ ܢܛܪܝܢ ܢܡܘܣܐ . ܐܠܐ ܨܒܝܢ ܕܬܬܓܙܪܘܢ ܐܢܬܘܢ . ܕܒܒܣܪܟܘܢ ܢܫܬܒܗܪܘܢ .

CAPUT VI.

1 FRatres mei, ſi quis ex vobis præoccupetur delicto, vos qui Spirituales eſtis, erigite eum ſpiritu manſueto: & cavete, ne etiam vos tentemini.

2 Et geſtate onus alter alterius, ut ita impleatis legem Chriſti.

3 Si quis enim exiſtimat ſe eſſe aliquid, quum non ſit, ſeipſum fallit.

4 Sed quiſque opus ſuum probet, & tunc intra ſeipſum erit gloriatio ejus, & non in aliis.

5 Unuſquiſque enim ſarcinam ſuam ipſius portabit.

6 Communicet autem is qui audit verbum, ei qui audire facit eum, in omnibus bonis.

7 Ne erretis, Deus non illuditur: id enim quod ſeminat homo, illud ipſum metit.

8 Qui in carne ſeminat, de carne corruptionem metit: qui *vero* in ſpiritu ſeminat, de ſpiritu vitam æternam metet.

9 Et quum facimus quod bonum eſt, ne ſit moleſtum nobis: erit enim tempus quo metemus, & non erit moleſtum nobis.

10 Nunc igitur, dum tempus eſt nobis, operemur bona erga omnem hominem, & maximè erga domeſticos fidei.

11 Videte, has literas ſcripſi vobis manibus meis.

12 Qui volunt gloriari in carne, ipſi cogunt vos circumcidi; tantùm ne propter crucem Chriſti perſecutionem patiantur.

13 Etenim ne ipſi quidem qui circumciduntur, obſervant Legem; ſed volunt vos circumcidi, ut in carne veſtra glorientur.

14 Mihi autem non eveniat ut glorier nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mundus crucifixus est mihi, & ego crucifixus sum mundo.

15 Non enim circumcisio est aliquid, neque præputium, sed creatura nova.

16 Et qui juxta hanc semitam incedunt, par erit super eos, & misericordia, & supra Israel Dei.

17 Deinceps mihi nemo molestiam injiciat: ego enim stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto.

18 Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu vestro, fratres mei. Amen.

Finita est Epistola ad Galatas, quæ scripta fuit Romæ.

14 ܠܝ ܕܝܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܝ ܕܐܫܬܒܗܪ. ܐܠܐ ܒܙܩܝܦܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܕܒܗ ܥܠܡܐ ܙܩܝܦ ܠܝ: ܘܐܢܐ ܙܩܝܦ ܐܢܐ ܠܥܠܡܐ. 15 ܠܐ ܓܝܪ ܓܙܘܪܬܐ ܐܝܬܝܗ ܡܕܡ ܘܠܐ ܥܘܪܠܘܬܐ. ܐܠܐ ܒܪܝܬܐ ܚܕܬܐ. 16 ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܗܢܐ ܫܒܝܠܐ ܡܫܬܡܠܝܢ: ܢܗܘܐ ܫܠܡܐ ܥܠܝܗܘܢ ܘܪܚܡܐ. ܘܥܠ ܐܝܣܪܝܠ ܕܐܠܗܐ. 17 ܡܟܝܠ ܠܝ ܐܢܫ ܥܡܠܐ ܠܐ ܢܪܡܐ. ܐܢܐ ܓܝܪ ܫܘܡܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܦܓܪܝ ܫܩܝܠ ܐܢܐ. 18 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܡ ܪܘܚܟܘܢ ܐܚܝ. ܐܡܝܢ ::

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܓܠܛܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ✠

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܐܦܣܝܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܐܦܣܘܣ
ܩܕܝܫܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܫܠܡܐ
ܥܡܟܘܢ. ܘܛܝܒܘܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ: ܘܡܢ
ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 3 ܡܒܪܟ ܗܘ ܐܠܗܐ
ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܗܘ ܕܒܪܟܢ ܒܟܠ
ܒܘܪܟܝܢ ܕܪܘܚ ܒܫܡܝܐ ܒܡܫܝܚܐ. 4 ܐܝܟܢܐ
ܕܓܒܢ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܡܝܬܗ ܕܥܠܡܐ.
ܕܢܗܘܐ ܩܕܝܫܐ ܘܕܠܐ ܡܘܡ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܒܚܘܒܐ
ܩܕܡ ܪܫܡܢ ܠܗ. 5 ܘܣܡܢ ܠܒܢܝܐ ܒܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܒܨܒܝܢܗ. 6 ܕܬܫܬܒܚ
ܫܘܒܚܐ ܕܛܝܒܘܬܗ. ܗܝ ܕܐܫܦܥ ܥܠܝܢ ܒܝܕ
ܚܒܝܒܗ. 7 ܕܒܗ ܐܝܬ ܠܢ ܦܘܪܩܢܐ: ܘܒܕܡܗ
ܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ. ܐܝܟ ܥܘܬܪܐ ܕܛܝܒܘܬܗ.
8 ܗܝ ܕܐܬܝܬܪܬ ܒܢ. ܒܟܠ ܚܟܡܐ ܘܒܟܠ
ܣܘܟܠ ܕܪܘܚ. 9 ܘܐܘܕܥܢ ܐܪܙܐ ܕܨܒܝܢܗ. ܗܘ
ܕܩܕܡ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܣܥܘܪܝܘܗܝ ܒܗ. 10 ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܕܡܘܠܝܐ ܕܙܒܢܐ. ܕܢܬܚܕܬ ܡܢ ܕܪܝܫ
ܟܠ ܡܕܡ ܒܡܫܝܚܐ. ܕܒܫܡܝܐ ܘܕܒܐܪܥܐ.

EPISTOLA PAULI AD EPHESIOS.

CAPUT I.

1 PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei illis qui sunt Ephesi sanctis & fidelibus in Jesu Christo;

2 Pax vobiscum & gratia à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Jesu Christo.

3 Benedictus sit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nobis omnibus benedictionibus Spiritualibus in cœlo in Christo.

4 Quemadmodum priùs elegit nos in ipso ante fundationes mundi, ut essemus sancti & sine macula coram eo; & per dilectionem præsignavit nos sibi.

5 Et adoptavit nos in filios per Jesum Christum, prout placuit voluntati ipsius;

6 Ut laudetur gloria gratiæ ejus quam effudit super nos per Dilectum suum.

7 Per quem est nobis redemtio, & per sanguinem ipsius remissio peccatorum, juxta divitias gratiæ suæ,

8 Quæ exuberavit in nos in omni sapientia & omni intelligentia spirituali.

9 Et manifestavit nobis arcanum voluntatis suæ, quod prædestinaverat se facturum esse in se.

10 In dispensationem plenitudinis temporum, ut cuncta denuò renovarentur in Christo, quæ sunt in cœlo & in terra:

11 Et in ipso nos electi sumus, quemadmodum præsignavit nos, & voluit ille qui omnia efficit juxta consilium voluntatis suæ:

12 Ut simus nos, qui priùs speravimus in Christo, in honorem gloriæ ipsius.

13 In quo vos quoque audivistis sermonem veritatis, qui est Evangelium salutis vestræ: & in eundem credidistis, & obsignati estis Spiritu sancto qui promissus erat.

14 Qui est arrhabo hæreditatis nostræ in redemtionem eorum qui servantur, & in laudem gloriæ ipsius.

15 Quapropter etiam ego ecce ex quo audivi fidem vestram in Dominum nostrum Jesum Christum, & charitatem vestram ergà omnes sanctos,

16 Non desino gratias agere pro vobis, & memor esse vestri in precibus meis:

17 Ut Deus Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis per agnitionem sui:

18 Et illuminentur oculi cordium vestrorum, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, & quæ sint divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis:

19 Et quæ sit hæreditas virtutis ejus in nos, qui credimus secundùm efficaciam roboris virtutis ipsius,

20 Quam operatus est in Christo, quum suscitavit eum à mortuis, & sedere fecit eum à dextera sua in cœlo,

21 Supra omnes principatus, & potestates, & virtutes, & dominationes, & supra omne nomen quod nominatur, non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro.

22 Subjecitque cuncta sub pedibus ejus, & eum qui est supra omnia dedit caput Ecclesiæ;

23 Quæ est corpus ejus, & complementum illius qui omnia in omnibus adimplet.

CAPUT

11 ܘܒܗ ܐܬܓܒܝܢ ܐܝܟ ܕܩܕܡ ܨܒܐ ܘܪܫܡܢ܂ ܗܘ ܕܟܠ ܣܥܪ ܐܝܟ ܪܥܝܢܐ ܕܨܒܝܢܗ܂ 12 ܕܢܗܘܐ ܚܢܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡܝܢ ܣܒܪܢ ܒܡܫܝܚܐ ܠܐܝܩܪܐ ܕܫܘܒܚܗ܂ 13 ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܒܗ ܫܡܥܬܘܢ ܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ܂ ܕܐܝܬܝܗ ܣܒܪܬܐ ܕܚܝܝܟܘܢ܂ ܘܒܗ ܗܝܡܢܬܘܢ ܘܐܬܚܬܡܬܘܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܝ ܕܐܫܬܘܕܥܬ܂ 14 ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ܪܗܒܘܢܐ ܕܝܪܬܘܬܢ ܠܦܘܪܩܢܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܬܚܝܝܘ܂ ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܝܩܪܗ܂ 15 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܐܢܐ ܗܐ ܡܢ ܕܫܡܥܬ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܕܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܂ ܘܚܘܒܟܘܢ ܕܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ܂ 16 ܠܐ ܫܠܝܬ ܐܢܐ ܠܡܘܕܝܘ ܚܠܦ ܐܦܝܟܘܢ܂ ܘܡܬܥܗܕܢܘܬܟܘܢ ܒܨܠܘܬܝ܂ 17 ܕܐܠܗܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܒܐ ܕܫܘܒܚܐ ܢܬܠ ܠܟܘܢ ܪܘܚܐ ܕܚܟܡܬܐ ܘܕܓܠܝܢܐ ܒܝܕܥܬܗ܂ 18 ܘܢܗܘܝܢ ܢܗܝܪܢ ܥܝܢܐ ܕܠܒܘܬܟܘܢ܂ ܕܬܕܥܘܢ ܡܢܘ ܣܒܪܐ ܕܩܪܝܢܗ܂ ܘܡܢܘ ܥܘܬܪܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܝܪܬܘܬܗ ܒܩܕܝܫܐ܂ 19 ܘܡܢܘ ܗܘ ܝܘܬܪܢܐ ܕܚܝܠܗ܂ ܒܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢܢ܂ ܐܝܟ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܬܘܩܦܐ ܕܚܝܠܗ܂ 20 ܕܥܒܕ ܒܡܫܝܚܐ܂ ܘܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ܂ ܘܐܘܬܒܗ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܒܫܡܝܐ܂ 21 ܠܥܠ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܪܟܘܣ ܘܫܘܠܛܢܐ܂ ܘܚܝܠܐ ܘܡܪܘܬܐ܂ ܘܠܥܠ ܡܢ ܟܠ ܫܡ ܕܡܫܬܡܗ܂ ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ܂ ܐܠܐ ܐܦ ܒܕܥܬܝܕ܂ 22 ܘܟܠܡܕܡ ܫܥܒܕ ܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ܂ ܘܠܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܥܠ ܡܢ ܟܠ܂ ܝܗܒܗ ܪܫܐ ܠܥܕܬܐ܂ 23 ܕܐܝܬܝܗ ܦܓܪܗ܂ ܘܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܕܗܘ ܕܟܠ ܒܟܠ ܡܫܡܠܐ܂

ܩܦܠܐܘܢ

CAPUT II.

1 Vos quoque, qui mortui eratis in peccatis vestris & in delictis vestris,

2 In quibus antea ambulaveratis juxta mundanam vanitatem mundi hujus, & juxta voluntatem principis potestatis aëris, spiritus qui sese præbet efficacem in immorigeros;

3 In illis operibus in quibus etiam nos conversabamur anteà in concupiscentiis carnis nostræ; & faciebamus voluntatem carnis nostræ, & cogitationis nostræ, ac eramus iræ planè obnoxii, ut reliqui.

4 Deus autem qui dives est miserationum suarum, propter charitatem suam magnam qua dilexit nos,

5 Quum mortui essemus in peccatis nostris, vivificavit nos cum Christo, & per gratiam suam redemit nos:

6 Et resuscitavit nos cum eo, & collocavit nos cum eo in cœlo per Jesum Christum:

7 Ut ostenderet seculis venturis magnitudinem divitiarum gratiæ suæ, & benignitatem suam quæ fuit erga nos per Jesum Christum.

8 Gratia enim ejus redemti sumus per fidem: & hoc non fuit ex vobis, sed donum Dei est:

9 Non ex operibus, ne quis glorietur.

10 Creatura enim ejus sumus, qui creati sumus in Jesu Christo ad opera bona, quæ Deus olim præparavit, ut in eis ambularemus.

11 Quapropter estote memores, quod vos Gentes antea carnales fuistis, & vocabamini præputium ab ea quæ vocatur circumcisio, & est opus manuum in carne.

12 Et eratis illo tempore sine Christo, & alieni eratis à gubernationibus Israel, & peregrini eratis testamento promissionis, & sine spe eratis, & sine

Deo

Deo in mundo.

13 Nunc autem per Jesum Christum, vos qui antè longinqui eratis, propinqui facti estis per sanguinem Christi.

14 Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum; & dissolvit maceriam quæ stabat in medio, & inimicitiam per carnem suam.

15 Et legem mandatorum cum mandatis ejus abolevit, ut duos conderet in semetipso in unum hominem novum: & fecit pacem,

16 Et reconciliavit ambos in uno corpore cum Deo; & per crucem suam interemit inimicitiam.

17 Et veniens evangelizavit pacem vobis, longinquis & propinquis:

18 Quoniam per ipsum facta est accessio nobis utrisque in uno Spiritu ad Patrem.

19 Igitur non estis hospites, neque incolæ, sed concives sanctorum, & domestici Dei.

20 Et ædificati estis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, & factus est caput anguli ædificii ipse Jesus Christus.

21 Et in eo conjungitur totum ædificium, & crescit in templum sanctum in Domino:

22 Dum etiam vos in eo ædificamini in habitaculum Dei per Spiritum.

CAPUT III.

1 HUjus rei gratiâ ego Paulus vinctus sum Jesu Christi pro vobis Gentibus.

2 Si audivistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vos:

3 Quod per revelationem innotuit mihi mysterium, quemadmodum paucis scripsi vobis:

4 Prout potestis, dum legitis, intelligere notitiam meam in mysterio Christi,

5 Quod ætatibus aliis non innotuit hominibus, quemadmodum nunc revelatum est Apostolis ejus sanctis & Prophetis ejus per Spiritum;

ܠܐܠܗܐ ܒܥܠܡܐ. 13 ܗܫܐ ܕܝܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܐܢܬܘܢ ܕܡܢ ܩܕܡ ܪܚܝܩܝܢ ܗܘܝܬܘܢ: ܩܪܝܒܐ
ܗܘܝܬܘܢ ܒܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ. 14 ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܫܝܢܢ
ܫܠܡܢ. ܗܘ ܕܥܒܕ ܠܬܪܝܗܘܢ ܚܕ: ܘܣܪܐ ܣܝܓܐ
ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܒܡܨܥܬܐ. ܘܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܒܒܣܪܗ.
15 ܘܢܡܘܣܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܒܦܘܩܕܢܘܗܝ ܒܛܠ.
ܕܠܬܪܝܗܘܢ ܢܒܪܐ ܒܩܢܘܡܗ ܠܚܕ ܒܪܢܫܐ ܚܕܬܐ.
ܘܥܒܕ ܫܠܡܐ. 16 ܘܪܥܐ ܠܬܪܝܗܘܢ ܥܡ ܐܠܗܐ
ܒܚܕ ܦܓܪ. ܘܩܛܠ ܒܙܩܝܦܗ ܠܒܥܠܕܒܒܘܬܐ.
17 ܘܐܬܐ ܣܒܪ ܫܠܡܐ ܠܟܘܢ ܠܪܚܝܩܐ ܘܠܩܪܝܒܐ.
18 ܡܛܠ ܕܒܗ ܗܘܐ ܠܢ ܩܘܪܒܐ ܠܬܪܝܢ
ܒܚܕ ܪܘܚ ܠܘܬ ܐܒܐ. 19 ܡܟܝܠ ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ
ܐܟܣܢܝܐ ܘܠܐ ܬܘܬܒܐ. ܐܠܐ ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܕܝܫܐ.
ܘܒܢܝ ܒܝܬܗ ܕܐܠܗܐ. 20 ܘܐܬܒܢܝܬܘܢ ܥܠ
ܫܬܐܣܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܘܕܢܒܝܐ. ܘܗܘ ܗܘܐ ܪܫܐ
ܩܪܢܐ ܕܒܢܝܢܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 21 ܘܒܗ
ܡܬܠܚܡ ܟܠܗ ܒܢܝܢܐ. ܘܪܒܐ ܠܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ
ܒܡܪܝܐ. 22 ܟܕ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܒܗ ܡܬܒܢܝܢ
ܐܢܬܘܢ: ܠܡܥܡܪܐ ܕܐܠܗܐ ܒܪܘܚ.

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܢܐ ܦܘܠܘܣ: ܐܣܝܪܐ ܐܢܐ
ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܚܠܦ ܥܡܡܐ ܕܠܟܘܢ. 2 ܐܢ
ܫܡܥܬܘܢ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܝܗܒܬ
ܠܝ ܒܟܘܢ. 3 ܕܒܓܠܝܢܐ ܐܬܝܕܥ ܠܝ ܐܪܙܐ. ܐܝܟܢܐ
ܕܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܒܩܠܝܠܬܐ. 4 ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܝܢ
ܐܢܬܘܢ. ܟܕ ܩܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܣܬܟܠܘ.
ܒܝܕܥܬܝ ܕܒܐܪܙܗ ܕܡܫܝܚܐ. 5 ܗܘ ܕܒܫܪܒܬܐ
ܐܚܪܢܝܬܐ ܠܐ ܐܬܝܕܥ ܠܒܢܝܢܫܐ ܐܝܟ ܕܗܫܐ ܐܬܓܠܝ
ܠܫܠܝܚܘܗܝ ܩܕܝܫܐ ܘܠܢܒܝܘܗܝ ܒܪܘܚ.

6 Gentes esse coheredes ejus, & participes corporis ejus, ac promissionis quæ data est in eo per Evangelium:

7 Cujus ego factus sum minister, secundum donum gratiæ Dei quod datum est mihi ab efficacia virtutis ejus:

8 Mihi, qui minimus sum omnium sanctorum, data est gratia hæc, ut evangelizem in Gentibus opulentiam Christi imperv estigabilem:

9 Et in lucem proferam omni homini quæ sit dispensatio mysterii quod absconditum erat à seculis in Deo, qui omnia condidit:

10 Ut per ecclesiam innotescat sapientia Dei (*quæ* differentiis plena est) principatibus & potestatibus quæ sunt in cœlo:

11 Illa quam præparaverat à seculis, & quam condiderat in Jesu Domino nostro,

12 Per quem est nobis audacia & accessus cum fiducia fidei illius.

13 Quapropter peto ut me non tædeat afflictionum mearum quæ sunt pro vobis: nam hæc est gloria vestra.

14 Et flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15 A quo nominatur omnis paternitas quæ est in cœlo & in terra:

16 Ut det vobis juxta opulentiam gloriæ suæ, ut in virtute corroboremini per Spiritum suum; ut in homine vestro interno

17 Habitet Christus per fidem, & in cordibus vestris per charitatem: quum fuerit firma radix vestra & fundamentum vestrum;

18 Ut possitis assequi cum omnibus sanctis quæ sit altitudo & profunditas, & longitudo & latitudo;

19 Et cognoscatis magnitudinem charitatis Christi, ac impleamini omni plenitudine Dei.

20 Ei autem qui potest virtute omnia superante facere nobis, & plus quàm petimus aut cogitamus, secundum virtutem suam quæ agit in nobis:

21 Ipsi, *inquam*, sit gloria in Ecclesia sua per Jesum

per Jesum Christum, in omnes ætates seculorum seculorum. Amen.

ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܒܟܠܗܘܢ ܕܪ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ܀

CAPUT IV.

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 PEto igitur à vobis ego vinctus in Domino nostro, ut ambuletis quemadmodum convenit vocationi qua vocati estis,

2 Cum omni demissione mentis, & mansuetudine, & longanimitate: & tolerate alius alium in charitate:

3 Et estote soliciti ut servetis consensionem spiritus in vinculo pacis.

4 Ut sitis in unum corpus & in unum spiritum, quemadmodum vocati estis in unam spem vocationis vestræ.

5 Unus enim est Dominus, & una fides, & unum baptisma:

6 Et unus Deus Pater omnium, & super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis.

7 Unicuique autem ex nobis data est gratia juxta mensuram donationis Christi.

8 Propterea dictum est; Ascendit in altum, & captivam duxit captivitatem, & dedit dona hominibus.

9 Quod autem ascendit, quidnam est, nisi quod etiam descendit priùs in inferiora terræ?

10 Qui descendit, ipse est qui etiam ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia.

11 Et ipse dedit, sunt quos *dedit* Apostolos, & sunt quos *dedit* Prophetas, & sunt quos *dedit* Evangelistas, & sunt quos *dedit* pastores, & sunt quos *dedit* doctores,

12 Ad perfectionem sanctorum, in opus ministerii, in ædificium Christi.

13 Donec simus omnes unum quidpiam in fide in & cognitione Filii Dei, & unus Vir perfectus in mensuram staturæ plenitudinis ejus:

14 Et ne simus pueruli qui agitantur, & mutantur ad omnem ventum doctrinarum fraudulentarum hominum illorum qui astutiâ suâ imponunt, ut inducant in errorem:

1 ܒܥܐ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܡܢܟܘܢ ܐܢܐ ܐܣܝܪܐ ܕܡܪܢ: ܕܬܗܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܫܘܐ ܠܩܪܝܢܐ ܕܐܬܩܪܝܬܘܢ. 2 ܒܟܠܗ ܡܟܝܟܘܬ ܪܥܝܢܐ. ܘܒܢܝܚܘܬܐ ܘܒܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ. ܘܬܗܘܘܢ ܡܣܝܒܪܝܢ ܚܕ ܠܚܕ ܒܚܘܒܐ. 3 ܘܬܗܘܘܢ ܚܦܝܛܝܢ ܠܡܛܪ ܐܘܝܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܒܐܣܘܪܐ ܕܫܠܡܐ. 4 ܕܬܗܘܘܢ ܒܚܕ ܦܓܪܐ ܘܒܚܕ ܪܘܚܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܩܪܝܬܘܢ ܒܚܕ ܣܒܪܐ ܕܩܪܝܢܟܘܢ. 5 ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܡܪܝܐ. ܘܚܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܚܕܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ. 6 ܘܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܕܟܠ. ܘܥܠ ܟܠ ܘܒܟܠ ܘܒܟܠܢ. 7 ܠܟܠ ܚܕ ܕܝܢ ܡܢܢ ܐܬܝܗܒܬ ܛܝܒܘܬܐ: ܐܝܟ ܡܫܘܚܬܐ ܕܡܘܗܒܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. 8 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܝܪ: ܕܣܠܩ ܠܪܘܡܐ ܘܫܒܐ ܫܒܝܬܐ ܘܝܗܒ ܡܘܗܒܬܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ. 9 ܕܣܠܩ ܕܝܢ ܡܢܘ. ܐܠܐ ܕܐܦ ܢܚܬ ܠܘܩܕܡ ܠܥܘܡܩܐ ܕܐܪܥܐ. 10 ܗܘ ܕܢܚܬ: ܗܘܝܘ ܗܘ ܕܐܦ ܣܠܩ. ܠܥܠܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܫܡܝܐ ܕܢܡܠܐ ܟܠ. 11 ܘܗܘ ܝܗܒ. ܐܝܬ ܕܫܠܝܚܐ. ܘܐܝܬ ܕܢܒܝܐ. ܘܐܝܬ ܕܡܣܒܪܢܐ. ܘܐܝܬ ܕܪܥܘܬܐ. ܘܐܝܬ ܕܡܠܦܢܐ. 12 ܠܓܘܡܪܐ ܕܩܕܝܫܐ. ܠܣܘܥܪܢܐ ܕܬܫܡܫܬܐ. ܠܒܢܝܢܐ ܕܡܫܝܚܐ. 13 ܥܕܡܐ ܕܢܗܘܐ ܟܠܢ ܚܕ ܡܕܡ. ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܝܕܥܬܐ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܚܕ ܓܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܩܘܡܬܐ ܕܡܘܠܝܗ. 14 ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܝܠܘܕܐ ܕܡܬܬܪܝܡܝܢ ܘܡܬܦܢܝܢ ܠܟܠ ܪܘܚ. ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܗܢܘܢ ܕܒܢܟܠܗܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܠܡܛܥܝܘ.

15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible] 26 [illegible] 27 [illegible] 28 [illegible] 29 [illegible]

15 Sed ſimus firmi in charitate noſtra, ut quicquid noſtrum eſt, creſcat in Chriſto, qui eſt caput.

16 Ex quo totum corpus componitur, & colligatur, per omnes commiſſuras, ſecundum donum quod datum eſt cum menſura unicuique membro ad incrementum ipſius corporis: ut in charitate perficiatur ædificium ejus.

17 Hoc autem dico, & teſtor in Domino, ut deinceps non ambuletis ſicut cæteræ Gentes, quæ ambulant in vanitate mentis ſuæ:

18 Et tenebroſæ ſunt in intellectibus ſuis, ſuntque alienæ à vita Dei, & propterea quòd non eſt in eis notitia, & propter cæcitatem cordis ipſarum.

19 Quæ exciderunt ſpe ſuâ, & tradiderunt ſeipſas laſciviæ, & operationi omnis impuritatis in cupiditate ſua.

20 Vos autem nequaquam ita didiciſtis Chriſtum:

21 Si verè audiviſtis eum, & didiciſtis, ſicut eſt veritas in Jeſu.

22 Sed ut deponatis à vobis converſationes veſtras priores, hominem illum veterem qui corrumpitur concupiſcentiis errorum:

23 Et renovemini in ſpiritu intellectuum veſtrorum:

24 Et induatis hominem novum illum qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia & in ſanctitate veritatis.

25 Proptereà deponite à vobis mendacium, & loquamini veritatem quiſque cum proximo ſuo: membra enim ſumus alter alterius.

26 Iraſcamini, & ne peccetis: & ſol ſuper iracundiam veſtram non occidat.

27 Et ne detis locum criminatori.

28 Et qui furabatur, poſthac non furetur; ſed laboret manibus ſuis, & operetur bona, ut ſit illi ad dandum ei qui indiget.

29 Nullus ſermo deteſtabilis ex ore veſtro prodeat, ſed is

qui bonus

qui bonus est & utilis ad ædificationem, ut conferat gratiam iis qui audiunt.

30 Et ne contristetis Spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemtionis.

31 Omnis amarulentia, & excandescentia, & ira, & vociferatio, & convitium tollantur à vobis, cum omni malitia:

32 Et estote benigni alius erga alium, ac misericordes: condonateque alius alii, sicut Deus condonavit nobis in Christo.

ܘܡܥܕܪܢܐ ܠܒܢܝܢܐ. ܕܢܬܠ ܛܝܒܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ. 30 ܘܠܐ ܬܥܝܩܘܢ ܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܠܗܐ. ܕܒܗ ܐܬܛܒܥܬܘܢ ܠܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ. 31 ܟܠ ܡܪܝܪܘܬܐ ܘܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ ܘܩܥܬܐ ܘܓܘܕܦܐ ܢܫܬܩܠ ܡܢܟܘܢ. ܥܡ ܟܠܗ ܒܝܫܘܬܐ. 32 ܘܗܘܘ ܒܣܝܡܝܢ ܚܕ ܥܡ ܚܕ ܘܡܪܚܡܢܝܢ. ܘܗܘܝܬܘܢ ܫܒܩܝܢ ܚܕ ܠܚܕ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܒܡܫܝܚܐ ܫܒܩ ܠܢ.

CAPUT V.

ܨܚܚܐ ܗ

1 Estote igitur imitatores Dei, tanquam filii dilecti:

2 Et ambulate in charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & victimam Deo in odorem suavem.

3 Scortatio autem & omnis impuritas & avaritia neutiquam etiam nominetur inter vos, sicut decet sanctos.

4 Neque obscœnitates, neque sermones stultitiæ, aut irrisionis, aut fabulæ, qui non sunt necessarii: sed potius gratiarum actio.

5 Hoc autem scitote, quòd quisquis est scortator, aut impurus, aut avarus, aut cultor simulacrorum, non est ei hæreditas in regno Christi & Dei.

6 Ne quisquam decipiat vos sermonibus inanibus: propter hæc enim venit ira Dei super contumaces.

7 Ne igitur sitis illorum consortes.

8 Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux estis in Domino nostro: ut filii lucis igitur, ita ambulate.

9 Fructus enim lucis sunt in omni bonitate, & justitia, & veritate.

1 ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܡܬܕܡܝܢ ܒܐܠܗܐ ܐܝܟ ܒܢܝܐ ܚܒܝܒܐ. 2 ܘܗܠܟܘ ܒܚܘܒܐ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܡܫܝܚܐ ܐܚܒܢ ܘܐܫܠܡ ܢܦܫܗ ܚܠܦܝܢ. ܩܘܪܒܢܐ ܘܕܒܚܬܐ ܠܐܠܗܐ ܠܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ. 3 ܙܢܝܘܬܐ ܕܝܢ ܘܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ ܘܥܠܘܒܘܬܐ. ܐܦܠܐ ܬܫܬܡܥ ܒܝܢܬܟܘܢ. ܐܝܟ ܕܝܐܐ ܠܩܕܝܫܐ. 4 ܘܠܐ ܨܥܪܐ ܘܠܐ ܡܠܐ ܕܫܛܝܘܬܐ ܐܘ ܕܡܝܩܢܘܬܐ ܐܘ ܕܒܘܙܚܐ. ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܬܒܥܝܢ. ܐܠܐ ܢܗܘܝܢ ܒܬܘܕܝܬܐ. 5 ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܝܕܥܝܢ. ܕܟܠ ܐܝܢܐ ܕܙܢܝܐ ܐܘ ܛܢܦܐ ܐܘ ܥܠܘܒܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܦܠܚ ܦܬܟܪܐ. ܠܝܬ ܠܗ ܝܪܬܘܬܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܕܐܠܗܐ. 6 ܠܐ ܐܢܫ ܢܛܥܝܟܘܢ ܒܡܠܐ ܣܪܝܩܬܐ. ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܐܬܐ ܪܘܓܙܐ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܒܢܝܐ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ. 7 ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܗܟܝܠ ܫܘܬܦܐ ܠܗܘܢ. 8 ܐܝܬܝܟܘܢ ܗܘܝܬܘܢ ܓܝܪ ܡܢ ܩܕܝܡ ܚܫܘܟܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܢܘܗܪܐ ܐܝܬܝܟܘܢ ܒܡܪܢ. ܐܝܟ ܒܢܝ ܢܘܗܪܐ ܗܟܢܐ ܗܠܟܘ. 9 ܦܐܪܘܗܝ ܓܝܪ ܕܢܘܗܪܐ ܒܟܠܗ ܛܒܘܬܐ ܘܟܐܢܘܬܐ ܘܩܘܫܬܐ.

10 Et discernite quid sit bonum coram Domino nostro.

11 Neque commercium habete cum operibus tenebrarum, in quibus fructus non sunt; sed redarguite illa:

12 Quod enim secretò faciunt, abominabile est etiam dicere illud.

13 Omnia etiam arguuntur à luce, & manifesta fiunt: & omnis res quæ manifesta est, lux est.

14 Propterea dictum est; Expergiscere qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

15 Videte igitur quomodo ambuletis circumspectè, non tanquam insipientes;

16 Sed tanquam sapientes, qui redimunt occasionem suam: quia dies mali sunt.

17 Propterea ne sitis destituti mente, sed considerate quæ sit voluntas Dei:

18 Et ne sitis ebrii vino, in quo est temulentia; sed repleamini spiritu.

19 Et loquamini cum vobismetipsis per psalmos, & per hymnos, & per cantiones spirituales: canite in cordibus vestris Domino.

20 Et gratias agite omni tempore pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo Patri.

21 Et estote subjecti aliis aliis in charitate Christi.

22 Uxores, estote subjectæ maritis vestris tanquam Domino nostro:

23 Quoniam vir caput est mulieris, sicut etiam Christus est caput Ecclesiæ; & ipse est Servator corporis.

24 Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita etiam uxores maritis suis in omni re.

25 Viri diligite uxores vestras, sicut etiam Christus dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea:

26 Ut sanctificaret eam, & mundaret eam lavacro aquarum & verbo:

27 Et constitueret eam Ecclesiam sibi ipsi gloriosam

gloriosam, & in qua non esset labes, neque ruga, neque quicquam quod illis simile esset, sed esset sancta absque macula.

28 Ita convenit viris ut diligant uxores suas tanquam corpora sua. Qui enim uxorem suam diligit, seipsum diligit.

29 Nullus enim unquam corpus suum odit, sed nutrit ipsum, & curam ejus gerit, sicut etiam Christus *curam gerit* Ecclesiæ.

30 Quoniam membra sumus corporis ejus, & ex carne ejus sumus, & ex ossibus ejus.

31 Propterea relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt ambo una caro.

32 Hoc mysterium magnum est: ego autem loquor de Christo, & de Ecclesia ejus.

33 Veruntamen etiam vos, unusquisque ex vobis ita amet uxorem suam sicut seipsum: uxor autem revereatur maritum suum.

CAPUT VI.

1 Liberi, obedite parentibus vestris in Domino nostro: hoc enim justum est,

2 Et hoc est mandatum primum quod promittit; Honora patrem tuum & matrem tuam;

3 Ut benè sit tibi, & prolongetur vita tua super terram.

4 Parentes, ne irritetis filios vestros; sed educate eos in disciplina & in doctrina Domini nostri.

5 Servi, obedite dominis vestris qui sunt secundum carnem, cum timore, & cum tremore, & cum simplicitate cordis, tanquam Christo.

6 Non ad aspectum oculi, quasi hominibus placentes; sed tanquam servi Christi facientes voluntatem Dei.

7 Et ministrate eis ex tota anima vestra in charitate, tanquam Domino nostro, & non tanquam hominibus:

8 Scientes quoniam quodcunque unusquisque fecerit bonum, illud reportabit à Domino nostro, sive

sive servus sit, sive liber.

9 Etiam vos Domini ita facite, servis vestris: remittite illis delictum: quia nostis quòd Dominus quoque vester est in cœlo, & acceptio personarum non est apud eum.

10 Quod superest, fratres mei, corroboremini in Domino nostro, & in potentia roboris ejus:

11 Et induite totam armaturam Dei, ut possitis consistere contra insidias calumniatoris.

12 Quia colluctatio vestra non est cum carne & sanguine, sed cum principatibus, & cum potestatibus, & cum tenentibus mundum hunc tenebrosum, & cum spiritibus malis qui sunt sub cœlo.

13 Quapropter induite universam armaturam Dei, ut possitis occurrere malo: & quum præparati fueritis in omni re, consistatis.

14 State igitur, & cingite lumbos vestros veritate, & induite loricam justitiæ:

15 Et calceate pedes vestros apparatu Evangelii pacis.

16 Et cum his sumite vobis spem fidei, per quam pollebitis viribus ad extinguendum omnia jacula ignita illius Mali.

17 Et imponite galeam salutis, & apprehendite gladium Spiritus, qui est sermo Dei.

18 Et omnibus precationibus & omnibus orationibus precemini omni tempore in spiritu: & in ipsa precatione estote vigilantes omni tempore, precantes sedulò, & obsecrantes pro omnibus sanctis:

19 Etiam pro me, ut detur mihi verbum in apertione oris mei, quò liberè prædicem mysterium Evangelii,

20 Cujus ego sum nuncius in catenis: ut cum fiducia eloquar illud, sicut convenit mihi ut eloquar illud.

21 Ut autem sciatis etiam vos id quod apud me *geritur*, & id quod ago,

ecce

ecce notum facturus est vobis Tychicus frater dilectus, & minister fidelis in Domino nostro:

22 Quem misi ad vos propter hoc ipsum, ut cognosceretis id quod apud me *geritur*, & consolaretur corda vestra.

23 Pax cum fratribus, & charitas cum fide, à Deo Patre, & à Domino nostro Jesu Christo.

24 Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum sine corruptione.

ܗܐ ܡܘܕܥ ܠܟܘܢ ܛܘܟܝܩܘܣ ܐܚܐ ܚܒܝܒܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܗܝܡܢܐ ܕܒܡܪܢ. 22 ܕܠܗ ܫܕܪܬ ܠܘܬܟܘܢ ܥܠ ܗܕܐ ܗܝ. ܕܬܕܥܘܢ ܡܐ ܕܠܘܬܝ. ܘܢܒܝܐ ܠܒܘܬܟܘܢ. 23 ܫܠܡܐ ܥܡ ܐܚܐ ܘܚܘܒܐ ܥܡ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 24 ܛܝܒܘܬܐ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܚܒܝܢ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܕܠܐ ܚܒܠܐ ܐܡܝܢ ܀

Finita est Epistola ad Ephesios, quæ scripta fuit Româ, & missa est per Tychicum.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܐܦܣܝܐ. ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܘܟܝܩܘܣ ܀

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܦܝܠܝܦܣܝܐ ܀

EPISTOLA PAULI AD PHILIPPENSES.

ܩܦܠܐܘܢ 1

1 ܦܘܠܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܥܒܕܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܠܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܦܝܠܝܦܘܣ. ܥܡ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ. 2 ܫܠܡܐ ܥܡܟܘܢ ܘܫܝܢܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 3 ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܐܠܗܝ ܥܠ ܥܘܗܕܢܟܘܢ ܐܡܝܢܐܝܬ. 4 ܒܟܠ ܒܥܘܬܝ ܥܠ ܐܦܝܟܘܢ. ܘܟܕ ܚܕܐ ܐܢܐ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ. 5 ܥܠ ܫܘܬܦܘܬܟܘܢ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܡܢ ܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܥܕܡܐ ܠܗܫܐ. 6 ܡܛܠ ܕܬܟܝܠ ܐܢܐ ܥܠ ܗܕܐ. ܕܗܘ ܡܢ ܕܫܪܝ ܒܟܘܢ ܥܒܕܐ ܛܒܐ. ܗܘ ܢܫܠܡ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 7 ܐܝܟܢܐ ܕܙܕܩ ܠܝ ܕܐܬܪܥܐ ܗܠܝܢ ܥܠ ܟܠܟܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܠܒܝ ܣܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܒܐܣܘܪܝ ܘܒܡܦܩ ܪܘܚܝ. ܕܥܠ ܫܪܪܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܕܫܘܬܦܝ ܐܢܬܘܢ ܒܛܝܒܘܬܐ. 8 ܣܗܕ ܗܘ ܓܝܪ ܠܝ ܐܠܗܐ. ܕܐܝܟܢܐ ܪܚܡ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܪܚܡܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 9 ܘܗܕܐ ܡܨܠܐ ܐܢܐ. ܕܚܘܒܟܘܢ ܬܘܒ ܢܣܓܐ ܘܢܬܝܬܪ ܒܝܕܥܬܐ. ܘܒܟܠ ܣܘܟܠ ܪܘܚܢܐ. 10 ܕܬܦܪܫܘܢ ܦܪܝܫܬܐ

CAPUT I.

1 PAULUS & Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Jesu Christo, qui sunt Philippis, cum Senioribus & Ministris;

2 Gratia vobiscum & pax, à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Jesu Christo.

3 Gratias ago Deo meo in recordatione vestri sedula,

4 Quæ fit in omnibus precationibus meis pro vobis: & gaudens obsecro,

5 Propter communionem vestram quæ est in Evangelio, à primo die usque nunc:

6 Quia confido de hoc, quòd is qui cœpit in vobis opera bona, ipse perficiet usque ad diem Domini nostri Jesu Christi.

7 Ita enim justum mihi est sentire de vobis omnibus, eò quòd in corde meo positi estis, & in vinculis meis, & in defensione quæ est pro veritate Evangelii: quia consortes mei estis in gratia.

8 Testis enim est mihi Deus quomodo diligam vos in visceribus Jesu Christi.

9 Et hoc precor, ut adhuc crescat & abundet charitas vestra in cognitione & in omni intelligentia Spirituali;

10 Ut discernatis

ea

ea quæ ſunt præſtantia, & ſitis mundi ſine offendiculo in die Chriſti,

11 Et pleni fructibus juſtitiæ qui ſunt per Jeſum Chriſtum, ad laudem & gloriam Dei.

12 Volo autem ut ſciatis, fratres mei, quòd negotium meum magis progreſſum fecit in Evangelio:

13 Ita ut etiam vincula mea manifeſtata ſint in Chriſto in prætorio toto, & apud reliquos omnes.

14 Et multitudo fratrum, qui ſunt in Domino noſtro, confiſi ſunt propter vincula mea, & auſi ſunt magis ſine timore loqui ſermonem Dei:

15 Et aliqui ex invidia & contentione; aliqui autem voluntate bonâ, & charitate Chriſtum prædicant:

16 Quia norunt *quòd* in defenſionem Evangelii poſitus ſim.

17 Illi autem qui per contentionem Chriſtum prædicant nequaquam ſincerè *agunt*; ſed cogitant addere afflictionem vinculis meis.

18 Et in hoc gaviſus ſum, & gaudeo; quòd quocunque modo, ſive ſub prætextu, ſive verè, Chriſtus prædicatur.

19 Scio enim quòd hæc mihi cedent ad vitam per preces veſtras, & per donationem Spiritus Jeſu Chriſti.

20 Quemadmodum ſpero & exſpecto nulla in re me pudefactum iri; ſed revelata facie, ſicut omni tempore, etiam nunc magnificatum iri Chriſtum in corpore meo, ſive per vitam, ſive per mortem.

21 Vita enim mea Chriſtus eſt: & ſi moriar, lucrum eſt mihi.

22 Si autem etiam in hâc vita carnali fructus ſunt mihi in operibus meis, ignoro quid eligam mihi.

23 Coarctant enim me hæc ambo: Liberari cupio, ut cum Chriſto ſim; & hoc valdè utile eſſet mihi.

24 Sed etiam ut maneam in corpore meo, coarctat me negotium propter vos.

25 Et hoc confidenter novi, quòd manſurus

ܐܝܠܝܢ ܕܝܬܝܪܢ. ܘܬܗܘܘܢ ܕܟܝܢ ܘܕܠܐ ܬܘܩܠܐ ܒܝܘܡܗ ܕܡܫܝܚܐ. 11 ܘܬܬܡܠܘܢ ܦܐܪܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܠܫܘܒܚܐ ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ. ❖ 12 ܠܡܕܥ ܕܝܢ ܨܒܐ ܐܢܐ ܐܚܝ: ܕܣܘܥܪܢܝ ܕܝܠܝ ܝܬܝܪܐܝܬ ܠܩܘܕܡܝ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܐܬܐ. 13 ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܣܘܪܝ ܢܬܓܠܘܢ ܒܡܫܝܚܐ ܒܟܠܗ ܦܪܛܘܪܝܢ ܘܠܫܪܟܐ ܕܟܠܗܘܢ. 14 ܘܣܘܓܐܐ ܕܐܚܐ ܕܒܡܪܢ ܐܬܬܟܠܘ ܥܠ ܐܣܘܪܝ. ܘܐܡܪܚܘ ܝܬܝܪܐܝܬ ܕܕܠܐ ܕܚܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. 15 ܘܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢ ܚܣܡܐ ܘܚܪܝܢܐ. ܐܢܫ ܐܢܫ ܕܝܢ ܒܨܒܝܢܐ ܛܒܐ ܘܒܚܘܒܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܟܪܙܝܢ. 16 ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ ܕܠܡܦܩ ܪܘܚܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܣܝܡ ܐܢܐ. 17 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܡܢ ܚܪܝܢܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܟܪܙܝܢ: ܠܐ ܗܘܐ ܒܕܟܝܘܬܐ. ܐܠܐ ܡܣܒܪܝܢ ܕܐܘܠܨܢܐ ܡܘܣܦܝܢ ܠܐܣܘܪܝ. 18 ܘܒܗܕܐ ܚܕܐ ܐܢܐ ܘܚܕܐ ܐܢܐ. ܕܒܟܠ ܦܘܪܣ ܐܢ ܒܥܠܬܐ ܘܐܢ ܒܩܘܫܬܐ ܡܫܝܚܐ ܡܬܟܪܙ. 19 ܝܕܥ ܐܢܐ ܓܝܪ ܕܗܠܝܢ ܠܝ ܢܗܘܝܢ ܠܚܝܐ ܒܒܥܘܬܟܘܢ ܘܒܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 20 ܐܝܟ ܕܣܟܐ ܐܢܐ ܘܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܒܡܕܡ ܠܐ ܐܒܗܬ. ܐܠܐ ܒܓܠܝܘܬ ܐܦܐ ܐܝܟ ܕܒܟܠܙܒܢ ܐܦ ܗܫܐ ܢܬܪܘܪܒ ܡܫܝܚܐ ܒܦܓܪܝ. ܐܢ ܒܚܝܐ ܘܐܢ ܒܡܘܬܐ. 21 ܚܝܝ ܓܝܪ ܕܝܠܝ ܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܘܐܢ ܐܡܘܬ ܝܘܬܪܢܐ ܗܘ ܠܝ. 22 ܐܢ ܕܝܢ ܐܦ ܒܗܠܝܢ ܚܝܐ ܕܒܒܣܪܐ. ܦܐܪܐ ܐܝܬ ܠܝ ܒܥܒܕܝ: ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܡܢܐ ܐܓܒܐ ܠܝ. 23 ܐܠܝܨ ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܬܪܬܝܗܝܢ. ܪܓܐ ܐܢܐ ܕܐܫܬܪܐ. ܘܥܡ ܡܫܝܚܐ ܐܗܘܐ. ܘܗܕܐ ܛܒ ܝܬܝܪܐ ܗܘܬ ܠܝ. 24 ܐܠܐ ܐܦ ܣܘܥܪܢܐ ܕܒܣܪܐ: ܐܠܝܨ ܠܝ ܡܛܠܬܟܘܢ. 25 ܘܗܕܐ ܬܟܝܠ ܐܢܐ ܕܝܕܥ ܐܢܐ. ܕܐܩܘܘܐ

ܘܬܟܝܠ ܐܢܐ ܘܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܐܩܘܐ ܘܐܟܬܪ ܠܟܠܟܘܢ ܠܬܘܣܦܬܐ ܘܠܚܕܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܟܘܢ. 26 ܘܟܕ ܐܬܐ ܬܘܒ ܠܘܬܟܘܢ: ܢܬܝܬܪ ܒܝ ܫܘܒܗܪܟܘܢ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܠܚܘܕ. 27 ܐܝܟܢܐ ܕܫܘܐ ܠܣܒܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܟܢܐ ܬܬܕܒܪܘܢ. ܕܐܢ ܐܬܐ ܐܚܙܝܟܘܢ. ܘܐܢ ܪܚܝܩ ܐܢܐ ܐܫܡܥ ܥܠܝܟܘܢ. ܕܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܚܕܐ ܪܘܚ. ܘܒܚܕܐ ܢܦܫ. ܘܡܬܟܬܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܟܚܕܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܣܒܪܬܐ. 28 ܘܒܡܕܡ ܠܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܠܩܘܒܠܟܘܢ: ܠܚܘܘܝܐ ܕܐܒܕܢܗܘܢ ܘܠܚܝܝܐ ܕܝܠܟܘܢ. 29 ܘܗܕܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܝ. ܐܬܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܒܠܚܘܕ ܬܗܝܡܢܘܢ ܒܗ ܒܡܫܝܚܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܕܚܠܦܘܗܝ ܬܚܫܘܢ. 30 ܘܬܣܝܒܪܘܢ ܐܓܘܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܚܙܝܬܘܢ ܒܝ. ܘܗܫܐ ܫܡܥܝܬܘܢ ܥܠܝ ❖

quòd mansurus sim, & permansurus ... gaudium vestrum, & ad incrementum fidei vestræ;

26 Ut quum venero rursus ad vos, exuberet in me gloriatio vestra quæ est in Jesu Christo tantùm.

27 Quemadmodum decet Evangelium Christi, conversemini: ut sive veniam, videam vos; & sive absim, audiam de vobis quòd persistatis in uno Spiritu & una anima, & decertetis simul per fidem Evangelii.

28 Et in nulla re commoveamini ab iis qui nobis obsistunt, ad indicium perditionis ipsorum & ad salutem vestram.

29 Et hoc à Deo datum est vobis, ut non tantùm credendo credatis in Christum, verùm etiam ut pro eo patiamini,

30 Et sustineatis certamen, sicut vidistis in me, & nunc auditis de me.

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

CAPUT II.

ܐܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܗܟܝܠ ܒܘܝܐܐ ܒܡܫܝܚܐ: ܐܘ ܡܠܝܐ ܕܠܒܐ ܒܚܘܒܐ: ܐܘ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܐܘ ܪܚܡܐ ܐܘ ܚܢܢܐ: 2 ܫܠܡܘ ܚܕܘܬܝ ܕܚܕ ܪܥܝܢܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܘܚܕ ܚܘܒܐ. ܘܚܕܐ ܢܦܫ ܘܚܕܐ ܬܪܥܝܬܐ. 3 ܘܡܕܡ ܒܚܪܝܢܐ ܐܘ ܒܫܘܒܗܪܐ ܣܪܝܩܐ ܠܐ ܬܥܒܕܘܢ. ܐܠܐ ܒܡܟܝܟܘܬ ܪܥܝܢܐ: ܟܠܢܫ ܠܚܒܪܗ ܐܝܟ ܕܡܝܬܪ ܡܢܗ ܢܚܫܘܒ. 4 ܘܠܐ ܐܢܫ ܕܢܦܫܗ ܢܒܥܐ. ܐܠܐ ܟܠܢܫ ܐܦ ܕܚܒܪܗ. 5 ܘܗܕܐ ܐܬܪܥܘ ܒܟܘܢ: ܐܝܟ ܕܐܦ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 6 ܗܘ ܕܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܕܡܘܬܐ ܕܐܠܗܐ: ܠܐ ܗܘܐ ܚܛܝܦܘܬܐ ܚܫܒܗ ܗܕܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܫܘܝܐ ܕܐܠܗܐ. 7 ܐܠܐ ܢܦܫܗ ܣܪܩ ܘܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܢܣܒ. ܘܗܘܐ ܒܕܡܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ.

1 Si vobis igitur est consolatio in Christo, & si est loquutio in corde in dilectione, & si *est* communio Spiritus, & si *sunt* viscera, & si miserationes,

2 Complete gaudium meum, ut una cogitatio sit vobis, & una charitas, & una anima, & una mens;

3 Et nihil per contentionem aut per gloriam inanem faciatis, sed per lenitatem animi unusquisque proximum suum, tanquam præstantiorem se reputet:

4 Neque quisquam quæ sunt suiipsius curet, sed quisque etiam quæ sunt proximi sui.

5 Et hoc sentite in vobisipsis, quod etiam Jesus Christus.

6 Qui quum esset in similitudine Dei, nequaquam rapinam æstimavit hoc ipsum quod esset æqualis Deo;

7 Sed seipsum exinanivit, & formam servi accepit, factusque est similis hominibus

hominibus, & habitu repertus est ut homo.

8 Atque humiliavit semetipsum, & obedientem se præstitit usque ad mortem, mortem autem crucis.

9 Propterea etiam Deus multùm exaltavit eum, & dedit ei nomen quod excellentius est omnibus nominibus:

10 Ut in nomine Jesu omne genu se flectat, eorum quæ sunt in cœlo, & in terra, & eorum quæ sunt sub terra:

11 Et omnis lingua confiteatur quòd Dominus sit Jesus Christus, ad gloriam Dei Patris sui.

12 Itaque, dilecti mei, sicut omni tempore obedientes vos præstitistis, non quum propinquus essem vobis tantùm, sed nunc quum longè absim à vobis, magis in timore & in tremore operemini opus salutis vestræ.

13 Deus enim efficit in vobis tum velle tum agere id quod vultis.

14 Omnia facite absque murmuratione, & absque disceptatione:

15 Ut sitis integri & sine macula, tanquam puri filii Dei, qui habitant in generatione prava & perversa: & conspiciamini inter eos tanquam luminaria in mundo:

16 Quod sitis illis loco salutis, ad gloriam meam in die Christi: quod nequaquam frustrà cucurrerim, neque inaniter laboraverim.

17 Quinetiam *si* immolar super victima & ministerio fidei vestræ, gaudeo & exsulto cum omnibus vobis,

18 Sic & etiam vos gaudete & exsultate mecum.

19 Spero autem in Domino nostro Jesu, quòd mittam ad vos Timotheum citò, ut etiam mihi sit quies, quum didicero propter vos.

20 Nullus enim mihi alius est hîc qui sit ad mentem meam, qui diligenter curet quæ vestra sunt.

21 Omnes enim quæ sua ipsorum sunt, quærunt, & non quæ Jesu Christi.

22 Probationem autem hujus novistis, quòd tanquam filius

cum

cum patre suo, ita servivit mecum in Evangelio.

23 Hunc spero quòd mittam ad vos citò, postquam videro quæ apud me geruntur.

24 Et confido in Domino meo, quòd ego quoque brevi veniam ad vos.

25 Nunc autem coegit me negotium, ut mitterem ad vos Epaphroditum fratrem, qui est adjutor & cooperator meus; vester autem legatus, & minister necessitatis meæ.

26 Quia cupidus erat videndi vos omnes, & anxius erat, quia cognoverat quòd audivissetis quòd infirmatus fuisset.

27 Etiam infirmus fuit usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus: nequaquam autem ejus tantùm, sed etiam mei, ne esset mihi afflictio super afflictionem.

28 Solicitè igitur misi eum ad vos; ut quum videritis eum, rursus gaudeatis, & mihi aliquantula sit respiratio.

29 Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio: & qui tales sunt, eos cum honore complectamini.

30 Propter opus enim Christi usque ad mortem pervenit, & spreyit animam suam, ut impleret id quod defuerat vobis in ministerio quod est erga me.

CAPUT III.

1 PRoinde, fratres mei, gaudete in Domino nostro. Eadem scribere vobis non est molestum mihi, propterea quòd vos cautiores efficiunt.

2 Cavete à canibus, cavete ab operariis malis, cavete à concisione carnis.

3 Circumcisio enim nos sumus, qui servimus Deo in Spiritu, & gloriamur in Jesu Christo, & non confidimus in carne.

4 Quanquam mihi esset confidentia etiam in carne. Si enim quisquam putat confidentiam suam esse in carne, ego magis quàm ipse:

5 Circumcisus natus octo dies, ex genere Israelis, ex tribu Benjamin, Hebræus Hebræorum filius, juxta Legem Pharisæus,

6 Juxta æmulationem persecutor Ecclesiæ, & secundum justitiam Legis sine crimine fui.

7 Sed quæ lucro erant mihi, damnum reputavi ea propter Christum.

8 Et etiam reputo illa omnia damnum propter dignitatem cognitionis Jesu Christi Domini mei, propter quem omnis rei damnum sustinui, & tanquam stercus reputavi, ut Christum lucrifaciam:

9 Et reperiar in eo, cum non sit justitia mei ipsius, illa quæ ex Lege; sed illa quæ est ex fide Christi, quæ est justitia quæ est ex Deo.

10 Ut per eam cognoscam Jesum & vim resurrectionis ejus, & fiam particeps passionum ejus, & similis fiam morti ipsius:

11 Si quomodò possim pervenire ad resurrectionem ex mortuis.

12 Nequaquam jam accepi, aut jam perfectus sum; sed curro, si quo modo apprehendam id cujus causa apprehendit me Jesus Christus.

13 Fratres mei, ego de meipso non cogito quod apprehenderim. Unum autem novi, quòd eorum quæ sunt à tergo meo, obliviscar, & ad ea quæ ante me sunt, me extendam:

14 Et curro ad metam, ut accipiam victoriam vocationis supernæ Dei per Jesum Christum.

15 Qui igitur perfecti sunt, hæc sentiant: & si quid aliter sentitis, etiam hoc Deus revelabit vobis.

16 Attamen ad hoc ut perveniamus; Unâ semitâ procedamus,

& uno

[illegible]

& uno consensu.

17 Similes estote mei, fratres mei; & considerate eos qui ita ambulant, secundùm exemplar quod in nobis videtis.

18 Sunt enim multi qui aliter ambulant, de quibus sæpiùs dixi vobis, nunc autem flens dico, qui inimici sunt crucis Christi:

19 Quorum finis perditio est, quorum Deus venter eorum est: & gloria eorum confusio ipsorum: quorum cogitatio in terra est.

20 Nostrum autem opus in cœlo est, & inde exspectamus Servatorem nostrum, Dominum nostrum Jesum Christum:

21 Qui transmutabit corpus humilitatis nostræ, ut sit in similitudine corporis gloriæ suæ, secundum virtutem suam magnam, per quam omnia subjecta sunt ei.

CAPUT IV.

[illegible]

1 PRoinde, fratres mei dilecti & charissimi, gaudium meum, & corona mea, ita state in Domino nostro, dilecti mei.

2 Ab Evodia peto, & à Syntyche, ut una mens sit eis in Domino nostro.

3 Etiam abs te peto, collega mi vere, ut adjuves eas, quia ipsæ laborarunt mecum in Evangelio, cum Clemente, & cum reliquis adjutoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

4 Gaudete in Domino nostro semper: & rursum dico; Gaudete:

5 Et lenitas vestra nota fiat apud omnes. Dominus noster propè est.

6 De nulla re soliciti sitis, sed semper per precationem & per obsecrationem petitiones vestræ innotescant coram Deo.

7 Et pax Dei, quæ major est omni mente, custodiet

corda

corda vestra & mentes vestras in Jesu Christo.

8 Proinde, fratres mei, ea quæ sunt vera, & ea quæ sunt honesta, & ea quæ sunt justa, & ea quæ sunt pura, & ea quæ sunt amabilia, & ea quæ sunt laudabilia, & ea *quæ* sunt opera gloriosa & celebranda, hæc cogitate.

9 Quæ didicistis & accepistis, & audivistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

10 Magnopere autem gavisus sum in Domino nostro, quòd *denuò* cœpistis curam habere mei, sicut etiam curam habebatis; verùm non compotes eratis.

11 Nequaquam autem propterea quòd defuerit mihi, dico: nam ego didici ut sufficiat mihi id quod est mihi.

12 Novi humiliari, & novi quoque abundare in omnibus, & in omnibus exercitatus sum, tum in saturitate, tum in fame, in abundantia, & in penuria.

13 Omnia possum per Christum qui corroborat me.

14 Attamen bene fecistis quod communicastis afflictionibus meis.

15 Nostis autem etiam vos Philippenses, quòd in principio Evangelii, quum proficiscerer à Macedonia, ne una quidem ex ecclesiis communicaverit mihi in ratione accipiendi & dandi, nisi vos tantùm:

16 Quia etiam Thessalonicam semel & bis necessitatem meam misistis.

17 Non quòd donum requiram, sed requiro ut fructus abundent vobis.

18 Omnia accepi, & abundo, & plenus sum: accepique omnia quæ misistis mihi per Epaphroditum, odorem suavem & victimam acceptam quæ placet Deo.

19 Et Deus meus impleat omnem indigentiam vestram juxta opulentiam suam, in gloria Jesu Christi.

20 DEO autem Patri nostro laus & gloria

ܠܒܘܬܟܘܢ ܘܪܥܝܢܝܟܘܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܀
8 ܡܟܝܠ ܐܚܝ. ܐܝܠܝܢ ܕܫܪܝܪܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܢܟܦܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܟܐܢܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܕܟܝܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܪܚܝܡܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܒܚܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܥܒܕܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܕܩܘܠܣܐ. ܗܠܝܢ ܐܬܪܥܘ.
9 ܐܝܠܝܢ ܕܐܠܦܬܘܢ ܘܩܒܠܬܘܢ ܘܫܡܥܬܘܢ ܘܚܙܝܬܘܢ ܒܝ: ܗܠܝܢ ܥܒܕܘ. ܘܐܠܗܐ ܕܫܠܡܐ ܢܗܘܐ ܥܡܟܘܢ.
10 ܚܕܝܬ ܕܝܢ ܪܒܐܝܬ ܒܡܪܢ. ܕܐܦܪܥܬܘܢ ܠܡܬܪܥܝܘ ܥܠܝ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܡܬܪܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܐܠܐ ܠܐ ܣܦܩܝܢ ܗܘܝܬܘܢ.
11 ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܚܣܝܪ ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܐܢܐ ܓܝܪ ܝܠܦܬ ܕܢܗܘܐ ܣܦܩ ܠܝ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܝ.
12 ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܐܬܡܟܟ. ܘܝܕܥ ܐܢܐ ܕܐܬܝܬܪ ܒܟܠ ܘܒܟܠܡܕܡ ܡܕܪܫ ܐܢܐ. ܐܦ ܒܣܒܥܐ ܐܦ ܒܟܦܢܐ. ܒܡܝܬܪܘܬܐ ܘܒܚܣܝܪܘܬܐ.
13 ܕܟܠ ܡܕܡ ܡܨܐ ܐܢܐ ܚܝܠܐ: ܒܡܫܝܚܐ ܕܡܚܝܠ ܠܝ 14 ܒܪܡ ܫܦܝܪ ܥܒܕܬܘܢ ܕܐܫܬܘܬܦܬܘܢ ܠܐܘܠܨܢܝ.
15 ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܦܝܠܝܦܣܝܐ: ܕܒܫܘܪܝܐ ܕܣܒܪܬܐ ܟܕ ܢܦܩܬ ܡܢ ܡܩܕܘܢܝܐ: ܐܦܠܐ ܚܕܐ ܡܢ ܥܕܬܐ ܐܫܬܘܬܦܬ ܠܝ ܒܚܘܫܒܢ ܡܣܒܐ ܘܡܬܠܐ. ܐܠܐ ܐܢܬܘܢ ܒܠܚܘܕܝܟܘܢ: 16 ܕܐܦ ܠܬܣܠܘܢܝܩܐ ܚܕܐ ܙܒܢܐ ܘܬܪܬܝܢ: ܫܕܪܬܘܢ ܠܝ ܣܘܢܩܢܝ. 17 ܠܘ ܕܡܘܗܒܬܐ ܒܥܐ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܕܦܐܪܐ ܢܣܓܘܢ ܠܟܘܢ.
18 ܩܒܠܬ ܟܠܗܝܢ. ܘܡܝܬܪ ܠܝ ܘܡܠܐ ܐܢܐ. ܘܢܣܒܬ ܟܠ ܕܫܕܪܬܘܢ ܠܝ ܒܝܕ ܐܦܦܪܘܕܝܛܘܣ: ܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ ܘܕܒܚܐ ܡܩܒܠܐ ܕܫܦܪ ܠܐܠܗܐ. 19 ܐܠܗܝ ܕܝܢ ܢܡܠܐ ܟܠ ܣܘܢܩܢܝܟܘܢ ܐܝܟ ܥܘܬܪܗ. ܒܫܘܒܚܐ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 20 ܠܐܠܗܐ ܕܝܢ ܐܒܘܢ: ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ

ܘܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ 21 ܫܐܠܘ
ܒܫܠܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟܘܢ ܐܚܐ ܕܥܡܝ. 22 ܫܐܠܝܢ
ܒܫܠܡܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. ܝܬܝܪܐܝܬ ܕܝܢ ܗܢܘܢ
ܕܡܢ ܒܝܬܗ ܕܩܣܪ. 23 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܡܝܢ ܀

& gloria in seculum seculorum. Amen.

21 Salutate omnes sanctos in Jesu Christo. Salutant vos fratres qui mecum sunt.

22 Salutant vos omnes sancti, maximè autem illi qui sunt è domo Cæsaris.

23 Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis Amen.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܦܝܠܝܦܣܝܐ.
ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ
ܒܐܝܕ ܐܦܪܘܕܝܛܘܣ ܀

Finita est Epistola ad Philippenses, quæ scripta est è Roma, & emissa est per Epaphroditum.

EPISTOLA PAULI AD COLOSSENSES.

CAPUT I.

1 PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater:
2 Iis qui sunt Colossis, fratribus sanctis & fidelibus in Jesu Christo: Pax vobiscum, & gratia à Deo Patre nostro.
3 Gratias agimus Deo Patri Domini nostri Jesu Christi semper, & oramus pro vobis,
4 Ecce à quo audivimus fidem vestram, quæ est in Jesu Christo, & charitatem vestram quæ est erga omnes sanctos:
5 Propter spem quæ reservatur vobis in cœlo, quam antea audivistis per sermonem veritatis Evangelii.
6 Quod prædicatum fuit vobis, sicut etiam universo mundo; & crescit, redditque fructus, sicut etiam in vobis, à die quo audivistis, & cognovistis gratiam Dei in veritate:
7 Quemadmodum didicistis ab Epaphra conservo nostro dilecto, qui ipse est pro vobis minister fidelis Christi:
8 Et ipse notam fecit nobis charitatem vestram in Spiritu.
9 Propterea & nos ex die quo audivimus, non desimus orare pro vobis, & petere

ut impleamini

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܩܘܠܣܝܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܐܚܐ. 2 ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܒܩܘܠܣܘܣ. ܐܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܫܠܡܐ ܥܡܟܘܢ ܘܛܝܒܘܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ. 3 ܡܘܕܝܢܢ ܠܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܟܠܙܒܢ. ܘܡܨܠܝܢܢ ܥܠܝܟܘܢ: 4 ܗܐ ܡܢ ܕܫܡܥܢ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܚܘܒܟܘܢ ܕܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. 5 ܡܛܠ ܣܒܪܐ ܗܘ ܕܢܛܝܪ ܠܟܘܢ ܒܫܡܝܐ. ܗܘ ܕܩܕܡ ܫܡܥܬܘܢ ܒܡܠܬܐ ܕܩܘܫܬܐ ܕܣܒܪܬܐ. 6 ܗܝ ܕܐܬܟܪܙܬ ܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ. ܘܝܗܒܐ ܦܐܪܐ ܘܪܒܝܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܒܟܘܢ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܫܡܥܬܘܢ. ܘܝܕܥܬܘܢ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܩܘܫܬܐ. 7 ܐܝܟ ܕܝܠܦܬܘܢ ܡܢ ܐܦܦܪܐ ܟܢܬܢ ܚܒܝܒܐ. ܕܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܚܠܦܝܟܘܢ ܡܫܡܫܢܐ ܡܗܝܡܢܐ ܕܡܫܝܚܐ. 8 ܘܗܘ ܐܘܕܥܢ ܚܘܒܟܘܢ ܕܒܪܘܚܐ ܀ 9 ܡܛܠܗܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܫܡܥܢ: ܠܐ ܫܠܝܢ ܠܡܨܠܝܘ ܥܠܝܟܘܢ. ܘܫܐܠܝܢ

ܕܬܬܡܠܘܢ

[illegible]

ut impleamini cognitione voluntatis Dei, in omni sapientia, & in omni intellectu Spirituali:

10 Ut ambuletis quemadmodum æquum est, & placeatis Deo in omnibus operibus bonis, reddatisque fructus, & crescatis in cognitione Dei:

11 Ac corroboremini omni virtute juxta magnitudinem gloriæ illius, in omni tolerantia & longanimitate:

12 Et cum gaudio gratias agatis Deo Patri, qui idoneos nos fecit ad portionem hæreditatis sanctorum in luce:

13 Et redemit nos à potestate tenebrarum, & traduxit nos in regnum Filii sui dilecti.

14 Per quem est nobis redemtio, & remissio peccatorum.

15 Qui est Imago Dei invisibilis, & Primogenitus omnium creaturarum.

16 Et per eum creatum est quicquid est in cœlo & in terra, omne visibile & omne invisibile: sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt:

17 Et is est qui fuit ante omnia, & omnia per eum consistunt.

18 Et ipse est Caput corporis Ecclesiæ, qui est Principium & Primogenitus ex mortuis, ut sit Primarius in omnibus.

19 Quia in eo ipse *Pater* voluit omnem plenitudinem habitare:

20 Et per eum reconciliare sibi omnia: & pacificavit in sanguine crucis ejus, per eum, sive quæ sunt in terra, sive quæ sunt in cœlo.

21 Etiam vos qui antea alieni fuistis, & hostes in mentibus vestris, propter opera vestra mala,

22 Reduxit *inquam* vos nunc in gratiam per corpus carnis suæ, & per mortem suam: ut constitueret vos coram se sanctos, sine macula & sine culpa;

23 Si permanseritis in fide vestra, firmo existente fundamento vestro, & non dimoveamini à spe Evangelii, quod audivistis, quod prædicatum fuit in universa creatura

creatura quæ est sub cœlo: cujus ego Paulus factus sum minister.

24 Et gaudeo in passionibus quæ sunt pro vobis, & suppleo defectum afflictionum Christi in carne mea, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia.

25 Cujus ego factus sum minister juxta dispensationem Dei, quæ data est mihi inter vos, ut impleam sermonem Dei,

26 Mysterium illud quod absconditum erat à seculis, & ab ætatibus; nunc autem revelatum est sanctis ejus,

27 Quibus voluit Deus notum facere quæ sit opulentia gloriæ mysterii hujus inter Gentes: quod ipsum *mysterium* est Christus, qui in vobis est spes gloriæ nostræ.

28 Quem nos prædicamus & docemus ac cognoscendum præbemus omni homini in omni sapientia; ut sistamus omnem hominem perfectum in Jesu Christo.

29 In hoc enim etiam laboro, & enitor auxilio virtutis quæ data est mihi.

CAPUT II.

1 Volo autem ut sciatis quale certamen sit mihi pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & pro reliquis qui faciem meam non viderunt in carne:

2 Ut consolationem accipiant corda eorum, & accedant in charitate ad omnem opulentiam persuasionis, & ad intelligentiam cognitionis mysterii Dei Patris, & Christi,

3 In quo reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.

4 Hoc autem dico, ne quis decipiat vos suasione sermonum.

5 Etiamsi enim carne absens sim à vobis, tamen spiritu vobiscum sum, & gaudeo quòd videam ordinem vestrum, & firmitatem fidei vestræ quæ est in Christo.

6 Quemadmodum igitur accepistis Jesum

Jesum Christum Dominum nostrum, ita in eo ambulate;

7 Stabilitis radicibus vestris, & vobis exstructis in eo, confirmatisque in fide quam didicistis, in qua exuberetis cum gratiarum actione.

8 Cavete ne quis denudet vos per Philosophiam & per deceptionem vanam, secundum doctrinas hominum, & juxta elementa mundi, & non juxta Christum,

9 In quo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

10 Et in ipso vos quoque estis impleti, quia ipse est Caput omnium principatuum & potestatum.

11 Et in ipso circumcisi estis circumcisione sine manibus, per exutionem carnis peccatorum, per Circumcisionem Christi.

12 Et sepulti estis cum eo per baptismum, & per ipsum resurrexistis cum eo, qui credidistis in virtutem Dei qui excitavit eum à mortuis.

13 Et vos qui mortui eratis in peccatis vestris, & per præputium carnis vestræ, vivificavit cum eo, & condonavit nobis omnia peccata nostra:

14 Et delevit mandatis suis chirographum debitorum nostrorum quod erat contrarium nobis: & sustulit ipsum è medio, ac affixit ipsum cruci suæ;

15 Et per exutionem corporis sui diffamavit principatus & potestates, & pudefecit eos palàm in semetipso.

16 Ne igitur quis vobis molestiam exhibeat in cibo & potu, aut in distinctionibus festorum, & noviluniorum, & Sabbathorum.

17 Quæ sunt umbræ earum rerum quæ futuræ *erant*: corpus autem Christus est.

18 Et ne quis velit per humilitatem mentis vos adstringere, ut serviatis cultui Angelorum, nixus re quam non vidit, & in vanum superbiens sensu carnis suæ,

19

19 Et non tenens caput, ex quo totum corpus componitur, & constituitur per commissuras & per membra, & crescit augmento Dei.

20 Si enim mortui fuistis cum Christo ab elementis mundi, cur, ac si viveretis in mundo, judicamini?

21 Ne tetigeris, neque gustaveris, neque adhæseris?

22 Quæ sunt usûs corruptibilis, & mandata sunt & doctrinæ hominum:

23 Et videntur quòd sit in illis ratio sapientiæ in specie humilitatis & timoris Dei, & quòd non parcant corpori; non ob rem quæ non sunt pretiosa, sed propter ea quæ usus sunt carnis.

[illegible]

CAPUT III.

1 Si igitur resurrexistis cum Christo, quæ sunt superna quærite, ubi Christus sedet ad dexteram Dei:

2 Quæ sunt superna cogitate, & non quæ sunt in terra.

3 Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

4 Et quum Christus manifestabitur, qui ipse est vita nostra, tunc etiam vos manifestabimini cum eo in gloria.

5 Mortificate igitur membra vestra quæ sunt in terra, scortationem, impuritatem, & passiones, & concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ ipsa est idololatria.

6 Propter hæc enim venit ira Dei super contumaces.

7 In his etiam vos ambulastis antè, quum versaremini in eis.

8 Nunc autem deponite à vobis omnia hæc, iram, excandescentiam, malitiam, maledicentiam, turpiloquium:

9 Et ne sitis mendaces alius in alium; sed exuite hominem veterem cum omnibus

[illegible]

omnibus moribus ejus:

10 Et induite novum qui renovatur in cognitionem juxta imaginem Creatoris sui.

11 Ubi non est Judæus & Gentilis, neque Circumcisio & Præputium, neque Græcus & Barbarus, neque servus & liber: sed omnia & in omnibus est Christus.

12 Induite igitur tanquam electi Dei, sancti & dilecti, miserationes & viscerales affectus, & benignitatem, & humilitatem mentis, & lenitatem, & longanimitatem.

13 Et tolerate alius alium, & ignoscite alius alii: & si sit alicui adversus proximum suum querela, sicut Christus condonavit vobis, ita etiam vos condonate.

14 Et cum his omnibus charitas, quæ est vinculum perfectionis:

15 Et pax Christi regat corda vestra, ad quam vocati fuistis in uno corpore: & gratias agite Christo.

16 Cujus sermo habitet in vobis opulenter in omni sapientia. Et docete ac erudite vosmetipsos psalmis, & hymnis, & cantionibus spiritualibus; & cum gratia psallite in cordibus vestris Deo.

17 Et quicquid agitis sermone & opere, in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, & gratias agite per eum Deo Patri.

18 Uxores, subditæ estote maritis vestris, sicut æquum est in Christo.

19 Viri, diligite uxores vestras, & ne sitis amarulenti adversus eas.

20 Liberi, auscultate parentibus vestris per omnia: ita enim placet coram Domino nostro.

21 Parentes, ne provocetis liberos vestros ad iracundiam; ne angore conficiantur.

22 Servi, auscultate per omnia dominis vestris corporalibus, non in aspectu oculi, tanquam illi qui placent hominibus, sed corde simplici, & cum timore Domini.

23 Et quicquid facitis, ex tota anima vestra facite, tanquam Domino nostro, & non tanquam hominibus:

24 Et scitote quòd à Domino nostro accepturi sitis retributionem in hæreditate: Domino enim Christo servitis.

25 Qui autem injuriam intulerit, retributionem accipiet, quemadmodum injuriam intulit, & non est acceptio vultus.

CAPUT IV.

1 DOmini, facite æquitatem & justitiam erga servos vestros, & scitote quòd etiam vobis est Dominus in cœlo.

2 In oratione perseverate, & estote vigiles in ea, & gratias agentes,

3 Et orantes etiam pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, cujus causa vinctus sum:

4 Ut patefaciam illud, & loquar illud, sicut convenit mihi.

5 In sapientia ambulate erga extraneos, & redimite occasionem vestram:

6 Et sermo vester semper sit cum gratia, tanquam sale sit conditus: & scitote quomodo vos oporteat unicuique responsum reddere.

7 Id autem quod apud me *geritur* notum faciet vobis Tychicus frater dilectus, & minister fidelis, & conservus noster in Domino:

8 Quem misi ad vos propter hoc ipsum, ut cognoscat id quod *geritur* apud vos, & consoletur corda vestra;

9 Cum Onesimo fratre fideli & dilecto, qui est ex vobis. Ipsi notum facient vobis id quod *geritur* apud nos.

10 Salutatque vos Aristarchus captivus mecum, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo mandata accepistis, ut si venerit ad vos, recipiatis eum;

11 Et Jesus qui vocatur Justus, qui sunt ex circumcisione,

& ipsi

[illegible]

& ipsi solùm juverunt me in regno Dei, & ipsi fuerunt mihi consolatioti.

12 Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis, servus Christi, semper laborans pro vobis in precatione, ut stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

13 Testimonium enim perhibeo ei quod magnus zelus est ei pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui sunt Hierapoli.

14 Salutat vos Lucas Medicus, dilectus noster, & Demas.

15 Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & Ecclesiam quæ est domi ejus.

16 Et quum lecta fuerit epistola hæc apud vos, facite ut etiam in Ecclesia Laodicensium legatur: & illam quæ scripta est ex Laodicensibus, legite vos ipsam.

17 Et dicite Archippo; Diligens esto in ministerio quod accepisti in Domino nostro, ut impleas illud.

18 Salutatio hæc meâ manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

[illegible]

Finita est Epistola ad Colossenses, quæ scripta est è Roma, & missa est per Tychicum.

[illegible]

EPISTOLA PAULI AD THESSALONICENSES

PRIMA.

CAPUT I.

1 PAULUS & Sylvanus & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, quæ est in Deo Patre, & in Domino nostro Jesu Christo; Gratia vobiscum & pax.

2 Gratias agimus Deo semper pro vobis omnibus, & memores sumus vestri in precibus nostris jugiter:

3 Et recordamur coram Deo Patre operum fidei vestræ, & laboris charitatis vestræ, & tolerantiæ spei vestræ, quæ est in Domino nostro Jesu Christo.

4 Novimus enim electionem vestram, fratres mei, dilecti Dei.

5 Eò quòd prædicatio nostra nequaquam in sermonibus tantùm fuit apud vos, sed etiam in virtute & in Spiritu sancto, & in persuasione vera. Etiam vos nostis quomodo fuerimus inter vos, vestri causâ.

6 Et vos nostri imitatores facti estis, & Domini nostri, qui recepistis sermonem in afflictione multa, & cum gaudio Spiritus sancti.

7 Et fuistis exemplar omnibus fidelibus qui sunt in Macedonia & in Achaia.

8 A vobis enim manavit fama sermonis Domini nostri non tantùm in Macedoniam & in Achaiam, sed in omni loco fides vestra

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܬܣܠܘܢܝܩܝܐ

ܩܕܡܝܬܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ 1

1 ܦܘܠܘܣ ܘܣܝܠܘܢܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܠܥܕܬܐ ܕܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܒܐܠܗܐ ܐܒܐ : ܘܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ ܘܫܠܡܐ.

2 ܡܘܕܝܢܢ ܠܐܠܗܐ ܒܟܠܙܒܢ ܥܠ ܟܠܟܘܢ. ܘܡܬܕܟܪܝܢܢ ܠܟܘܢ ܒܨܠܘܬܢ ܐܡܝܢܐܝܬ.

3 ܘܡܥܗܕܝܢܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܥܒܕܐ ܕܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܘܥܡܠܐ ܕܚܘܒܟܘܢ. ܘܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܣܒܪܟܘܢ ܕܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 4 ܝܕܥܝܢ ܓܝܪ ܓܒܝܘܬܟܘܢ ܐܚܝܢ ܚܒܝܒܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. 5 ܕܣܒܪܬܢ ܠܐ ܗܘܬ ܒܡܠܬܐ ܒܠܚܘܕ ܠܘܬܟܘܢ ܐܠܐ ܐܦ ܒܚܝܠܐ ܘܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܒܡܘܫܠܡܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܝܟܢܐ ܗܘܝܢ ܒܝܢܬܟܘܢ ܡܛܠܬܟܘܢ. 6 ܘܐܢܬܘܢ ܒܢ ܐܬܕܡܝܬܘܢ ܘܒܡܪܢ. ܘܩܒܠܬܘܢ ܡܠܬܐ ܒܐܘܠܨܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܒܚܕܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. 7 ܘܗܘܝܬܘܢ ܕܡܘܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡܢܐ ܕܐܝܬ ܒܡܩܕܘܢܝܐ ܘܒܐܟܐܝܐ.

8 ܡܢܟܘܢ ܓܝܪ ܐܫܬܡܥܬ ܡܠܬܗ ܕܡܪܢ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܒܡܩܕܘܢܝܐ ܘܒܐܟܐܝܐ : ܐܠܐ ܒܟܠ ܐܬܪ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ

ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܕܠܘܬ ܐܠܗܐ ܐܫܬܡܥܬ ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܣܢܩ ܕܢܐܡܪ ܥܠܝܟܘܢ ܡܕܡ. 9 ܗܢܘܢ ܓܝܪ ܡܫܬܥܝܢ ܐܝܟܢܐ ܥܠܢ ܗܘܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܘܐܝܟܢܐ ܐܬܦܢܝܬܘܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܡܢ ܦܬܟܪܐ ܕܬܦܠܚܘܢ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ ܘܫܪܝܪܐ. 10 ܟܕ ܡܣܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܪܗ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܠܝܫܘܥ ܗܘ ܕܐܩܝܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܗܘ ܕܦܪܩܢ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܕܐܬܐ.

ܩܦܠܐܘܢ. ܒ

1 ܘܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܚܝ ܕܡܥܠܢ ܕܠܘܬܟܘܢ ܠܐ ܗܘܐ ܣܪܝܩܐܝܬ ܗܘܐ. 2 ܐܠܐ ܩܕܡܝܢ ܚܫܝܢ ܘܐܨܛܥܪܢ. ܐܝܟ ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܦܝܠܝܦܘܣ. ܘܗܝܕܝܢ ܒܐܓܘܢܐ ܪܒܐ ܡܠܠܢ ܥܡܟܘܢ ܒܦܪܗܣܝܐ ܕܐܠܗܢ ܣܒܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. 3 ܒܘܝܐܐ ܓܝܪ ܕܝܠܢ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܛܘܥܝܘܬܐ ܐܦܠܐ ܡܢ ܛܢܦܘܬܐ. ܐܦܠܐ ܒܢܟܠܐ. 4 ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܐܫܬܘܝܢ ܠܐܠܗܐ ܕܢܬܗܝܡܢ ܣܒܪܬܗ. ܗܟܢܐ ܡܡܠܠܝܢܢ. ܠܐ ܐܝܟ ܕܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܫܦܪܝܢ. ܐܠܐ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܚܪ ܠܒܘܬܢ. 5 ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܡܫܬܥܢܝܢ ܗܘܝܢ ܒܡܡܠܠܐ ܕܫܘܥܝܐ ܐܝܟ ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܠܐ ܒܥܠܬܐ ܕܥܠܘܒܘܬܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܣܗܕ. 6 ܘܠܐ ܒܥܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܠܐ ܡܢܟܘܢ ܘܠܐ ܡܢ ܐܚܪܢܐ. ܟܕ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܝܢ ܕܢܗܘܐ ܝܩܝܪܐ ܐܝܟ ܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ. 7 ܐܠܐ ܗܘܝܢ ܡܟܝܟܐ ܒܝܢܬܟܘܢ: ܘܐܝܟ ܡܪܒܝܢܝܬܐ ܕܡܪܚܡܐ ܒܢܝܗ: 8 ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܡܪܚܡܝܢ ܘܡܬܪܓܪܓܝܢ ܠܡܬܠ ܠܟܘܢ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܣܒܪܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܢܦܫܢ. ܡܛܠ ܕܚܒܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ: 9 ܥܗܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܐܚܝ: ܠܠܐܘܬܢ ܘܠܥܡܠܢ

ܕܒܠܠܝܐ

fides vestra quæ est in Deum audita est, ita ut non opus habeamus de vobis quicquam dicere.

9 Ipsi enim renunciant qualis ingressus nobis fuerit apud vos, & quomodo conversi estis ad Deum à cultu idolorum, ut serviatis Deo viventi & vero:

10 Exspectantes filium ejus è cœlo Jesum illum quem excitavit à mortuis, qui liberat nos ab ira ventura.

CAPUT II.

1 ET vos nostis, fratres mei, quòd ingressus noster ad vos nequaquam frustra fuerit:

2 Sed primùm passi sumus, & ignominia affecti sumus, quemadmodum scitis, Philippis: & tunc in certamine magno locuti sumus vobiscum cum fiducia Dei nostri Evangelium Christi.

3 Exhortatio enim nostra non fuit ex errore, neque ex impuritate, neque cum dolo:

4 Sed sicut fuimus probati Deo, ut concrederetur *nobis* Evangelium ejus, ita loquimur, non ut hominibus placeamus, sed Deo qui probat corda nostra.

5 Neque enim unquam usi sumus sermone adulatorio, quemadmodum nostis, nec occasione avaritiæ: Deus testis est.

6 Neque quæsivimus gloriam ab hominibus, non à vobis, nec ab aliis, quum possemus honorabiles esse tanquam Apostoli Christi.

7 Sed fuimus inter vos humiles, & tanquam nutrix quæ diligit liberos suos:

8 Ita etiam nos diligebamus, & cupidi eramus tradere vobis non tantùm Evangelium Dei, sed etiam animam nostram, quia dilecti eratis.

9 Memores estis enim, fratres, quòd laborabamus,

& defatigabamur

& defatigabamur opere manuum nostrarum nocte ac die, ne ulli vestrûm essemus oneri.

10 Vos testes estis & Deus, quomodo prædicavimus vobis Evangelium Dei purè & justè, & inculpabiles fuimus apud omnes fideles:

11 Quemadmodum nostis quòd ab unoquoque ex vobis, sicut pater à liberis suis, efflagitabamus, & consolabamur vos:

12 Et obtestabamur vos, ut ambularetis sicut convenit Deo, qui vocavit vos ad regnum suum & ad gloriam suam.

13 Propterea etiam nos gratias agimus indesinenter Deo, quòd sermonem Dei, quem accepistis à nobis, nequaquam sicut sermonem hominum accepistis, sed sicut est verè, *tanquam* sermonem Dei: & ipse opere agit in vobis, & in iis qui credunt.

14 Vos enim, fratres mei, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa, illorum qui sunt in Jesu Christo, quòd ita sustinuistis vos quoque à contribulibus vestris, quemadmodum etiam ipsi à Judæis,

15 Qui Dominum nostrum Jesum Christum occiderunt, & prophetas qui erant ex ipsis, nosque persecuti sunt: ac Deo non placent, & facti sunt contrarii omnibus hominibus.

16 Qui prohibent nos loqui cum Gentibus ut serventur, ad peragendum peccata sua omni tempore. Pervenit autem super eos ira usque ad finem.

17 Nos verò, fratres mei, orbati fuimus à vobis *ad* tempus horæ, facie nostrâ, non autem corde nostro, & magis sedulam navavimus operam ut videremus faciem vestram cum dilectione magna.

18 Et voluimus venire ad vos, ego Paulus semel & iterum, & impedivit me Satanas.

19 Quæ enim est spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriationis nostræ, nisi vos coram Domino nostro Jesu in adventu ejus?

20 Vos enim estis laus nostra & gaudium nostrum.

CAPUT

CAPUT III.

1 ET quia non sustinebamus, voluimus remanere Athenis soli,

2 Et mittere ad vos Timotheum fratrem nostrum, ministrum Dei, ac adjutorem nostrum in Evangelio Christi; ut confirmaret vos, & rogaret vos de fide vestra:

3 Ne quis ex vobis succideretur in afflictionibus istis. Vos enim nostis quod ad hoc positi sumus.

4 Nam etiam quum apud vos essemus, prædicebamus vobis futurum esse ut affligeremur: quemadmodum nostis quod factum sit.

5 Propterea etiam ego non sustinui donec mitterem ut cognoscerem fidem vestram, ne fortè tentasset vos tentator, & esset labor noster inanis.

6 Nunc autem ex quo venit ad nos Timotheus à vobis, & annunciavit nobis de fide vestra, & de charitate vestra, & quòd sit apud vos nostri memoria bona omni tempore, & cupidi sitis videre nos, sicut nos quoque vos:

7 Propterea consolationem accepimus in vobis, fratres nostri, in omnibus angustiis nostris & afflictionibus nostris, propter fidem vestram.

8 Et nunc vivimus, si vos confirmemini in Domino nostro.

9 Quam enim gratiarum actionem possumus rependere pro vobis Deo super omni gaudio quo gaudemus vestri causa,

10 Nisi ut coram Deo ampliùs obsecremus nocte & die, ut videamus faciem vestram, & perficiamus id quod deest fidei vestræ?

11 Ipse autem Deus Pater noster, & Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos,

12 Et augeat & abundare faciat charitatem vestram unius erga alterum, & erga unumquemque, quemadmodum nos diligimus vos:

13 Et confirmet corda vestra inculpabilia

culpabilia per sanctitatem coram Deo Patre nostro, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus.

CAPUT IV.

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 PRoinde fratres mei, petimus à vobis, & obsecramus vos per Dominum nostrum Jesum, ut quemadmodum accepistis à nobis quomodo conveniat vobis ambulare & placere Deo, ut ampliùs adjiciatis.

2 Nostis enim quæ mandata dederimus vobis per Dominum nostrum Jesum Christum.

3 Hæc enim est voluntas Dei: sanctificatio vestra, & ut abstitis ab omni scortatione.

4 Et sciat unusquisque ex vobis possidere vas suum in sanctificatione & in honore:

5 Et non in affectibus concupiscentiæ, sicut reliquæ Gentes quæ non noverunt Deum.

6 Et ne audeatis transgredi, & injuriâ afficere quisque fratrem suum in hoc negotio: quia Dominus noster est ultor de his omnibus, quemadmodum etiam ante hoc tempus diximus vobis, & testati sumus.

7 Non enim vocavit vos Deus ad impuritatem, sed ad sanctificationem.

8 Itaque qui injuriâ afficit, nequaquam hominem injuriâ afficit, sed Deum qui dedit in vobis Spiritum suum sanctum.

9 De charitate autem fratrum non opus habetis ut scribam vobis: vos enim ipsi docti estis à Deo ut diligatis unus alium.

10 Etiam facitis ita omnibus fratribus qui sunt in tota Macedonia. Peto autem à vobis, fratres mei, ut excellatis,

11 Et diligentiam adhibeatis, ut sitis quieti, & occupati in operibus vestris; & operemini manibus vestris, sicut mandavimus vobis;

12 Ut ambuletis honestè apud extraneos, & nullo homine opus habeatis.

[Syriac text]

13 Volo autem vos ſcire, fratres mei, ut de iis qui obdormiunt non ſit triſtitia vobis ſicut reliquis hominibus, quibus non eſt ſpes.

14 Nam ſi credimus quòd Jeſus mortuus eſt & reſurrexit; ita etiam Deus eos qui obdormierunt per Jeſum adducet cum eo.

15 Hoc enim dicimus vobis in ſermone Domini noſtri, quod nos qui reliqui erimus in adventu Domini noſtri, qui vivemus, non præveniemus eos qui obdormierunt.

16 Eò quòd ipſe Dominus noſter cum mandato & cum voce Archangeli, & cum buccina Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui ſunt in Chriſto reſurgent primùm.

17 Et tunc nos qui reliqui erimus, qui vivemus, rapiemur cum eis ſimul in nubes in occurſum Domini noſtri in aëra, & ita ſemper cum Domino noſtro erimus.

18 Igitur conſolemini alius alium his ſermonibus.

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

CAPUT V.

1 DE temporibus autem & temporum articulis, fratres mei, non opus habetis ut ſcribam vobis:

2 Vos enim verè ſcitis, quòd dies domini noſtri, ut fur in nocte, ita veniet.

3 Quum dixerint, quòd eſt pax & tranquillitas, tunc derepentè ſurget contra eos interitus, ſicut partûs dolor in eam quæ uterum geſtat, neque effugient.

4 Vos autem, fratres mei, non eſtis in tenebris, ut dies ille tanquam fur præveniat vos.

5 Omnes enim vos filii lucis eſtis, & filii diei; non autem eſtis filii noctis, neque filii tenebrarum.

6 Proinde non dormiamus, ſicut reliqui, ſed ſimus vigilantes & ſobrii.

7 Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui inebriantur, nocte inebriantur.

8 Nos autem qui filii diei sumus, simus vigilantes mente nostrâ, & induti loricam fidei & charitatis, & imponamus *capiti* galeam spei salutis.

9 Quoniam non posuit nos Deus ad iram, sed ad acquisitionem salutis, per Dominum nostrum Jesum Christum.

10 Qui mortuus est pro nobis; ut, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum eo vivamus.

11 Propterea consolemini vos mutuò, & ædificate alter alterum, sicut etiam facitis.

12 Petimus autem à vobis, fratres mei, ut agnoscatis eos qui laborant inter vos, & stant ante facies vestras, & docent vos:

13 Ut sint in pretio vobis per charitatem abundantem: & propter opus eorum pacem habete cum eis.

14 Petimus autem à vobis, fratres mei, erudite delinquentes, & addite animum pusillanimis, & excipite onus debilium, & longanimes sitis erga unumquemque:

15 Et cavete ne quis ex vobis malum pro malo rependat, sed semper sectemini bona erga vos invicem, & erga unumquemque:

16 Et gaudete semper:

17 Et orate indesinenter:

18 Et in omnibus gratias agite. Hæc enim est voluntas Dei per Jesum Christum in vobis.

19 Spiritum ne extinguatis.

20 Prophetiam ne spernatis.

21 Omnia probate, & quod bonum est tenete:

22 Et ab omni negotio malo fugite.

23 Ipse autem Deus pacis vos omnes perfectè sanctificet, & totum spiritum vestrum, & animam vestram, & corpus vestrum conservet sine culpa in adventum Domini nostri Jesu Christi.

24 Fidelis est qui vocavit vos, ut ipse faciat.

25 Fratres mei orate pro nobis.

26 Salutate fratres nostros omnes cum osculo sancto.

27 Adjuro vos per Dominum nostrum, ut legatur

8 ܚܢܢ ܕܝܢ ܕܒܢܝ ܐܝܡܡܐ ܚܢܢ ܢܗܘܐ ܥܝܪܝܢ ܒܪܥܝܢܢ. ܘܢܠܒܫ ܫܪܝܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܕܚܘܒܐ. ܘܢܣܝܡ ܣܢܘܪܬܐ ܕܣܒܪܐ ܕܚܝܐ. 9 ܡܛܠ ܕܠܐ ܣܡܢ ܐܠܗܐ ܠܪܘܓܙܐ. ܐܠܐ ܠܩܢܝܢܐ ܕܚܝܐ ܒܝܕ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 10 ܗܘ ܕܡܝܬ ܚܠܦܝܢ. ܕܐܢ ܥܝܪܝܢ ܐܘ ܕܡܟܝܢ ܐܟܚܕܐ ܥܡܗ ܢܚܐ. 11 ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܥܘ ܚܕ ܡܢ ܚܕ. ܘܒܢܘ ܚܕ ܠܚܕ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. 12 ܒܥܝܢܢ ܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܐܚܝ. ܕܬܗܘܘܢ ܝܕܥܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐܝܢ ܒܟܘܢ. ܘܩܝܡܝܢ ܒܐܦܝܟܘܢ ܘܡܠܦܝܢ ܠܟܘܢ. 13 ܘܢܗܘܘܢ ܡܝܩܪܝܢ ܠܟܘܢ ܒܚܘܒܐ ܝܬܝܪܐ. ܘܡܛܠ ܥܒܕܗܘܢ ܐܫܬܠܡܘ ܥܡܗܘܢ. 14 ܒܥܝܢܢ ܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܐܚܝ. ܪܕܘ ܠܡܣܪܚܒܐ. ܘܠܒܘ ܠܙܥܘܪܝ ܢܦܫܐ. ܘܣܒܘ ܒܐܝܕܐ ܕܟܪܝܗܐ. ܘܢܓܝܪܝܢ ܗܘܘ ܪܘܚܟܘܢ ܥܡ ܟܠ ܐܢܫ. 15 ܘܐܙܕܗܪܘ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ ܒܝܫܬܐ ܢܦܪܘܥ. ܐܠܐ ܒܟܠܙܒܢ ܗܪܛܘ ܒܬܪ ܛܒܬܐ ܠܘܬ ܚܕ̈ܕܐ. ܘܠܘܬ ܟܠ ܐܢܫ. 16 ܘܗܘܘ ܚܕܝܢ ܒܟܠܙܒܢ. 17 ܘܡܨܠܝܢ ܕܠܐ ܡܠܠܐ. 18 ܘܒܟܠ ܡܕܡ ܐܘܕܘ. ܗܢܘ ܓܝܪ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܟܘܢ. 19 ܪܘܚܐ ܠܐ ܬܕܥܟܘܢ. 20 ܢܒܝܘܬܐ ܠܐ ܬܫܘܛܘܢ. 21 ܟܠܡܕܡ ܒܩܘ ܘܕܫܦܝܪ ܐܚܘܕܘ. 22 ܘܡܢ ܟܠ ܨܒܘ ܒܝܫܐ ܥܪܘܩܘ. 23 ܗܘ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܕܫܠܡܐ. ܢܩܕܫܟܘܢ ܓܡܝܪܐܝܬ ܟܠܟܘܢ. ܘܪܘܚܟܘܢ ܘܢܦܫܟܘܢ ܘܦܓܪܟܘܢ. ܢܬܢܛܪܘܢ ܕܠܐ ܪܘܫܥܐ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 24 ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܡܢ ܕܩܪܟܘܢ. ܕܗܘ ܢܥܒܕ. 25 ܐܚܝ ܨܠܘ ܥܠܝܢ. 26 ܫܐܠܘ ܒܫܠܡܗܘܢ ܕܐܚܝܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܘܫܩܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. 27 ܡܘܡܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܡܪܢ.

ܕܬܬܩܪܐ

ܕܬܬܩܪܐ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܐ ܩܕܝܫܐ. 28 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܡܟܘܢ ܐܡܝܢ.

ut legatur epiſtola hæc omnibus fratribus ſanctis.

28 Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit vobiſcum. Amen.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܠܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܐܬܢܘܣ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܝܡܬܐܘܣ.

Finita eſt Epiſtola ad Theſſalonicenſes prima, quæ ſcripta fuit Athenis, & miſſa eſt per Timotheum.

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܠܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܬܪܬܝܢ

EPISTOLA PAULI AD THESSALONICENSES SECUNDA.

ܩܦܠܐܘܢ 1

CAPUT I.

1 ܦܘܠܘܣ ܘܣܝܠܘܢܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܠܥܕܬܐ ܕܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܒܐܠܗܐ ܐܒܘܢ ܘܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ ܘܫܠܡܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 3 ܠܡܘܕܝܘ ܚܝܒܝܢܢ ܠܐܠܗܐ ܒܟܠܙܒܢ ܚܠܦܝܟܘܢ ܐܚܝ ܐܝܟ ܕܙܕܩ. ܕܣܓܝ ܪܒܝܐ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܘܡܬܝܬܪܐ ܚܘܒܐ ܕܟܠܟܘܢ ܐܢܫ ܠܘܬ ܚܒܪܗ. 4 ܐܝܟ ܕܐܦ ܚܢܢ ܢܫܬܒܗܪ ܒܟܘܢ ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܘܥܠ ܡܣܝܒܪܢܘܬܟܘܢ. ܕܒܟܠܗܘܢ ܪܕܘܦܝܐ ܘܐܘܠܨܢܐ ܕܣܝܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ. 5 ܠܚܘܝܐ ܕܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܕܬܫܬܘܘܢ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܡܛܠܬܗ ܚܫܝܢ ܐܢܬܘܢ.

1 PAULUS & Sylvanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium, quæ eſt in Deo Patre noſtro, & Domino noſtro Jeſu Chriſto.

2 Gratia vobiſcum & pax à Deo Patre noſtro, & a Domino noſtro Jeſu Chriſto.

3 Gratias agere debemus Deo ſemper pro vobis, fratres mei, ut par eſt, quòd valdè creſcat fides veſtra, & augeatur charitas omnium veſtrûm, cujuſque erga proximum ſuum.

4 Adeò ut etiam nos in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei propter fidem veſtram, & propter tolerantiam veſtram in omni perſecutione veſtra, & afflictionibus veſtris quas toleratis,

5 Ad oſtenſionem judicii juſti Dei, ut digni habeamini regno ipſius pro quo patimini.

6 Et quandoquidem justum est coram Deo rependere oppressionem oppressoribus vestris:

7 Et vos qui opprimimini, vivificabit nobiscum in revelatione Domini nostri Jesu Christi de cœlo, cum virtute Angelorum suorum.

8 Quum sumet ultionem in vehementia ignis de iis qui non noverunt Deum, & de iis qui non agnoverunt Evangelium Domini nostri Jesu Christi:

9 Qui judicio punientur perditionis æternæ, à facie Domini nostri, & à gloria virtutis ejus:

10 Quum venerit ut glorificetur in sanctis suis, & ostendat mirabilia sua in fidelibus suis, quia fides adhibebitur testimonio nostro quod est de vobis in illo die.

11 Propterea semper oramus pro vobis, ut dignos vos efficiat Deus vocatione vestra, & impleat vos omni voluntate rerum bonarum, & operibus fidei in virtute:

12 Ut laudetur in vobis nomen Domini nostri Jesu Christi: etiam vos in eo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini nostri Jesu Christi.

6 ܐܢ ܟܐܢܐ ܗܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܢܦܪܘܥ ܐܘܠܨܢܐ ܠܐܠܘܨܝܟܘܢ. 7 ܘܠܟܘܢ ܕܡܬܐܠܨܝܢ ܢܝܚܐ ܥܡܢ. ܒܓܠܝܢܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ. ܥܡ ܚܝܠܐ ܕܡܠܐܟܘܗܝ: 8 ܡܐ ܕܥܒܕ ܬܒܥܬܐ ܒܢܘܪܐ ܝܩܕܬܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܡܢ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܣܒܪܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 9 ܗܢܘܢ ܕܕܝܢܐ ܢܬܦܪܥܘܢ ܐܒܕܢܐ ܕܠܥܠܡ. ܡܢ ܦܪܨܘܦܗ ܕܡܪܢ. ܘܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܚܝܠܗ. 10 ܡܐ ܕܐܬܐ ܕܢܫܬܒܚ ܒܩܕܝܫܘܗܝ. ܘܢܬܕܡܪ ܒܡܗܝܡܢܘܗܝ. ܕܐܬܗܝܡܢܬ ܣܗܕܘܬܢ ܕܥܠܝܟܘܢ ܒܗܘ ܝܘܡܐ. 11 ܡܛܠܗܢܐ ܒܟܠܙܒܢ ܡܨܠܝܢܢ ܥܠܝܟܘܢ: ܕܢܫܘܐܟܘܢ ܐܠܗܐ ܠܩܪܝܢܟܘܢ. ܘܢܡܠܐ ܟܠܗ ܨܒܝܢܐ ܕܛܝܒܘܬܐ. ܘܥܒܕܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܒܚܝܠܐ. 12 ܕܢܫܬܒܚ ܒܟܘܢ ܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܒܗ ܐܝܟ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܢ ܘܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.

CAPUT II.

ܩܦܠܐܘܢ . ܒ

1 Petimus autem à vobis, fratres mei, ob adventum Domini nostri Jesu Christi, & ob congregationem nostri ad eum;

2 Ne citò commoveamini in mentibus vestris, neque conturbemini, non à sermone, nec à spiritu, nec ab epistola, quæ sit quasi à nobis; quòd ecce instet dies Domini nostri.

3 Ne quis decipiat vos ullo modo: quoniam nisi venerit priùs rebellio, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,

4 Qui est Adversarius, & extollit se supra omnem qui vocatur Deus & numen, ita ut etiam in templo Dei tanquam Deus sedeat, & ostentet seipsum

1 ܒܥܝܢܢ ܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܐܚܝ: ܥܠ ܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܥܠ ܟܢܘܫܝܐ ܕܠܘܬܗ: 2 ܕܠܐ ܥܓܠ ܬܬܙܝܥܘܢ ܒܪܥܝܢܝܟܘܢ. ܘܠܐ ܬܬܕܘܕܘܢ ܠܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܘܠܐ ܡܢ ܪܘܚܐ. ܘܠܐ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܐܝܟ ܕܡܢ ܠܘܬܢ ܗܝ. ܕܗܐ ܡܛܝ ܠܗ ܝܘܡܗ ܕܡܪܢ. 3 ܠܡܐ ܐܢܫ ܢܛܥܝܟܘܢ ܒܚܕ ܡܢ ܐܣܟܡܝܢ. ܡܛܠ ܕܐܢ ܠܐ ܬܐܬܐ ܠܘܩܕܡ ܡܪܘܕܘܬܐ ܘܢܬܓܠܐ ܓܒܪܐ ܕܚܛܝܬܐ ܒܪܗ ܕܐܒܕܢܐ: 4 ܗܘ ܕܡܥܟܒܢܐ ܗܘ. ܘܡܬܥܠܐ ܥܠ ܟܠ ܡܐ ܕܡܬܩܪܐ ܐܠܗܐ ܘܕܚܠܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܒܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܢܬܒ. ܘܡܚܘܐ ܥܠ ܢܦܫܗ

ſeipſum ac ſi Deus ſit.

5 Nonne meminiſtis, quòd, quum apud vos eſſem, hæc dixerim vobis?

6 Et nunc ſcitis quid detineat, ut revelетur ipſe ſuo tempore.

7 Myſterium enim iniqui jam incipit efficax eſſe, tantummodo ſi quod nunc detinet, tollatur è medio:

8 Et tunc patefiet iniquus ille, quem Dominus noſter Jeſus conſumet Spiritu oris ſui, & abolebit revelatione adventus ſui.

9 Adventus enim illius *iniqui* efficacitas eſt Satanæ, in omni virtute & ſignis & prodigiis falſis:

10 Et cum omni deceptione iniquitatis quæ fit in pereuntibus: propterea quod non receperunt dilectionem veritatis, per quam ſervarentur.

11 Propterea immitet eis Deus efficitatem deceptionis, ut credant mendacio:

12 Et condemnentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed complacitum eſt eis in iniquitate.

13 Nos autem debemus gratias agere Deo omni tempore pro vobis, fratres, dilecti Domini noſtri, quòd elegerit vos Deus ab initio ad ſalutem per ſanctificationem Spiritus, & per fidem veritatis.

14 Ad hæc enim vocavit vos Deus per prædicationem noſtram, ut ſitis gloria Domino noſtro Jeſu Chriſto.

15 Itaque, fratres mei, confirmemini, & fortiter retinete mandata quæ didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.

16 Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus Pater noſter qui dilexit nos, & dedit nobis conſolationem æternam, & ſpem bonam per gratiam ſuam,

17 Conſoletur corda veſtra, & confirmet in omni ſermone & in omni opere bono.

CAPUT III.

1 DEinceps, fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini nostri currat, & glorificetur in omni loco, sicut apud vos:

2 Et ut eripiamur ab hominibus malis & perversis: non enim omnium est fides.

3 Fidelis est autem Dominus qui servabit vos, & eripiet vos à malo.

4 Confidimus autem de vobis in Domino nostro, quòd id quod præcepimus vobis feceritis, atque facietis.

5 Et Dominus noster dirigat corda vestra ad dilectionem Dei, & ad patientiam Christi.

6 Præcipimus autem vobis, fratres mei, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subducatis vos ab omni fratre qui pessimè ambulat, & non juxta mandata quæ accepit à nobis.

7 Vos enim scitis quomodo oporteat imitari nos, qui non ambulavimus pessimè inter vos.

8 Neque panem gratuitum ab ullo ex vobis comedimus; sed cum labore & fatigatione nocte & die operabamur, ne ulli ex vobis essemus oneri.

9 Nequaquam propterea quòd non esset potestas nobis, sed ut in nobis ipsis daremus vobis exemplum, ut nos imitaremini.

10 Etenim quum apud vos essemus, hoc præcipiebamus vobis, ut quisquis noluerit laborare, etiam non comedat.

11 Audivimus enim quòd sint inter vos aliqui qui pessimè ambulant, & nihil quidquam operantur nisi vana.

12 Illis autem præcipimus, & petimus ab eis per Dominum nostrum Jesum Christum, ut cum quiete operentur, & comedant panem suum.

13 Vos autem, fratres mei, ne molestum sit vobis operari quod bonum est.

[illegible]

14 ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܡܠܝܢ ܗܠܝܢ
ܕܒܐܓܪܬܐ. ܢܬܦܪܫ ܠܟܘܢ ܗܢܐ. ܘܠܐ ܬܬܚܠܛܘܢ
ܥܡܗ ܕܢܒܗܬ. 15 ܘܠܐ ܐܝܟ
ܒܥܠܕܒܒܐ ܬܐܚܕܘܢܝܗ. ܐܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܪܬܝܢ ܠܗ
ܐܝܟ ܕܠܐܚܐ. 16 ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܗ ܕܫܠܡܐ ܢܬܠ
ܠܟܘܢ ܫܠܡܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܒܟܠܡܕܡ. 17 ܡܪܢ
ܥܡ ܟܠܟܘܢ. 18 ܫܠܡܐ ܒܟܬܒܐ ܕܐܝܕܝ ܐܢܐ
ܦܘܠܘܣ ܟܬܒܬ. ܐܝܬܝܗ ܐܬܐ ܕܒܟܠܗܝܢ
ܐܓܪܬܝ ܗܟܢܐ ܟܬܒ ܐܢܐ. 19 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܚܝ ܐܡܝܢ ܀

14 Et si quis non auscultat sermonibus nostris istis qui sunt in epistola, separetur à vobis hic, & ne commisceamini cum eo, ut pudefiat.

15 Neque velut inimicum habete eum: sed admonete eum tanquam fratrem.

16 Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem semper in omnibus.

17 Dominus noster *sit* cum omnibus vobis.

18 Pacem per scripturam manu mea ego Paulus scripsi: quod est signum quòd in omnibus epistolis meis ita scribo.

19 Gratia Jesu Christi sit cum omnibus vobis, fratres mei. Amen.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܠܬܤܠܘܢܝܩܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ
ܡܢ ܠܐܕܝܩܝܐ ܕܦܤܝܕܝܐ
ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܐܝܕ ܛܘܟܝܩܘܤ ܀

Finita est Epistola ad Thessalonicenses secunda, quæ scripta fuit è Laodicea Pisidiæ, & missa est per Tychicum.

& desistebamus opere manuum nostrarum nocte ac die, ne ulli vestrûm essemus oneri.

10 Vos testes estis & Deus, quomodo prædicavimus vobis Evangelium Dei purè & justè, & inculpabiles fuimus apud omnes fideles:

11 Quemadmodum nostis quòd ab unoquoque ex vobis, sicut pater à liberis suis, efflagitabamus, & consolabamur vos:

12 Et obtestabamur vos, ut ambularetis sicut convenit Deo, qui vocavit vos ad regnum suum & ad gloriam suam.

13 Propterea etiam nos gratias agimus indesinenter Deo, quòd sermonem Dei, quem accepistis à nobis, nequaquam sicut sermonem hominum accepistis, sed sicut est verè, *tanquam* sermonem Dei: & ipse opere agit in vobis, & in iis qui credunt.

14 Vos enim, fratres mei, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa, illorum qui sunt in Jesu Christo, quòd ita sustinuistis vos quoque à contribulibus vestris, quemadmodum etiam ipsi à Judæis,

15 Qui Dominum nostrum Jesum Christum occiderunt, & prophetas qui erant ex ipsis, nosque persecuti sunt: ac Deo non placent, & facti sunt contrarii omnibus hominibus.

16 Qui prohibent nos loqui cum Gentibus ut serventur, ad peragendum peccata sua omni tempore. Pervenit autem super eos ira usque ad finem.

17 Nos verò, fratres mei, orbati fuimus à vobis *ad* tempus horæ, facie nostrâ, non autem corde nostro, & magis sedulam navavimus operam ut videremus faciem vestram cum dilectione magna.

18 Et voluimus venire ad vos, ego Paulus semel & iterum, & impedivit me Satanas.

19 Quæ enim est spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriationis nostræ, nisi vos coram Domino nostro Jesu in adventu ejus?

20 Vos enim estis laus nostra & gaudium nostrum.

CAPUT

ܘܡܦܠܚܝܢ ܗܘܝܢ ܒܐܝܕܝܢ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. ܕܥܠ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܠܐ ܢܐܩܪ. 10 ܐܢܬܘܢ ܣܗܕܝܢ ܘܐܠܗܐ. ܐܝܟܢܐ ܐܟܪܙܢ ܠܟܘܢ ܣܒܪܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܒܕܟܝܘܬܐ ܘܒܟܐܢܘܬܐ. ܘܕܠܐ ܪܫܝܢ ܗܘܝܢ ܠܟܠ ܡܗܝܡܢܐ. 11 ܐܝܟܢܐ ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܠܟܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܟܘܢ ܐܝܟ ܐܒܐ ܥܡ ܒܢܘܗܝ ܒܥܝܢ ܗܘܝܢ ܡܢܟܘܢ ܘܡܒܝܐܝܢ ܗܘܝܢ ܠܟܘܢ. 12 ܘܡܣܗܕܝܢ ܗܘܝܢ ܠܟܘܢ ܕܬܗܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܫܘܐ ܠܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܩܪܟܘܢ ܠܡܠܟܘܬܗ ܘܠܫܘܒܚܗ. 13 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܡܘܕܝܢܢ ܐܡܝܢܐܝܬ ܠܐܠܗܐ. ܕܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܩܒܠܬܘܢ ܡܢܢ ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܡܠܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܩܒܠܬܘܢܗ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܗ ܫܪܝܪܐܝܬ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܗܝ ܡܬܚܦܛܐ ܒܟܘܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ. 14 ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܐܚܝ. ܐܬܕܡܝܬܘܢ ܠܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܒܝܗܘܕ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܚܫܬܘܢ ܗܠܝܢ ܡܢ ܒܢܝ ܫܪܒܬܟܘܢ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܘܢ ܚܫܘ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ. 15 ܗܢܘܢ ܕܩܛܠܘ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܠܢܒܝܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܠܢ ܪܕܦܘ. ܘܠܐܠܗܐ ܠܐ ܫܦܪܝܢ. ܘܣܩܘܒܠܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. 16 ܘܟܠܝܢ ܠܢ ܕܠܐ ܢܡܠܠ ܥܡ ܥܡܡܐ ܕܢܚܘܢ. ܠܡܫܠܡܘ ܚܛܗܝܗܘܢ ܒܟܠܙܒܢ. ܡܛܬ ܕܝܢ ܥܠܝܗܘܢ ܪܘܓܙܐ ܥܕܡܐ ܠܚܪܬܐ. 17 ܚܢܢ ܕܝܢ ܐܚܝ. ܕܗܘܝܢ ܝܬܡܐ ܡܢܟܘܢ ܐܟܚܕܐ ܠܥܕܢ ܫܥܬܐ. ܒܐܦܝܢ ܘܠܐ ܒܠܒܢ. ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܬܚܦܛܢ ܠܡܚܙܐ ܐܦܝܟܘܢ ܒܚܘܒܐ ܪܒܐ. 18 ܘܨܒܝܢ ܗܘܝܢ ܠܡܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ ܐܢܐ ܦܘܠܘܣ ܚܕܐ ܙܒܢ ܘܬܪܬܝܢ. ܘܟܠܝܢ ܣܛܢܐ. 19 ܡܢܘ ܓܝܪ ܣܒܪܢ ܘܚܕܘܬܢ ܘܟܠܝܠܐ ܕܫܘܒܗܪܢ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܬܘܢ ܩܕܡ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܒܡܐܬܝܬܗ. 20 ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܫܘܒܚܢ ܘܚܕܘܬܢ.

ܩܦܠܐܘܢ

[illegible]

CAPUT III.

1 ET quia non sustinebamus, voluimus remanere Athenis soli,

2 Et mittere ad vos Timotheum fratrem nostrum, ministrum Dei, ac adjutorem nostrum in Evangelio Christi; ut confirmaret vos, & rogaret vos de fide vestra:

3 Ne quis ex vobis succideretur in afflictionibus istis. Vos enim nostis quod ad hoc positi sumus.

4 Nam etiam quum apud vos essemus, prædicebamus vobis futurum esse ut affligeremur: quemadmodum nostis quod factum sit.

5 Propterea etiam ego non sustinui donec mitterem ut cognoscerem fidem vestram, ne forte tentasset vos tentator, & esset labor noster inanis.

6 Nunc autem ex quo venit ad nos Timotheus à vobis, & annunciavit nobis de fide vestra, & de charitate vestra, & quòd sit apud vos nostri memoria bona omni tempore, & cupidi sitis videre nos, sicut nos quoque vos:

7 Propterea consolationem accepimus in vobis, fratres nostri, in omnibus angustiis nostris & afflictionibus nostris, propter fidem vestram.

8 Et nunc vivimus, si vos confirmemini in Domino nostro.

9 Quam enim gratiarum actionem possumus rependere pro vobis Deo super omni gaudio quo gaudemus vestri causa,

10 Nisi ut coram Deo amplius obsecremus nocte & die, ut videamus faciem vestram, & perficiamus id quod deest fidei vestræ?

11 Ipse autem Deus Pater noster, & Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos,

12 Et augeat & abundare faciat charitatem vestram unius erga alterum, & erga unumquemque, quemadmodum nos diligimus vos:

13 Et confirmet corda vestra inculpabilia

culpabilia per sanctitatem coram Deo Patre nostro, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus.

CAPUT IV.

1 PRoinde fratres mei, petimus à vobis, & obsecramus vos per Dominum nostrum Jesum, ut quemadmodum accepistis à nobis quomodo conveniat vobis ambulare & placere Deo, ut ampliùs adjiciatis.

2 Nostis enim quæ mandata dederimus vobis per Dominum nostrum Jesum Christum.

3 Hæc enim est voluntas Dei: sanctificatio vestra, & ut abstitis ab omni scortatione.

4 Et sciat unusquisque ex vobis possidere vas suum in sanctificatione & in honore:

5 Et non in affectibus concupiscentiæ, sicut reliquæ Gentes quæ non noverunt Deum.

6 Et ne audeatis transgredi, & injuriâ afficere quisque fratrem suum in hoc negotio: quia Dominus noster est ultor de his omnibus, quemadmodum etiam ante hoc tempus diximus vobis, & testati sumus.

7 Non enim vocavit vos Deus ad impuritatem, sed ad sanctificationem.

8 Itaque qui injuriâ afficit, nequaquam hominem injuriâ afficit, sed Deum qui dedit in vobis Spiritum suum sanctum.

9 De charitate autem fratrum non opus habetis ut scribam vobis: vos enim ipsi docti estis à Deo ut diligatis unus alium.

10 Etiam facitis ita omnibus fratribus qui sunt in tota Macedonia. Peto autem à vobis, fratres mei, ut excellatis,

11 Et diligentiam adhibeatis, ut sitis quieti, & occupati in operibus vestris; & operemini manibus vestris, sicut mandavimus vobis;

12 Ut ambuletis honestè apud extraneos, & nullo homine opus habeatis:

[illegible]

13 ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ ܐܚܝ܆ ܕܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܕܡܟܝܢ ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܟܪܝܢ ܠܟܘܢ܇ ܐܝܟ ܫܪܟܐ ܕܐܢܫܐ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܣܒܪܐ܀ 14 ܐܢ ܓܝܪ ܡܗܝܡܢܝܢ ܚܢܢ ܕܝܫܘܥ ܡܝܬ ܘܩܡ܆ ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܕܡܟܘ ܒܝܫܘܥ ܢܝܬܐ ܐܢܘܢ ܥܡܗ܀ 15 ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢܢ ܠܟܘܢ ܒܡܠܬܗ ܕܡܪܢ܇ ܕܚܢܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܚܪܝܢ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ ܕܚܝܝܢ܇ ܠܐ ܢܕܪܟ ܠܐܝܠܝܢ ܕܕܡܟܘ܀ 16 ܡܛܠ ܕܗܘ ܡܪܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܘܒܩܠܐ ܕܪܝܫ ܡܠܐܟܐ܆ ܘܒܫܝܦܘܪܐ ܕܐܠܗܐ ܢܚܘܬ ܡܢ ܫܡܝܐ܇ ܘܡܝܬܐ ܕܒܡܫܝܚܐ ܩܕܡܝܐ ܢܩܘܡܘܢ܀ 17 ܘܗܝܕܝܢ ܚܢܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܚܪܝܢ ܕܚܝܝܢ܆ ܥܡܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܢܬܚܛܦ ܒܥܢܢܐ ܠܐܘܪܥܗ ܕܡܪܢ ܒܐܐܪ܇ ܘܗܟܢܐ ܒܟܠܙܒܢ ܥܡ ܡܪܢ ܢܗܘܐ܀ 18 ܗܫܐ ܒܥܘ ܡܢ ܚܕ ܠܚܕ ܒܡܠܐ ܗܠܝܢ܀

13 Volo autem vos scire, fratres mei, ut de iis qui obdormiunt non sit tristitia vobis sicut reliquis hominibus, quibus non est spes.

14 Nam si credimus quòd Jesus mortuus est & resurrexit; ita etiam Deus eos qui obdormierunt per Jesum adducet cum eo.

15 Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini nostri, quod nos qui reliqui erimus in adventu Domini nostri, qui vivemus, non præveniemus eos qui obdormierunt.

16 Eò quòd ipse Dominus noster cum mandato & cum voce Archangeli, & cum buccina Dei descendet de cœlo, & mortui qui sunt in Christo resurgent primùm.

17 Et tunc nos qui reliqui erimus, qui vivemus, rapiemur cum eis simul in nubes in occursum Domini nostri in aëra, & ita semper cum Domino nostro erimus.

18 Igitur consolemini alius alium his sermonibus.

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

CAPUT V.

1 ܥܠ ܙܒܢܐ ܕܝܢ ܘܥܠ ܥܕܢܐ܇ ܐܚܝ܆ ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܟܬܒ ܠܟܘܢ܀ 2 ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܫܦܝܪ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ܇ ܕܝܘܡܗ ܕܡܪܢ ܐܝܟ ܓܢܒܐ ܒܠܠܝܐ ܗܟܢܐ ܐܬܐ܀ 3 ܟܕ ܢܐܡܪܘܢ ܫܠܡܐ ܘܫܝܢܐ܇ ܗܝܕܝܢ ܡܢ ܫܠܝ ܢܩܘܡ ܥܠܝܗܘܢ ܚܒܠܐ܇ ܐܝܟ ܚܒܠܐ ܥܠ ܒܛܢܬܐ܇ ܘܠܐ ܢܥܪܩܘܢ܀ 4 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܐܚܝ܆ ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܒܚܫܘܟܐ ܕܢܕܪܟܟܘܢ ܗܘ ܝܘܡܐ ܐܝܟ ܓܢܒܐ܀ 5 ܟܠܟܘܢ ܓܝܪ ܒܢܝ ܢܘܗܪܐ ܐܢܬܘܢ ܘܒܢܝ ܐܝܡܡܐ܇ ܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܒܢܝ ܠܠܝܐ ܘܠܐ ܒܢܝ ܚܫܘܟܐ܀ 6 ܠܐ ܢܕܡܟ ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܫܪܟܐ܇ ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܥܝܪܝܢ ܘܡܦܟܚܝܢ܀ 7 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܕܡܟܝܢ ܒܠܠܝܐ ܗܘ ܕܡܟܝܢ܇ ܘܐܝܠܝܢ ܕܪܘܝܢ ܒܠܠܝܐ ܗܘ ܪܘܝܢ܀

1 De temporibus autem & temporum articulis, fratres mei, non opus habetis ut scribam vobis:

2 Vos enim verè scitis, quòd dies domini nostri, ut fur in nocte, ita veniet.

3 Quum dixerint, quòd est pax & tranquillitas, tunc derepentè surget contra eos interitus, sicut partûs dolor in eam quæ uterum gestat, neque effugient.

4 Vos autem, fratres mei, non estis in tenebris, ut dies ille tanquam fur præveniat vos.

5 Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei; non autem estis filii noctis, neque filii tenebrarum.

6 Proinde non dormiamus, sicut reliqui, sed simus vigilantes & sobrii.

7 Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui inebriantur, nocte inebriantur.

8 Nos autem qui filii diei sumus, simus vigilantes mente nostrâ, & induti loricam fidei & charitatis, & imponamus *capiti* galeam spei salutis.

9 Quoniam non posuit nos Deus ad iram, sed ad acquisitionem salutis, per Dominum nostrum Jesum Christum.

10 Qui mortuus est pro nobis; ut, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum eo vivamus.

11 Propterea consolemini vos mutuò, & ædificate alter alterum, sicut etiam facitis.

12 Petimus autem à vobis, fratres mei, ut agnoscatis eos qui laborant inter vos, & stant ante facies vestras, & docent vos:

13 Ut sint in pretio vobis per charitatem abundantem: & propter opus eorum pacem habete cum eis.

14 Petimus autem à vobis, fratres mei, erudite delinquentes, & addite animum pusillanimis, & excipite onus debilium, & longanimes sitis erga unumquemque:

15 Et cavete ne quis ex vobis malum pro malo rependat, sed semper sectemini bona erga vos invicem, & erga unumquemque:

16 Et gaudete semper:

17 Et orate indesinenter:

18 Et in omnibus gratias agite. Hæc enim est voluntas Dei per Jesum Christum in vobis.

19 Spiritum ne extinguatis.

20 Prophetiam ne spernatis.

21 Omnia probate, & quod bonum est tenete:

22 Et ab omni negotio malo fugite.

23 Ipse autem Deus pacis vos omnes perfectè sanctificet, & totum spiritum vestrum, & animam vestram, & corpus vestrum conservet sine culpa in adventum Domini nostri Jesu Christi..

24 Fidelis est qui vocavit vos, ut ipse faciat.

25 Fratres mei orate pro nobis.

26 Salutate fratres nostros omnes cum osculo sancto.

27 Adjuro vos per Dominum nostrum, ut legatur

[Syriac text]

ܕܬܬܩܪܐ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܐ ܩܕܝܫܐ܀ 28 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܡܟܘܢ ܐܡܝܢ܀

ut legatur epistola hæc omnibus fratribus sanctis.

28 Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum. Amen.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܠܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܗܝ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܐܬܢܘܣ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܐܝܕ ܛܝܡܬܐܘܣ܀

Finita est Epistola ad Thessalonicenses prima, quæ scripta fuit Athenis, & missa est per Timotheum.

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܬܪܬܝܢ܀

EPISTOLA PAULI AD THESSALONICENSES SECUNDA.

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܘܣܠܘܢܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ. ܠܥܕܬܐ ܕܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܒܐܠܗܐ ܐܒܘܢ. ܘܒܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ ܘܫܠܡܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ. ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܀ 3 ܠܡܘܕܝܘ ܚܝܒܝܢܢ ܠܐܠܗܐ ܒܟܠܙܒܢ ܚܠܦܝܟܘܢ ܐܚܝ. ܐܝܟ ܕܦܐܐ. ܕܣܓܝ ܪܒܝܐ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ. ܘܡܬܝܬܪܐ ܚܘܒܐ ܕܟܠܟܘܢ. ܕܟܠܢܫ ܠܘܬ ܚܒܪܗ. 4 ܐܝܟ ܕܐܦ ܚܢܢ ܢܫܬܒܗܪ ܒܟܘܢ ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ. ܘܥܠ ܡܣܝܒܪܢܘܬܟܘܢ. ܒܟܠܗܘܢ ܪܕܘܦܝܟܘܢ ܘܐܘܠܨܢܝܟܘܢ ܕܡܣܝܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ. 5 ܠܬܚܘܝܬܐ ܕܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܕܬܫܬܘܘܢ ܠܡܠܟܘܬܗ ܗܝ ܕܥܠܝܗ ܐܢܬܘܢ ܚܫܝܢ.

CAPUT I.

1 PAULUS & Sylvanus & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, quæ est in Deo Patre nostro, & Domino nostro Jesu Christo.

2 Gratia vobiscum & pax à Deo Patre nostro, & a Domino nostro Jesu Christo.

3 Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres mei, ut par est, quòd valdè crescat fides vestra, & augeatur charitas omnium vestrûm, cujusque erga proximum suum.

4 Adeò ut etiam nos in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei propter fidem vestram, & propter tolerantiam vestram in omni persecutione vestra, & afflictionibus vestris quas toleratis,

5 Ad ostensionem judicii justi Dei, ut digni habeamini regno ipsius pro quo patimini.

6 Et quandoquidem justum est coram Deo rependere oppressionem oppressoribus vestris:

7 Et vos qui opprimimini, vivificabit nobiscum in revelatione Domini nostri Jesu Christi de cœlo, cum virtute Angelorum suorum.

8 Quum sumet ultionem in vehementia ignis de iis qui non noverunt Deum, & de iis qui non agnoverunt Evangelium Domini nostri Jesu Christi:

9 Qui judicio punientur perditionis æternæ, à facie Domini nostri, & à gloria virtutis ejus:

10 Quum venerit ut glorificetur in sanctis suis, & ostendat mirabilia sua in fidelibus suis, quia fides adhibebitur testimonio nostro quod est de vobis in illo die.

11 Propterea semper oramus pro vobis, ut dignos vos efficiat Deus vocatione vestra, & impleat vos omni voluntate rerum bonarum, & operibus fidei in virtute:

12 Ut laudetur in vobis nomen Domini nostri Jesu Christi: etiam vos in eo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini nostri Jesu Christi.

CAPUT II.

1 PEtimus autem à vobis, fratres mei, ob adventum Domini nostri Jesu Christi, & ob congregationem nostri ad eum;

2 Ne citò commoveamini in mentibus vestris, neque conturbemini, non à sermone, nec à spiritu, nec ab epistola, quæ sit quasi à nobis; quòd ecce instet dies Domini nostri.

3 Ne quis decipiat vos ullo modo: quoniam nisi venerit priùs rebellio, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,

4 Qui est Adversarius, & extollit se supra omnem qui vocatur Deus & numen, ita ut etiam in templo Dei tanquam Deus sedeat, & ostentet

seipsum

[illegible]

seipsum ac si Deus sit.

5 Nonne meministis, quòd, quum apud vos essem, hæc dixerim vobis?

6 Et nunc scitis quid detineat, ut reveletur ipse suo tempore.

7 Mysterium enim iniqui jam incipit efficax esse, tantummodo si quod nunc detinet, tollatur è medio:

8 Et tunc patefiet iniquus ille, quem Dominus noster Jesus consumet Spiritu oris sui, & abolebit revelatione adventus sui.

9 Adventus enim illius *iniqui* efficacitas est Satanæ, in omni virtute & signis & prodigiis falsis:

10 Et cum omni deceptione iniquitatis quæ fit in pereuntibus: propterea quod non receperunt dilectionem veritatis, per quam servarentur.

11 Propterea immitet eis Deus efficitatem deceptionis, ut credant mendacio:

12 Et condemnentur omnes qui non crediderunt veritati, sed complacitum est eis in iniquitate.

13 Nos autem debemus gratias agere Deo omni tempore pro vobis, fratres, dilecti Domini nostri, quòd elegerit vos Deus ab initio ad salutem per sanctificationem Spiritus, & per fidem veritatis.

14 Ad hæc enim vocavit vos Deus per prædicationem nostram, ut sitis gloria Domino nostro Jesu Christo.

15 Itaque, fratres mei, confirmemini, & fortiter retinete mandata quæ didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

16 Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus Pater noster qui dilexit nos, & dedit nobis consolationem æternam, & spem bonam per gratiam suam,

17 Consoletur corda vestra, & confirmet in omni sermone & in omni opere bono.

CAPUT

CAPUT III.

1 Deinceps, fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini nostri currat, & glorificetur in omni loco, sicut apud vos:

2 Et ut eripiamur ab hominibus malis & perversis: non enim omnium est fides.

3 Fidelis est autem Dominus qui servabit vos, & eripiet vos à malo.

4 Confidimus autem de vobis in Domino nostro, quòd id quod præcepimus vobis feceritis, atque facietis.

5 Et Dominus noster dirigat corda vestra ad dilectionem Dei, & ad patientiam Christi.

6 Præcipimus autem vobis, fratres mei, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subducatis vos ab omni fratre qui pessimè ambulat, & non juxta mandata quæ accepit à nobis.

7 Vos enim scitis quomodo oporteat imitari nos, qui non ambulavimus pessimè inter vos.

8 Neque panem gratuitum ab ullo ex vobis comedimus; sed cum labore & fatigatione nocte & die operabamur, ne ulli ex vobis essemus oneri.

9 Nequaquam propterea quòd non esset potestas nobis, sed ut in nobis ipsis daremus vobis exemplum, ut nos imitaremini.

10 Etenim quum apud vos essemus, hoc præcipiebamus vobis, ut quisquis noluerit laborare, etiam non comedat.

11 Audivimus enim quòd sint inter vos aliqui qui pessimè ambulant, & nihil quidquam operantur nisi vana.

12 Istis autem præcipimus, & petimus ab eis per Dominum nostrum Jesum Christum, ut cum quiete operentur, & comedant panem suum.

13 Vos autem, fratres mei, ne molestum sit vobis operari quod bonum est.

14 ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܡܠܝܢ ܗܠܝܢ ܕܒܐܓܪܬܐ. ܢܬܦܪܫ ܠܟܘܢ ܗܢܐ. ܘܠܐ ܬܬܚܠܛܘܢ ܥܡܗ ܕܢܒܗܬ. 15 ܘܠܐ ܐܝܟ ܕܠܒܥܠܕܒܒܐ ܐܚܘܕܘܗܝ. ܐܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܪܬܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܐܚܐ ܕܝܠܟܘܢ. 16 ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܗ ܕܫܠܡܐ ܢܬܠ ܠܟܘܢ ܫܠܡܐ ܒܟܠܙܒܢ ܐܦ ܒܟܠܡܕܡ. 17 ܡܪܢ ܥܡ ܟܠܟܘܢ. 18 ܫܠܡܐ ܒܟܬܒܐ ܕܐܝܕܝ ܐܢܐ ܦܘܠܘܣ ܟܬܒܬ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܬܐ ܕܒܟܠܗܝܢ ܐܓܪܬܝ ܗܟܢܐ ܟܬܒ ܐܢܐ. 19 ܛܝܒܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܚܝ ܐܡܝܢ ܀

14 Et si quis non auscultat sermonibus nostris istis qui sunt in epistola, separetur à vobis hic, & ne commisceamini cum eo, ut pudefiat.

15 Neque velut inimicum habete eum: sed admonete eum tanquam fratrem.

16 Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem semper in omnibus.

17 Dominus noster *sit* cum omnibus vobis.

18 Pacem per scripturam manu mea ego Paulus scripsi: quod est signum quòd in omnibus epistolis meis ita scribo.

19 Gratia Jesu Christi sit cum omnibus vobis, fratres mei. Amen.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܠܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܠܕܝܩܝܐ ܕܦܣܝܕܝܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܐܝܕ ܛܘܟܝܩܘܣ ܀

Finita est Epistola ad Thessalonicenses secunda, quæ scripta fuit è Laodicea Pisidiæ, & missa est per Tychicum.

EPISTOLA PAULI AD TIMOTHEUM

PRIMA.

CAPUT I.

1 PAULUS Apostolus Jesu Christi, per mandatum Dei Servatoris nostri, & Christi Jesu spei nostræ,

2 Timotheo filio vero in fide, gratia, & misericordia, & pax, à Deo Patre nostro, & Christo Jesu Domino nostro.

3 Petieram abs te quum proficiscerer in Macedoniam, ut remaneres Ephesi, & præciperes nonnullis ne docerent doctrinas diversas;

4 Neque sese projicerent in fabulas & genealogias, quibus finis non est, quæ controversias pariunt potiùs, & non ædificationem in fide Dei.

5 Finis autem præcepti est charitas ex corde puro, & ex conscientia bona, & ex fide vera.

6 Et ab iis aberrârunt quidam, & declinârunt ad verba vana:

7 In eo quòd volunt esse Doctores legis, quum non intelligant id quod loquuntur, neque id de quo contendunt.

8 Scimus autem quòd Lex bona sit, si quis secundùm legem versetur in ea,

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܠܛܝܡܬܐܘܣ

ܩܕܡܝܬܐ܂

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܂ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܢ܂ ܘܕܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܣܒܪܢ܂ 2 ܠܛܝܡܬܐܘܣ ܒܪܐ ܫܪܝܪܐ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ܂ ܛܝܒܘܬܐ ܘܪܚܡܐ ܘܫܠܡܐ܂ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ܂ ܘܡܢ ܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܡܪܢ܂ 3 ܒܥܝܬ ܡܢܟ ܟܕ ܐܙܠ ܗܘܝܬ ܠܡܩܕܘܢܝܐ܂ ܕܬܩܘܐ ܒܐܦܣܘܣ܂ ܘܬܦܩܘܕ ܠܐܢܫ ܕܠܐ ܢܠܦܘܢ ܝܘܠܦܢܐ ܡܫܚܠܦܐ܂ 4 ܘܠܐ ܢܬܦܢܘܢ ܠܫܘܥܝܬܐ ܘܠܫܘܪܒܬܐ ܕܫܪܒܬܐ ܕܣܟܐ ܠܝܬ ܠܗܝܢ܂ ܕܐܝܠܝܢ ܕܚܪܝܢܐ ܗܘ ܡܘܠܕܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܘܠܐ ܒܢܝܢܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ܂ 5 ܫܘܠܡܗ ܕܝܢ ܕܦܘܩܕܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܘܒܐ܂ ܕܡܢ ܠܒܐ ܕܟܝܐ ܘܡܢ ܬܐܪܬܐ ܛܒܬܐ܂ ܘܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ܂ 6 ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܛܥܘ ܐܢܫܐ ܘܣܛܘ ܠܡܠܐ ܣܪܝܩܬܐ܂ 7 ܟܕ ܨܒܝܢ ܠܡܗܘܐ ܡܠܦܢܐ ܕܢܡܘܣܐ܂ ܟܕ ܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ ܡܕܡ ܕܡܡܠܠܝܢ܂ ܘܠܐ ܡܕܡ ܕܥܠܘܗܝ ܡܬܚܪܝܢ܂ 8 ܝܕܥܝܢ ܕܝܢ ܕܢܡܘܣܐ ܫܦܝܪ ܗܘ܂ ܐܢ ܐܢܫ ܐܝܟ ܕܢܡܘܣܐ ܡܬܕܒܪ ܒܗ܂

9 ܟܕ ܝܕܥ ܕܠܙܕܝܩܐ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܣܝܡ. ܐܠܐ ܠܥܘܠܐ ܘܠܡܪܘܕܐ ܘܠܪܘܫܥܐ ܘܠܚܛܝܐ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܕܟܝܢ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܚܝܢ ܠܐܒܗܝܗܘܢ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܚܝܢ ܠܐܡܗܝܗܘܢ. ܘܠܩܛܘܠܐ. 10 ܘܠܙܢܝܐ. ܘܠܡܫܟܒܝ ܥܡ ܕܟܪܐ. ܘܠܡܓܢܒܝ ܒܢܝ ܚܐܪܐ. ܘܠܕܓܠܐ ܘܠܕܝܡܝ ܕܓܠܐ. ܘܠܟܠܡܕܡ ܕܡܬܗܦܟ ܠܘܩܒܠ ܝܘܠܦܢܐ ܚܠܝܡܐ. 11 ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܬܫܒܘܚܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܒܪܟܐ. ܗܘ ܕܐܢܐ ܐܬܗܝܡܢܬ. 12 ܘܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܗ ܠܡܢ ܕܚܝܠܢܝ ܠܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܕܗܝܡܢܐ ܚܫܒܢܝ ܘܣܡܢܝ ܠܬܫܡܫܬܗ. 13 ܠܝ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܡܓܕܦܢܐ ܗܘܝܬ ܘܪܕܘܦܐ ܘܡܨܥܪܢܐ. ܐܠܐ ܐܬܪܚܡܬ. ܡܛܠ ܕܟܕ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܝܬ ܥܒܕܬ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. 14 ܐܬܝܬܪܬ ܕܝܢ ܒܝ ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ. ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 15 ܡܗܝܡܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܘܫܘܝܐ ܗܝ ܠܡܬܩܒܠܘ. ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܬܐ ܠܥܠܡܐ ܠܡܚܝܘ ܚܛܝܐ: ܕܩܕܡܝܗܘܢ ܐܢܐ ܐܢܐ. 16 ܐܠܐ ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ. ܕܒܝ ܩܕܡܝܐ ܢܚܘܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܠܗ ܡܓܪܬ ܪܘܚܗ. ܠܕܡܘܬܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܕܢܗܝܡܢܘܢ ܒܗ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. 17 ܠܡܠܟܐ ܕܝܢ ܕܥܠܡܐ. ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠ ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ: ܘܗܘܝܘ ܚܕ ܐܠܗܐ: ܐܝܩܪܐ ܘܫܘܒܚܐ. ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ. 18 ܗܢܐ ܦܘܩܕܢܐ ܡܓܥܠ ܐܢܐ ܠܟ ܒܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ: ܐܝܟ ܢܒܝܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܗܘܝ ܥܠܝܟ. ܕܬܦܠܘܚ ܒܗܝܢ ܦܘܠܚܢܐ ܗܢܐ ܫܦܝܪܐ. 19 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܬܐܪܬܐ ܛܒܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܐܫܠܝܘܗ ܠܗ ܡܢܗܘܢ: ܣܦܩܘ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ. 20 ܐܝܟ ܗܘܡܢܐܘܣ ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ. ܗܢܘܢ ܕܐܫܠܡܬ ܠܣܛܢܐ ܕܢܬܪܕܘܢ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܓܕܦܝܢ.

9 Sciens quòd justis Lex posita non sit, sed iniquis, & rebellibus, & improbis, & peccatoribus, & perversis, & iis qui non sunt puri, & iis qui percutiunt patres suos, & iis qui percutiunt matres suas, & homicidis,

10 Et scortatoribus, & cubantibus cum masculis, & iis qui furantur ingenuos, & mendacibus, & perjuris, & omni rei quæ est contraria doctrinæ sanæ

11 Evangelii gloriæ Dei benedicti, quod concreditum est mihi.

12 Et gratias ago ei qui corroboravit me, Domino nostro Jesu Christo, qui reputavit me fidelem, & constituit me ad ministerium suum:

13 Me qui antè blasphemus eram, & persecutor, & contumeliosus: sed gratiam consecutus sum, propterea quod ignorans feceram absque fide.

14 Exuberavit autem in me gratia Domini nostri, & fides & dilectio quæ est in Jesu Christo.

15 Fidelis est sermo, & dignus qui recipiatur; quòd Jesus Christus venit in mundum ad servandum peccatores, quorum primus ego sum:

16 Sed propterea misertus est mei, ut in me primò ostenderet Jesus Christus omnem longanimitatem suam, ad exemplum eorum qui credituri essent in ipsum, in vitam æternam.

17 Regi autem seculorum incorruptibili, & invisibili, qui est unus Deus, sit honor & gloria in seculum seculorum. Amen.

18 Hoc mandatum commendo tibi, fili mi Timothee, juxta prophetias primas quæ fuerunt de te, ut milites in eis militiam hanc bonam,

19 In fide & in conscientia bona. Isti enim qui hanc repulerunt à se, fide vacui redditi sunt:

20 Sicut Hymenæus, & Alexander, quos tradidi Satanæ, ne sint blasphemi.

ܩܦܠܐܘܢ CAPUT

CAPUT II.

1 Peto igitur abs te, ut ante omnia deprecationem offeras Deo, & orationem, & interpellationem, & gratiarum actionem pro omnibus hominibus:

2 Pro Regibus & Principibus, ut habitationem tranquillam & quietam inhabitemus in omni timore Dei, & puritate.

3 Hoc enim bonum est & acceptum coram Deo Servatore nostro,

4 Qui vult ut omnes homines serventur, & sese convertant ad cognitionem veritatis.

5 Unus enim est Deus, & unus est Mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus,

6 Qui dedit semetipsum redemtionem pro omnibus, testimonium quod evenit tempore suo,

7 Cujus ego positus sum prædicator & Apostolus. Veritatem dico, & non mentior, quia factus sum Doctor Gentium in fide veritatis.

8 Volo igitur, orent viri in omni loco, attollentes manus suas purè, sine ira & sine disceptationibus.

9 Ita etiam mulieres in habitu casto vestimenti, cum verecundia & cum castitate sit ornatus earum: non in intorsionibus *crinium*, & auro, aut margaritis, aut vestibus pulcris:

10 Sed in operibus bonis, quemadmodum decet mulieres quæ profitentur timorem Dei.

11 Mulier in silentio discat, cum omni subjectione.

12 Mulieri autem docere non permitto, neque auctoritatem usurpare in virum; sed sit in quiete.

13 Adam enim effictus est primùm, & deinde Eva.

14 Et Adam non fuit deceptus; mulier autem fuit seducta, & transgressa est mandatum.

15 Salva autem erit per liberos suos, si permanserint in fide, & in charitate, & in sanctificatione, & in castitate.

CAPUT

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܡܗܝܡܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ. ܕܐܢ ܐܢܫ ܪܐܓ ܩܫܝܫܘܬܐ: ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܪܐܓ. 2 ܘܠܐ ܕܝܢ ܢܗܘܐ ܩܫܝܫܐ. ܐܝܢܐ ܕܡܘܡܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܗ. ܘܢܗܘܐ ܒܥܠܐ ܕܚܕܐ ܐܢܬܬܐ. ܐܢܫܐ ܕܥܝܪ ܒܪܥܝܢܗ. ܘܢܟܦ ܘܡܨܒܬ. ܘܪܚܡ ܐܟܣܢܝܐ ܘܡܠܦ. 3 ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܢܦܝܠ ܥܠ ܚܡܪܐ. ܘܠܐ ܪܗܝܛܐ ܐܝܕܗ ܠܡܡܚܐ. ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܡܟܝܟ ܘܠܐ ܕܝܢܢ. ܘܠܐ ܪܚܡ ܟܣܦܐ. 4 ܘܡܕܒܪ ܒܝܬܗ ܫܦܝܪ. ܘܐܚܝܕ ܒܢܘܗܝ ܒܫܘܥܒܕܐ ܒܟܠܗ ܢܟܦܘܬܐ. 5 ܐܢ ܓܝܪ ܒܝܬܐ ܕܢܦܫܗ ܠܐ ܝܕܥ ܕܢܕܒܪ ܫܦܝܪ. ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ ܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ ܢܕܒܪ. 6 ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܝܠܝܕܐ ܒܬܠܡܝܕܘܬܗ: ܕܠܐ ܢܬܪܝܡ ܘܢܦܠ ܒܕܝܢܗ ܕܣܛܢܐ. 7 ܘܠܐ ܠܗ ܕܝܢ ܕܣܗܕܘܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܒܪܝܐ. ܕܠܐ ܢܦܠ ܒܚܣܕܐ ܘܒܦܚܐ ܕܣܛܢܐ. 8 ܘܟܘܬܗ ܡܫܡܫܢܐ ܐܘܟܝܬ ܢܗܘܘܢ ܢܟܦܝܢ. ܘܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܬܪܬܝܢ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܢܛܝܢ ܠܚܡܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܠܐ ܢܪܚܡܘܢ ܝܘܬܪܢܐ ܛܢܦܐ. 9 ܐܠܐ ܢܗܘܘܢ ܐܚܝܕܝܢ ܐܪܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܒܬܐܪܬܐ ܕܟܝܬܐ. 10 ܘܗܢܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܢܬܒܩܘܢ. ܘܗܝܕܝܢ ܢܫܡܫܘܢ. ܟܕ ܕܠܐ ܪܫܝܢ ܐܢܘܢ. 11 ܘܟܘܬܗ ܐܦ ܢܫܐ ܢܗܘܝܢ ܢܟܦܢ. ܘܢܗܘܐ ܥܝܪܐ ܪܥܝܢܗܝܢ. ܘܢܗܘܝܢ ܡܗܝܡܢܢ ܒܟܠ ܡܕܡ. ܘܠܐ ܢܗܘܝܢ ܐܟܠܝ ܩܪܨܐ. 12 ܡܫܡܫܢܐ ܢܗܘܘܢ: ܐܝܢܐ ܕܚܕܐ ܐܢܬܬܐ ܗܘܬ ܠܗ. ܘܕܒܪ ܒܢܘܗܝ ܘܒܝܬܗ ܫܦܝܪ. 13 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܫܦܝܪ ܫܡܫܘ: ܕܪܓܐ ܛܒܐ ܩܢܝܢ ܠܢܦܫܗܘܢ. ܘܣܓܝܐܐ ܡܦܪܣܝܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 14 ܗܠܝܢ ܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟ: ܟܕ ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܒܥܓܠ ܐܬܐ ܐܢܐ ܠܘܬܟ.

15

CAPUT III.

1 Fidelis est sermo; Si quis desiderat presbyteriatum, opus bonum desiderat.

2 Oportet autem ut sit presbyter talis ut vitium non reperiatur in eo, & fuerit maritus unius uxoris: qui mente sit vigilanti; & castus, & ordinatus, & amans hospites, & didacticus:

3 Non autem sectator vini: & cujus manus non sit velox ad percutiendum; sed sit lenis, & non litigiosus, neque amans argentum.

4 Et benè gubernans domum suam, & tenens liberos suos in subjectione cum omni puritate.

5 Si enim domum sui ipsius nesciat benè gubernare, quomodo poterit Ecclesiam Dei gubernare?

6 Neque sit recentis discipulatus; ne se extollat, & incidat in judicium Satanæ.

7 Oportet autem eum bonum testimonium habere ab extraneis, ne incidat in probrum & in laqueum Satanæ.

8 Et etiam ministri similiter sint puri, neque loquantur duplicia, neque sint dediti vino multo, neque ament lucra turpia:

9 Sed teneant mysterium fidei cum conscientia pura.

10 Atque ipsi illi probentur priùs, & deinde ministrent, cum fuerint sine culpa.

11 Similiter etiam uxores sint honestæ, & sit vigilans mens earum, sintque fideles in omni re, & non sint calumniatrices.

12 Diaconi sint, is cui una fuerit uxor, & benè rexerit liberos suos & domum suam.

13 Nam qui benè ministraverint, gradum bonum acquirunt sibiipsis, & fiduciam multam in fide Jesu Christi.

14 Hæc scribo tibi, sperans me citò venturum ad te.

15

15 Sin autem tardavero, ut scias quomodo oporteat conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viventis, columna & fundamentum veritatis.

16 Et verè magnum est mysterium hoc justitiæ; *Deus* revelatus est in carne, & justificatus est in Spiritu, & visus est angelis, & prædicatus est inter Gentes, & creditus est in mundo, & sublatus est in gloriam.

CAPUT IV.

1 Spiritus autem clarè dicit, quòd temporibus posterioribus discedent nonnulli à fide, & sectabuntur spiritus deceptores, & doctrinam dæmoniorum:

2 Qui formâ mendace decipient, & loquentur mendacium, & erunt adusti in conscientia sua:

3 Et prohibebunt matrimonio conjungi, & facient abstinere à cibis quos Deus creavit ad usum, & ad gratiarum actionem, iis qui credunt, & norunt veritatem.

4 Quia quicquid creatum est à Deo, bonum est; & nihil est abominandum, si cum gratiarum actione sumatur:

5 Sanctificatur enim per sermonem Dei, & per orationem.

6 Hæc si docueris fratres tuos, minister bonus eris Jesu Christi, educatus in sermonibus fidei, & in doctrina bona quam didicisti.

7 A narrationibus autem insulsis vetularum te subducito, & exerce teipsum in justitia:

8 Exercitatio enim corporis tempore modico prodest; justitia autem in omni re prodest, & est illi promissio vitæ hujus temporis & futuri.

9 Fidelis est sermo, & dignus qui recipiatur.

10 Propter hoc enim laboramus, & probris afficimur, quod speremus in Deo vivente,

qui est

ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܚܝܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܟܠܗܘܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܕܡܗܝܡܢܐ. 11 ܗܠܝܢ ܐܠܦ ܘܦܩܘܕ. 12 ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܒܣܐ ܥܠ ܛܠܝܘܬܟ. ܐܠܐ ܗܘܝ ܕܡܘܬܐ ܠܡܗܝܡܢܐ: ܒܡܠܬܐ ܘܒܗܘܦܟܐ. ܘܒܚܘܒܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܕܟܝܘܬܐ. 13 ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܐܢܐ. ܐܬܚܦܛ ܒܩܪܝܢܐ. ܘܒܒܥܘܬܐ ܘܒܡܠܦܢܘܬܐ. 14 ܘܠܐ ܬܒܣܐ ܒܡܘܗܒܬܐ ܕܐܝܬ ܒܟ: ܗܝ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܟ ܒܢܒܝܘܬܐ ܘܒܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ. 15 ܒܗܠܝܢ ܐܬܗܓܐ ܘܒܗܝܢ ܗܘܝ. ܕܢܬܝܕܥ ܠܟܠܢܫ ܕܡܩܕܡ ܐܢܬ. 16 ܘܐܙܕܗܪ ܒܢܦܫܟ ܘܒܡܠܦܢܘܬܟ. ܘܡܩܘܝ ܒܗܘܢ. ܟܕ ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܥܒܕ ܐܢܬ: ܢܦܫܟ ܬܚܐ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ ܠܟ.

qui est Servator omnium hominum, maximè fidelium.

11 Hæc doce, & præcipe,

12 Et ne quisquam contemnat juventutem tuam, sed esto exemplar fidelibus, in sermone, & in conversatione, & in charitate, & in fide, & in puritate.

13 Donec ego venero, sedulus esto in lectione, & in oratione, & in doctrina.

14 Neque spernas donum quod est in te, quod datum fuit tibi per prophetiam, & per impositionem manûs presbyterii.

15 Hæc meditare, & in his esto; ut notum fiat omnibus quod proficias:

16 Et attende tibiipsi & doctrinæ tuæ, & constanter persiste in his. Hæc enim quum feceris, teipsum servabis, & eos qui te audiunt.

ܨܚܚܐ ܗ

1 ܠܩܫܝܫܐ ܠܐ ܬܟܐܐ. ܐܠܐ ܒܥܝܗܝ ܐܝܟ ܕܠܐܒܐ. ܘܠܛܠܝܐ ܐܝܟ ܕܠܐܚܝܟ. 2 ܘܠܩܫܝܫܬܐ ܐܝܟ ܐܡܗܬܐ. ܘܠܛܠܝܬܐ ܐܝܟ ܕܠܐܚܘܬܟ ܒܟܠܗ ܕܟܝܘܬܐ. 3 ܠܐܪܡܠܬܐ ܝܩܪ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܪܡܠܬܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܒܫܪܪܐ. 4 ܘܐܢ ܐܝܬ ܐܪܡܠܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܢܝܐ ܐܘ ܒܢܝ ܒܢܝܐ ܢܐܠܦܘܢ ܠܘܩܕܡ ܕܒܒܢܝ ܒܝܬܗܘܢ ܢܙܕܕܩܘܢ. ܘܢܦܪܥܘܢ ܚܘܒܠܐ ܠܐܒܗܝܗܘܢ. ܗܕܐ ܓܝܪ ܡܩܒܠܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 5 ܐܝܕܐ ܕܝܢ ܕܫܪܝܪܐܝܬ ܐܪܡܠܬܐ ܗܝ ܘܡܟܡܪܬܐ: ܗܕܐ ܣܒܪܗ ܥܠ ܐܠܗܐ ܗܘ ܘܐܡܝܢܐ ܒܨܠܘܬܐ ܘܒܒܥܘܬܐ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. 6 ܐܝܕܐ ܕܝܢ ܕܡܫܬܒܗܪܐ: ܡܝܬܐ ܗܝ ܟܕ ܚܝܐ. 7 ܘܗܠܝܢ ܦܩܘܕ ܠܗܘܢ ܕܕܠܐ ܪܫܝܢ ܢܗܘܘܢ. 8 ܐܢ ܐܢܫ ܕܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܝܠܗ ܐܝܬ. ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܝ ܒܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܠܐ ܝܨܦ.

ܗܢܐ

CAPUT V.

1 Seniorem ne increpaveris, sed adhortare eum tanquam patrem, & eos qui sunt juniores, tanquam fratres tuos:

2 Et majores natu *mulieres*, tanquam matres; & eas quæ sunt juniores, tanquam sorores tuas, cum omni puritate.

3 Viduas honora, quæ viduæ sunt in veritate.

4 Et si qua est vidua cui sunt filii aut nepotes, discant priùs in domesticos suos justitiam exercere, & rependere usuras progenitoribus suis: hoc enim acceptum est coram Deo.

5 Quæ autem verè vidua est & solitaria, hujus spes est in Deo, & perseverat in orationibus, & in obsecrationibus nocte dieque:

6 Quæ verò servit voluptati, mortua est dum vivit.

7 Hæc præcipe illis, ut irreprehensibiles sint.

8 Si quis enim eorum qui sui sunt, & præsertim eorum qui sunt domestici fidei, non habet curam,

hic

[illegible]negavit fidem, & est pejor quàm ii qui non credunt.

9 Elige itaque viduam quæ non sit minor quàm sexaginta annorum, quæ uni fuerit viro:

10 Et sit ei testimonium operum bonorum: Si educavit liberos, si excepit advenas, si lavit pedes sanctorum, si refocillavit afflictos, si ambulavit in omni opere bono.

11 A viduis autem quæ juniores sunt, abstine: lasciviunt enim adversus Christum, & volunt esse viro:

12 Et earum judicium firmum est, quòd abjecerunt fidem suam primam.

13 Discunt autem etiam pigritiam, circumeuntes domatim: nec solùm pigritiam *discunt*, verum etiam multiplicare sermonem, & sectari vana, & loqui id quod non oportet.

14 Volo igitur ut illæ quæ juniores sunt, nubant, & pariant liberos, & regant domos suas, & nullam præbeant adversario occasionem maledicentiæ.

15 Quia jam enim cœperunt quædam sese avertere post Satanam.

16 Si quis fidelis, aut *quæ* fidelis habeant viduas, nutriant illas, ne sint oneri Ecclesiæ, ut iis quæ sunt viduæ veræ, sufficiat.

17 Seniores, qui bene sese gerunt, honore duplici digni sint; maximè ii qui laborant in sermone & in doctrina.

18 Dixit enim Scriptura; Ne occludas os bovis in tritura: &, Dignus est operarius mercede sua.

19 Adversus Seniorem accusationem ne recipias, nisi per os duorum triumve testium.

20 Eos qui peccant, coram omnibus argue; ut etiam reliqui homines timeant.

21 Obtestor te coram Deo, & Domino nostro Jesu Christo, & Angelis ejus electis

ܓܒܝܐ: ܕܗܠܝܢ ܬܛܪ. ܘܠܐ ܬܬܟܦܫ ܪܥܝܢܟ
ܠܩܘܒܠܗ. ܘܠܐ ܬܥܒܕ ܡܕܡ ܒܡܣܒ ܒܐܦܐ.
22 ܐܝܕܐ ܒܥܓܠܐ ܠܐ ܐܢܫ ܠܐ ܬܣܝܡ. ܘܠܐ
ܬܫܬܘܬܦ ܒܚܛܗܐ ܢܘܟܪܝܐ. ܢܦܫܟ ܛܪ ܒܕܟܝܘܬܐ.
23 ܘܡܟܝܠ ܡܝܐ ܠܐ ܬܫܬܐ ܐܠܐ ܚܡܪܐ ܩܠܝܠ
ܐܫܬܐ ܡܛܠ ܐܣܛܘܡܟܟ. ܘܡܛܠ ܟܘܪܗܢܝܟ
ܐܡܝܢܐ. 24 ܐܝܬ ܒܢܝܢܫܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ
ܝܕܝܥܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܡܩܕܡܝܢ ܠܗܘܢ ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ.
ܘܐܝܬ ܕܒܬܪܗܘܢ ܐܙܠܝܢ. 25 ܗܟܢܐ ܐܦ ܥܒܕܐ
ܛܒܐ ܝܕܝܥܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܚܪܢܐܝܬ ܐܢܘܢ
ܠܡܛܫܝܘ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܀

electis, ut hæc serves: neque præoccupetur mens tua ullâ re, neque facias quicquam per acceptionem vultuum.

22 Manum citò nemini imponas, neque communices peccatis alienis. Teipsum serva in puritate.

23 Et posthac aquas ne bibas; sed vini modicum bibe propter stomachum tuum, & propter morbos tuos crebros.

24 Sunt homines quorum peccata nota sunt, & præcedunt eos ad locum judicii; & sunt quorum subsequuntur:

25 Sic etiam viri boni noti sunt: & ii qui aliter habent, occultari non possunt.

ܩܦܠܐܘܢ ܘ

1 ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܬܚܝܬ ܢܝܪܐ ܕܥܒܕܘܬܐ:
ܠܡܪܝܗܘܢ ܒܟܠ ܐܝܩܪ ܢܐܚܕܘܢ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܫܡܗ
ܕܐܠܗܐ ܘܡܠܦܢܘܬܗ ܡܬܓܕܦܐ. 2 ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ
ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܪܘܬܐ ܡܗܝܡܢܐ: ܠܐ ܢܒܣܘܢ
ܒܗܘܢ ܒܠܐ ܕܐܚܝܗܘܢ ܐܢܘܢ: ܐܠܐ ܝܬܝܪܐܝܬ
ܢܫܡܫܘܢ ܐܢܘܢ: ܒܠܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ܐܢܘܢ ܘܚܒܝܒܐ:
ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܬܢܝܚܝܢ ܒܫܡܫܬܗܘܢ. ܗܠܝܢ
ܐܠܦ ܘܒܥܝ ܡܢܗܘܢ. 3 ܐܢ ܐܢܫ ܕܝܢ ܐܝܬ
ܕܡܠܦ ܝܘܠܦܢܐ ܐܚܪܢܐ ܘܠܐ ܡܬܩܪܒ ܠܡܠܐ
ܚܠܝܡܬܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܘܠܝܘܠܦܢܐ
ܕܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. 4 ܗܢܐ ܕܡܬܪܘܪܒ ܗܘ ܟܕ ܡܕܡ
ܠܐ ܝܕܥ. ܐܠܐ ܟܪܝܗ ܒܒܥܬܐ ܘܒܕܪܫܐ ܕܡܠܐ.
ܕܡܢܗܘܢ ܗܘܐ ܚܣܡܐ ܘܚܪܝܢܐ ܘܓܘܕܦܐ ܘܡܚܫܒܬܐ
ܕܒܝܫܬܐ. 5 ܘܡܟܬܫܐ ܕܒܢܝܢܫܐ:
ܐܝܠܝܢ ܕܡܚܒܠ ܪܥܝܢܗܘܢ. ܘܓܠܙܝܢ ܡܢ
ܫܪܪܐ. ܘܣܒܪܝܢ ܕܬܐܓܘܪܬܐ ܗܝ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ.
6 ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܬܪܚܩ ܡܢ ܗܠܝܢ.

ܬܐܓܘܪܬܐ

CAPUT VI.

1 ILli qui sunt sub jugo servitutis, dominos suos in omni honore habeant; ne nomen Dei & doctrina ejus blasphemetur.

2 Illi autem quibus sunt Domini fideles, ne contemnant eos, eò quòd fratres eorum sunt; sed magis inserviant eis, propterea quòd fideles sunt & dilecti, in quorum ministerio requie fruuntur. Hæc doce, & pete ab eis.

3 Si quis autem sit qui doceat doctrinam aliam, & non accedat ad sermones sanos Domini nostri Jesu Christi, & ad doctrinam timoris Dei,

4 Hic est qui se extollit, quum nihil sciat, sed languet in indagine & quæstione verborum, ex quibus existit invidia, & contentio, & maledicentia, & suspicio mala,

5 Et conflictatio hominum, quorum corrupta mens est, & destituuntur veritate, & putant quòd quæstus sit reverentia Dei.

6 Tu autem procul discede ab istis: quæstus

quæstus enim noster magnus est, qui est reverentia Dei, cum usu sufficientiæ nostræ.

7 Nihil enim intulimus in mundum, & notum est quòd neque efferre ab eo *quicquam* possumus.

8 Propterea sufficit nobis cibus & tegumentum.

9 Qui autem volunt ditari, incidunt in tentationes, & in laqueos, & in cupiditates multas, quæ stultæ sunt, & affligentes, & demergentes homines in exitium & perditionem:

10 Radix enim omnium malorum est amor pecuniæ; & sunt quidam qui concupiverunt eam, & à fide aberraverunt, atque seipsos immiserunt in dolores multos.

11 Tu autem, ô homo Dei, ab istis fuge, & sectare justitiam, & æquitatem, & fidem, & charitatem, & patientiam, & mansuetudinem:

12 Et certa certamine bono fidei, & apprehende vitam æternam, ad quam vocatus es, & confessus confessionem bonam coram testibus multis.

13 Obtestor te coram Deo qui vivificat omnia, & Jesu Christo, qui testatus est coram Pontio Pilato testimonium bonum;

14 Ut serves mandatum sine macula & sine nævo, usque ad revelationem Domini nostri Jesu Christi.

15 Quam tempore suo ostensurus est Deus benedictus, & solus potens, Rex regum, & Dominus dominorum.

16 Qui solus est incorruptibilis, & inhabitat lucem ad quam nemo accedere potest; & quem nemo hominum vidit, nec etiam videre potest: cui gloria & imperium in seculum seculorum. Amen.

17 Divitibus seculi hujus præcipe. ne

ܕܠܐ ܢܬܪܝܡܘܢ ܒܪ̈ܥܝܢܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܢܬܬܟܠܘܢ ܥܠ ܥܘܬܪܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܫܘܪܪܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܟܠ ܡܕܡ ܥܬܝܪܐܝܬ ܠܢܘܝܚܢ. 18 ܘܢܥܒܕܘܢ ܛܒ̈ܬܐ. ܘܢܥܬܪܘܢ ܒܥܒ̈ܕܐ ܫܦܝܪ̈ܐ. ܘܢܗܘܘܢ ܕܡܦܪ̈ܢܝܢ ܠܡܬܠ ܘܠܡܫܬܘܬܦܘ. 19 ܘܢܣܝܡܘܢ ܠܢܦܫܗܘܢ ܫܬܐܣܬܐ ܛܒܬܐ ܠܕܥܬܝܕ. ܕܢܕܪܟܘܢ ܚܝ̈ܐ ܫܪܝܪ̈ܐ. 20 ܐܘ ܛܝܡܬܐܘܣ: ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܬܓܥܠ ܠܟ ܛܪ. ܘܥܪܘܩ ܡܢ ܩܠ̈ܐ ܣܪܝܩ̈ܐ. ܘܡܢ ܗܘܦܟܝܐ ܕܝܕܥܬܐ ܕܓܠܬܐ. 21 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܡܫܬܘܕܝܢ ܠܗ̇. ܛܥܘ ܠܗܘܢ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟ ܐܡܝܢ.

ne eleventur in mentibus suis, neque confidant divitiis, in quibus non est securitas; sed in Deo vivente, qui dat nobis omnia opulenter ad recreationem nostram:

18 Et faciant opera bona, & divites fiant in actionibus bonis, sintque faciles ad dandum & ad communicandum:

19 Et ponant sibi ipsis fundamentum bonum in id quod futurum est, ut apprehendant vitam veram.

20 O Timothee, sis solicitus in eo quod commendatum est tibi, & fuge à vocibus inanibus, & ab oppositionibus scientiæ falsæ.

21 Qui enim profitentur eam, aberrarunt à fide. Gratia sit tecum. Amen.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܛܝܡܬܐܘܣ. ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܠܐܕܝܩܝܐ.

Finita est Epistolà ad Timotheum prima, quæ scripta fuit è Laodicea.

EPISTOLA PAULI AD TIMOTHEUM SECUNDA.

CAPUT I.

1 PAULUS Apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, & per promissionem vitæ, quæ est in Jesu Christo;

2 Timotheo filio dilecto, gratia, & miserationes, & pax, à Deo Patre, & à Domino nostro Jesu Christo.

3 Gratias ago Deo, cui servio à progenitoribus meis in conscientia pura, quod constanter memor sim tui in precationibus meis nocturnis & diurnis:

4 Et desidero videre te, & memor sum lacrymarum tuarum, ut implear gaudio,

5 Propter recordationem quæ est de te, propter fidem tuam veram, quæ habitavit primùm in avia tua Loide, & in matre tua Eunica: persuasum autem habeo quod etiam *habitet* in te.

6 Propterea commonefacio te, ut excites illud donum Dei quod est in te per impositionem manuum mearum.

7 Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed virtutis & charitatis & institutionis.

8 Ne igitur pudeat te testimonii Domini nostri, neque etiam mei, vincti ipsius: sed perfer mala cum Euangelio per virtutem Dei,

9 Qui servavit, & vocavit nos vocatione sanctâ,

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܠܛܝܡܬܐܘܣ ܕܬܪܬܝܢ.

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܒܫܘܘܕܝܐ ܕܚܝܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܠܛܝܡܬܐܘܣ ܒܪܐ ܚܒܝܒܐ ܛܝܒܘܬܐ ܘܪܚܡܐ ܘܫܠܡܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 3 ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܠܗ ܡܫܡܫ ܐܢܐ ܡܢ ܐܒܗܬܝ ܒܬܐܪܬܐ ܕܟܝܬܐ: ܕܐܡܝܢܐܝܬ ܡܥܗܕ ܐܢܐ ܠܟ ܒܨܠܘܬܝ ܕܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. 4 ܘܣܘܐ ܐܢܐ ܠܡܚܙܝܟ. ܘܡܬܥܗܕ ܐܢܐ ܕܡܥܝܟ ܕܐܬܡܠܐ ܚܕܘܬܐ. 5 ܒܥܘܗܕܢܐ ܕܗܘܐ ܠܝ ܒܗܝܡܢܘܬܟ ܫܪܝܪܬܐ ܗܝ ܕܥܡܪܬ ܠܘܩܕܡ ܒܐܡܐ ܕܐܡܟ ܠܘܐܝܣ: ܘܒܐܡܟ ܐܘܢܝܩܐ. ܡܦܣ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܐܦ ܒܟ. 6 ܡܛܠܗܢܐ ܡܥܗܕ ܐܢܐ ܠܟ ܕܬܥܝܪ ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ܗܝ ܕܐܝܬ ܒܟ ܒܣܝܡ ܐܝܕܝ. 7 ܠܐ ܓܝܪ ܝܗܒ ܠܢ ܐܠܗܐ ܪܘܚܐ ܕܕܚܠܬܐ. ܐܠܐ ܕܚܝܠܐ ܘܕܚܘܒܐ ܘܕܡܪܕܘܬܐ. 8 ܠܐ ܬܒܗܬ ܬܗܘܐ ܒܣܗܕܘܬܗ ܕܡܪܢ. ܐܦܠܐ ܒܝ ܒܐܣܝܪܗ. ܐܠܐ ܫܩܘܠ ܒܝܫܬܐ ܥܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ. 9 ܗܘ ܕܐܚܝܢ ܘܩܪܢ ܒܩܪܝܢܐ ܩܕܝܫܐ.

ܩܕܝܫܬܐ. ܠܐ ܐܝܟ ܥܒܕܝܢ ܐܠܐ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ. ܘܛܝܒܘܬܗ ܗܝ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܩܕܡ ܙܒܢܐ ܕܥܠܡܐ. 10 ܘܐܬܓܠܝܬ ܗܫܐ ܒܓܠܝܢܗ ܕܡܚܝܢܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܕܒܛܠܗ ܠܡܘܬܐ ܘܐܢܗܪ ܚܝܐ ܘܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ. 11 ܗܘ ܕܐܬܬܣܝܡܬ ܒܗ ܐܢܐ ܟܪܘܙܐ ܘܫܠܝܚܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܥܡܡܐ. 12 ܡܛܠ ܗܕܐ ܡܣܝܒܪ ܐܢܐ ܗܠܝܢ. ܘܠܐ ܒܗܬ ܐܢܐ. ܝܕܥ ܐܢܐ ܓܝܪ ܠܡܢ ܗܝܡܢܬ. ܘܡܦܣ ܐܢܐ ܕܡܫܟܚ ܠܡܛܪ ܠܝ ܓܘܥܠܢܝ ܠܗܘ ܝܘܡܐ. 13 ܢܗܘܐ ܠܟ ܕܡܘܬܐ ܡܠܐ ܚܠܝܡܬܐ ܕܫܡܥܬ ܡܢܝ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܚܘܒܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 14 ܓܘܥܠܢܐ ܛܒܐ ܛܪ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܝ ܕܥܡܪܐ ܒܢ. 15 ܝܕܥ ܐܢܬ ܗܕܐ ܕܗܦܟܘ ܡܢܝ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܒܐܣܝܐ. ܕܐܝܬ ܡܢܗܘܢ ܦܘܓܠܘܣ ܘܗܪܡܘܓܢܣ. 16 ܢܬܠ ܡܪܢ ܪܚܡܐ ܠܒܝܬܗ ܕܐܢܣܝܦܘܪܘܣ. ܕܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܐܢܝܚܢܝ. ܘܒܫܫܠܬܐ ܕܐܣܘܪܝ ܠܐ ܒܗܬ. 17 ܐܠܐ ܐܦ ܟܕ ܐܬܐ ܠܪܗܘܡܝ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܒܥܢܝ ܘܐܫܟܚܢܝ. 18 ܢܬܠ ܠܗ ܡܪܢ ܕܢܫܟܚ ܪܚܡܐ ܠܘܬ ܡܪܢ ܒܝܘܡܐ ܗܘ. ܘܟܡܐ ܕܫܡܫ ܒܐܦܣܘܣ ܝܕܥ ܐܢܬ ܝܬܝܪܐܝܬ.

ܨܚܚܐ ܒ

1 ܐܢܬ ܗܟܝܠ ܒܪܝ. ܐܬܚܝܠ ܒܛܝܒܘܬܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܘܡܠܝܢ ܕܫܡܥܬ ܡܢܝ ܒܝܕ ܣܗܕܐ ܣܓܝܐܐ. ܗܠܝܢ ܐܓܥܠ ܠܒܢܝܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ. ܗܢܘܢ ܕܡܣܦܩܝܢ ܐܦ ܠܐܚܪܢܐ ܠܡܠܦܘ. 3 ܘܣܝܒܪ ܒܝܫܬܐ. ܐܝܟ ܦܠܚܐ ܛܒܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.

sanctâ, non secundum opera nostra, sed secundum voluntatem suam, & illam gratiam suam quæ data est nobis in Jesu Christo ante tempus seculorum.

10 Et manifestata est nunc per manifestationem Servatoris nostri Jesu Christi, qui abolevit mortem, & ostendit vitam & incorruptibilitatem per Evangelium:

11 In quo ego constitutus sum præco, & Apostolus, ac doctor Gentium.

12 Propterea sustineo ista, & non erubesco. Novi cui credidi: & persuasus sum quòd facultas est in manibus ejus depositum meum servare mihi in diem illum.

13 Sint tibi forma sermones sani, quos audivisti à me, cum fide & charitate quæ est in Jesu Christo.

14 Depositum bonum serva per Spiritum sanctum qui habitat in nobis.

15 Nosti hoc, quòd averterint se à me omnes qui sunt in Asia: ex quibus sunt Phygellus & Hermogenes.

16 Det Dominus noster misericordiam familiæ Onesiphori, quia temporibus multis refocillavit me, & de catenis vinculorum meorum non erubuit.

17 Sed etiam quum venisset Romam, diligenter quæsivit me, & invenit me.

18 Det ei Dominus noster ut inveniat misericordiam apud Dominum nostrum in die illo: & quàm ministraverit mihi Ephesi, maximè nosti.

CAPUT II.

1 Tu igitur, fili mi, fortis esto in gratia quæ est per Jesum Christum.

2 Et quæ audivisti à me per multos testes, illa commenda hominibus fidelibus, in quorum manibus facultas sit etiam alios docendi.

3 Et tolera mala tanquam miles bonus Jesu Christi.

4 Nemo militat, & implicat se negotiis sæculi; ut placeat ei qui elegit ipsum.

5 Et, si certaverit aliquis, non coronatur, nisi secundum legem suam certet.

6 Agricolam, qui laborat, oportet primùm de fructibus suis cibari.

7 Considera id quod dico. Det tibi Dominus noster sapientiam in omni re.

8 Memor esto Jesu Christi, quòd resurrexit à mortuis, qui est ex semine David secundùm Evangelium meum,

9 In quo sustineo mala usque ad vincula, tanquam maleficus. Sed sermo Dei non est vinctus.

10 Propterea omnia suffero propter electos, ut etiam ipsi inveniant salutem in Jesu Christo cum gloria æterna.

11 Fidelis est sermo: si enim mortui fuerimus cum eo, etiam cum eo vivemus:

12 Et si toleraverimus, etiam regnabimus cum eo. Si autem abnegaverimus eum, etiam ipse abnegabit nos.

13 Et si non crediderimus in eum, ipse in fide sua permanet: seipsum enim negare non potest.

14 Hæc commemora eis, & contestare coram Domino nostro, ne contendant sermonibus inutilibus, ad subversionem eorum qui audiunt eos:

15 Et cura sit tibi ut sistas teipsum perfectè coram Deo, operarium sine erubescentia, rectè prædicantem sermonem veritatis.

16 A sermonibus vanis, in quibus non est utilitas, te subducito: multùm enim adjiciunt ad improbitatem illorum qui occupantur in eis.

17 Et sermo eorum tanquam cancer depascens apprehendet multos: est autem unus ex illis Hymenæus, & alter Philetus:

18 Qui aberrarunt à veritate, dicentes quòd resurrectio mortuorum facta sit: & fidem

ܘܡܗܦܟܝܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ܀

19 ܫܬܐܣܬܐ ܕܝܢ ܫܪܝܪܬܐ ܕܐܠܗܐ ܩܝܡܐ ܗܝ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܚܬܡܐ ܗܢܐ. ܝܕܥ ܡܪܝܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܕܝܠܗ. ܘܢܬܪܚܩܘܢ ܡܢ ܥܘܠܐ ܟܠ ܕܩܪܐ ܠܫܡܗ ܕܡܪܝܐ. 20 ܒܒܝܬܐ ܕܝܢ ܪܒܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܐܢܐ ܕܕܗܒܐ ܒܠܚܘܕ ܐܘ ܕܣܐܡܐ ܐܝܬ ܒܗ. ܐܠܐ ܐܦ ܕܩܝܣܐ ܐܦ ܕܚܨܦܐ. ܘܡܢܗܘܢ ܠܐܝܩܪܐ ܘܡܢܗܘܢ ܠܨܥܪܐ. 21 ܐܢ ܐܢܫ ܗܟܝܠ ܢܕܟܐ ܢܦܫܗ ܡܢ ܗܠܝܢ. ܗܘܐ ܡܐܢܐ ܕܟܝܐ ܠܐܝܩܪܐ ܘܫܘܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܡܪܗ. ܘܡܛܝܒ ܠܟܠ ܥܒܕ ܛܒ. 22 ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܪܓܝܓܬܐ ܕܛܠܝܘܬܐ ܥܪܘܩ. ܘܗܘܝ ܪܗܛ ܒܬܪ ܟܐܢܘܬܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܚܘܒܐ ܘܫܠܡܐ ܥܡ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܢ ܠܡܪܢ ܒܠܒܐ ܕܟܝܐ. 23 ܕܪܫܐ ܕܝܢ ܣܟܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܪܕܘܬܐ ܐܝܬ ܒܗܘܢ. ܐܫܬܐܠ ܡܢܗܘܢ. ܟܕ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܡܘܠܕܝܢ ܚܪܝܢܐ. 24 ܥܒܕܗ ܕܝܢ ܕܡܪܢ ܠܐ ܘܠܐ ܠܗ ܕܢܬܚܪܐ. ܐܠܐ ܕܢܗܘܐ ܡܟܝܟ ܠܘܬ ܟܠܢܫ. ܘܡܠܦܢ ܘܢܓܝܪ ܪܘܚܐ. 25 ܕܢܗܘܐ ܪܕܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܪܝܢ ܠܗ ܒܡܟܝܟܘܬܐ. ܕܠܡܐ ܢܬܠ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܬܝܒܘܬܐ. ܘܢܕܥܘܢ ܫܪܪܐ. 26 ܘܢܬܥܗܕܘܢ ܢܦܫܗܘܢ. ܘܢܬܦܨܘܢ ܡܢ ܦܚܗ ܕܣܛܢܐ ܕܒܗ ܐܬܬܨܝܕܘ ܠܨܒܝܢܗ܀

& fidem quorundam subvertunt.

19 Verum autem Dei Fundamentum firmum est, & est ei signaculum hoc; Novit Dominus eos qui sunt sui: &, Discedat ab iniquitate omnis qui invocat nomen Domini.

20 In domo autem magna non tantùm aurea sunt vasa, aut argentea, sed etiam lignea & testacea: ex eis *quædam* in honorem, & ex eis *quædam* in decus.

21 Si quis igitur expurgaverit seipsum ab istis, erit vas mundum in honorem, aptum ad usum Domini sui, & præparatum ad omne opus bonum.

22 Ab omnibus concupiscentiis juvenilibus fuge, & sectare justitiam, & fidem, & charitatem, & pacem cum iis qui invocant Dominum nostrum corde puro.

23 Altercationes stultas, quæ absque eruditione sunt, subterfuge: nosti enim quòd certamina gignant.

24 Servus autem Domini nostri non debet certare, sed mansuetus esse erga unumquemque, & didacticus, & longanimis;

25 Ut erudiat eos qui contendunt adversus ipsum, cum mansuetudine: si fortè det illis Deus conversionem, & cognoscant veritatem:

26 Et memores sint sui ipsorum, & discedant à laqueo Satanæ, quo capti sunt ad voluntatem ipsius.

ܨܚܚܐ ܓ

1 ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܝܬ ܝܕܥ. ܕܒܝܘܡܬܐ ܐܚܪܝܐ ܢܐܬܘܢ ܙܒܢܐ ܩܫܝܐ. 2 ܘܢܗܘܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܪܚܡܝ ܢܦܫܗܘܢ. ܘܪܚܡܝ ܟܣܦܐ. ܫܒܗܪܢܐ. ܪܡܐ. ܡܓܕܦܢܐ. ܘܠܐܒܗܝܗܘܢ ܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ. ܟܦܘܪܝ ܛܝܒܘܬܐ. ܪܫܝܥܐ. 3 ܐܟܠܝ ܩܪܨܐ. ܡܫܥܒܕܝ ܠܪܓܬܐ. ܒܥܝܪܐ. ܣܢܝܝ ܛܒܬܐ.

CAPUT III.

1 HOc autem scias, quòd in diebus extremis venient tempora dura:

2 Et erunt homines amantes suiipsorum, & amantes argentum, gloriosi, elati, maledici, hominibus suis non obtemperantes, negantes gratiam, improbi,

3 Calumniatores, subjecti concupiscentiæ, feri, odio habentes bona,

4 Proditores, præcipites, inflati, amantes concupiscentias potiùs quàm charitatem Dei:

5 Quibus est forma reverentiæ Dei, & à virtute Dei longè absunt. Qui tales sunt, eos depelle à te.

6 Ex iis enim sunt qui insinuant se domatim, & captivas ducunt mulierculas quæ oneratæ sunt peccatis, & ducuntur in concupiscentias varias:

7 Quæ omni tempore discentes nunquam ad cognitionem veritatis venire possunt.

8 Quemadmodum autem Jannes & Jambres insurrexerunt contra Mosen, ita & ipsi insurgunt contra veritatem: homines quorum mens corrupta est, & reprobi sunt à fide.

9 Sed non progredientur: amentia enim eorum innotescet omni homini, sicut etiam illorum cognita fuit.

10 Tu verò assequutus es doctrinam meam, & meas vitæ rationes, & voluntatem meam, & fidem meam, & longanimitatem meam, & charitatem meam, & patientiam meam,

11 Et persecutionem meam, & passiones meas. Et nosti quæ sustinui Antiochiæ & Iconii & Lystris; quam persecutionem sustinuerim. Et ex omnibus eripuit me Dominus meus.

12 Sed & omnes illi qui volunt in timore Dei vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

13 Homines autem mali & seductores adjicient malitiæ suæ, errantes, & in errorem inducentes.

14 Tu verò persiste in iis quæ didicisti, & *in quibus* confirmatus es: nosti enim à quo didiceris:

15 Et quòd à pueritia tua Scripturas sacras didiceris, qui te possunt sapientem reddere ad salutem, per fidem quæ est in Jesu Christo.

16 Omnis enim Scriptura quæ per Spiritum scripta est, utilis est ad doctrinam, & ad

ܘܠܡܟܣܢܘ . ܘܠܬܘܪܨܐ ܘܠܡܪܕܘܬܐ ܕܒܟܐܢܘܬܐ . 17 ܕܢܗܘܐ ܓܡܝܪ ܒܪܢܫܐ ܕܐܠܗܐ : ܠܟܠ ܥܒܕ ܛܒ ܘܡܫܬܡܠܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 ܡܣܗܕ ܐܢܐ ܠܟ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܕܗܘ ܥܬܝܕ ܠܡܕܢ ܚܝܐ ܘܡܝܬܐ ܒܓܠܝܢܗ ܘܒܡܠܟܘܬܗ . 2 ܐܟܪܙ ܡܠܬܐ ܘܩܘܡ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܒܙܒܢܐ ܘܕܠܐ ܙܒܢܐ . ܐܟܣ ܘܟܐܝ : ܘܒܥܐ ܒܟܠܗ ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ . 3 ܢܗܘܐ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܐܡܬܝ ܕܠܡܠܦܢܘܬܐ ܚܠܝܡܬܐ ܠܐ ܢܫܬܡܥܘܢ . ܐܠܐ ܐܝܟ ܪܓܝܓܬܗܘܢ : ܢܣܓܘܢ ܠܗܘܢ ܡܠܦܢܐ ܒܚܘܪܓܐ ܕܫܡܥܬܗܘܢ . 4 ܘܡܢ ܫܪܪܐ ܢܗܦܟܘܢ ܐܕܢܝܗܘܢ . ܠܫܘܥܝܬܐ ܕܝܢ ܢܨܛܠܘܢ . 5 ܐܢܬ ܕܝܢ ܗܘܝܬ ܥܝܪ ܒܟܠܡܕܡ . ܘܣܝܒܪ ܒܝܫܬܐ . ܘܥܒܕܐ ܥܒܕ ܕܡܣܒܪܢܐ . ܘܬܫܡܫܬܟ ܫܡܠܝ . 6 ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܗܫܐ ܡܬܢܩܐ ܐܢܐ . ܘܙܒܢܐ ܕܫܪܝܬܝ ܡܛܐ . 7 ܐܓܘܢܐ ܫܦܝܪܐ ܐܬܟܬܫܬ . ܘܪܗܛܝ ܫܠܡܬܗ . ܘܗܝܡܢܘܬܝ ܢܛܪܬܗ . 8 ܘܡܢ ܗܫܐ ܢܛܝܪ ܠܝ ܟܠܝܠܐ ܕܟܐܢܘܬܐ : ܕܢܦܪܘܥܝܘܗܝ ܠܝ ܡܪܝ ܒܝܘܡܐ ܗܘ . ܕܗܘܝܘ ܕܝܢܐ ܟܐܢܐ . ܘܠܐ ܕܝܢ ܠܝ ܒܠܚܘܕ : ܐܠܐ ܐܦ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܚܒܘ ܠܓܠܝܢܗ ܀

9 ܐܬܒܛܠ ܠܡܐܬܐ ܠܘܬܝ ܥܓܠ . 10 ܕܝܡܐ ܓܝܪ ܫܒܩܢܝ : ܘܪܚܡ ܠܗ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ . ܘܐܙܠ ܠܗ ܠܬܣܠܘܢܝܩܐ . ܩܪܣܩܣ ܠܓܠܛܝܐ . ܛܝܛܘܣ ܠܕܠܡܛܝܐ . 11 ܠܘܩܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܥܡܝ . ܠܡܪܩܘܣ ܕܒܪ ܘܐܝܬܝܗܝ ܥܡܟ . ܚܫܚ ܠܝ ܓܝܪ ܠܬܫܡܫܬܐ . 12 ܠܛܘܟܝܩܘܣ ܕܝܢ ܫܕܪܬ ܠܐܦܣܘܣ . 13 ܦܝܠܘܢ ܕܝܢ ܕܫܒܩܬ ܒܛܪܘܐܣ ܠܘܬ ܩܪܦܘܣ : ܡܐ ܕܐܬܐ ܐܢܬ ܐܝܬܝܗܝ . ܘܟܬܒܐ .

& ad redargutionem, & ad correctionem, & ad eruditionem quæ est in justitia;

17 Ut sit perfectus homo Dei ad omne opus bonum, & absolutus.

CAPUT IV.

1 Obtestor te coram Deo & Domino nostro Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos in apparitione regni sui:

2 Prædica sermonem, & persta in diligentia, tempestivè & intempestivè: argue, & reprehende cum omni longanimitate & doctrina.

3 Erit enim tempus quum doctrinæ sanæ non auscultabunt, sed juxta concupiscentias suas multiplicabunt sibi ipsis doctores, in pruritum auditûs sui,

4 Et à veritate avertent aures suas, ad fabulas verò declinabunt.

5 Tu autem esto vigilans in omni re, & tolera mala, & fac opus Evangelistæ, & ministerium tuum adimple.

6 Ego autem immolor, & tempus quo dissolvar, appropinquavit.

7 Certamen bonum certavi, & cursum meum absolvi, & fidem meam servavi:

8 Et deinceps servatur mihi corona justitiæ, quam rependet mihi Dominus meus die illo; quia ipse est judex justus: non autem tantùm mihi, sed etiam illis qui dilexerint revelationem ejus.

9 Sit tibi curæ ut venias ad me citò.

10 Demas enim deseruit me, & dilexit mundum hunc, & profectus est Thessalonicam, Crispus in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

11 Lucas solus est mecum. Marcum assume, & adducito eum tecum: aptus enim est mihi ad ministerium.

12 Tychicum autem misi Ephesum.

13 Thecam librorum autem quam reliqui Troade apud Carpum, quum venies, adferto,

& libros,

& libros, & maximè fasciculum voluminum.

14 Alexander faber ærarius mala multa ostendit mihi: redditurus est illi Dominus noster secundùm opera ipsius.

15 Cave autem tu quoque ab eo: valde enim elatus contra sermones nostros.

16 In defensione prima nemo fuit mecum, sed omnes deseruerunt me. Ne imputetur illis hoc.

17 Dominus autem meus adstitit mihi, & roboravit me, ut per me prædicatio expleretur, & audirent Gentes omnes. Et ereptus sum ex ore leonis:

18 Ac eripiet me Dominus meus ab omni opere malo: & servabit me in regnum suum quod est in cœlis. Cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

19 Saluta Priscillam & Aquilam, & familiam Onesiphori.

20 Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui ægrotum in urbe Mileto.

21 Sit tibi curæ ut ante hyemem advenias. Salutat te Eubulus, & Pudis, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

22 Dominus noster Jesus Christus sit cum Spiritu tuo. Gratia sit tecum. Amen.

Finita est Epistola ad Timotheum secunda, quæ fuit scripta è Roma.

ܘܟܬܒܐ. ܘܝܬܝܪܐܝܬ ܓܪܣܐ ܕܡܓܠܬܐ.
14 ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܢܦܚܐ: ܒܝܫܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܚܘܝܢܝ. ܡܪܢ ܢܦܪܥܝܘܗܝ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ. 15 ܐܦ ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܙܕܗܪ ܡܢܗ. ܣܓܝ ܓܝܪ ܩܡ ܠܘܩܒܠ ܡܠܝܢ. 16 ܒܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܩܕܡܝܐ ܠܐ ܐܢܫ ܗܘܐ ܥܡܝ. ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܫܒܩܘܢܢܝ. ܠܐ ܬܬܚܫܒ ܠܗܘܢ ܗܕܐ. 17 ܡܪܝ ܕܝܢ ܩܡ ܠܝ ܘܚܝܠܢܝ ܕܒܝ ܬܫܬܡܠܐ ܟܪܘܙܘܬܐ: ܘܢܫܡܥܘܢ ܥܡܡܐ ܟܠܗܘܢ. ܘܐܬܦܨܝܬ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܐܪܝܐ.
18 ܘܢܦܨܢܝ ܡܪܝ. ܡܢ ܟܠ ܥܒܕ ܒܝܫ: ܘܢܚܝܢܝ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܒܫܡܝܐ. ܕܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ. 19 ܫܐܠ ܒܫܠܡܐ ܕܦܪܝܣܩܠܐ ܘܕܐܩܠܘܣ ܘܕܒܝܬ ܐܘܢܣܝܦܘܪܘܣ. 20 ܐܪܣܛܘܣ ܩܘܝ ܠܗ ܒܩܘܪܢܬܘܣ. ܠܛܪܘܦܝܡܘܣ ܕܝܢ ܫܒܩܬܗ ܟܕ ܟܪܝܗ ܒܡܝܠܝܛܘܣ ܡܕܝܢܬܐ. 21 ܐܬܒܛܠ ܠܟ ܕܩܕܡ ܣܬܘܐ ܬܐܬܐ. ܫܐܠ ܒܫܠܡܟ: ܐܘܒܘܠܘܣ ܘܦܘܕܣ ܘܠܝܢܘܣ ܘܩܠܘܕܝܐ ܘܐܚܐ ܟܠܗܘܢ. 22 ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܡ ܪܘܚܟ ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟ ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܛܝܡܬܐܘܣ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܐ ܀

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܠܘܬ ܛܝܛܘܣ

EPISTOLA PAULI AD TITUM

ܨܚܚܐ 1

CAPUT I.

1 ܦܘܠܘܣ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܫܠܝܚܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܒܝܕܥܬܐ ܕܫܪܪܐ ܕܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. 2 ܥܠ ܣܒܪܐ ܕܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. ܕܐܘܠܟܝ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܡܢ ܩܕܡ ܙܒܢܐ ܕܥܠܡܐ. 3 ܘܓܠܐ ܡܠܬܗ ܒܙܒܢܗ ܒܟܪܘܙܘܬܝ. ܗܝ ܕܐܬܬܟܠܬ ܐܢܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܢ. 4 ܠܛܝܛܘܣ ܒܪܐ ܫܪܝܪܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܓܘܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܡܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܚܝܢܢ. 5 ܡܛܠ ܗܕܐ ܗܘ ܫܒܩܬܟ ܒܩܪܛܐ. ܕܐܝܠܝܢ ܕܚܣܝܪܢ ܬܬܩܢ. ܘܬܩܝܡ ܩܫܝܫܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܦܩܕܬܟ. 6 ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܪܫܝܢ ܗܘ. ܘܗܘܐ ܒܥܠܐ ܕܚܕܐ ܐܢܬܬܐ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܒܢܝܐ ܡܗܝܡܢܐ ܕܠܐ ܡܬܐܡܪܝܢ. ܘܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܒܐܣܘܛܘܬܐ. 7 ܘܙܕܩ ܗܘ ܓܝܪ ܩܫܝܫܐ ܕܢܗܘܐ ܕܠܐ ܪܫܝܢ. ܐܝܟ ܕܪܒܝܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܡܬܡܠܟ ܒܪܓܬ ܢܦܫܗ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܚܡܝܡܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܢܦܠ ܥܠ ܚܡܪܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܪܗܛ ܐܝܕܗ ܠܡܚܘܬܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܪܚܡ ܬܘܪܒܐ ܛܢܦܐ.

1 PAulus servus Dei, & Apostolus Jesu Christi, juxta fidem electorum Dei, & cognitionem veritatis, quæ est in timore Dei,

2 In spem vitæ æternæ, quam promisit Deus verax ante tempora seculi:

3 Et patefecit sermonem suum tempore suo per prædicationem nostram, quæ concredita fuit mihi per mandatum Dei Servatoris nostri:

4 Tito filio vero, juxta fidem communem, gratia, & pax à Deo Patre, & à Domino nostro Jesu Christo Servatore nostro.

5 Propter hoc reliqueram te in Creta, ut ea quæ deessent reparares, & constitueres Seniores in qualibet civitate, sicut præcepi tibi:

6 Eum qui est irreprehensibilis, & fuit maritus uxoris unius, & cui sunt liberi fideles, qui non sunt dediti luxuriæ, neque sunt immorigeri præ crapula.

7 Debet enim Senior esse irreprehensibilis tanquam Oeconomus Dei, neque duci voluntate suiipsius, neque iracundus esse, neque vinolentus, nec manus ejus promtus ad percutiendum, neque amare lucra turpia:

8 Sed amare hospites, & amare bona, & esse castus, & justus, & benignus, & continens seipsum à concupiscentiis:

9 Et sollicitus super doctrina sermonis fidei, ut possit etiam consolari per suam doctrinam sanam, & arguere eos qui sunt contentiosi.

10 Sunt enim multi qui sese non submittunt, & vani sunt sermones eorum, & in errorem inducunt mentes hominum, maxime ii qui sunt ex circumcisione:

11 Quorum oporteret obturare os. Domos multas destruunt, & docent id quod non oportet, propter lucra turpia.

12 Dixit quidam ex ipsis propheta ipsorum; Cretenses omni tempore mendaces sunt, bestiæ malæ, & ventres otiosi.

13 Et verè est testimonium hoc: propter hoc severè increpa illos, ut sint sani in fide:

14 Et ne adjiciant se fabulis Judæorum, & mandatis hominum odio habentium veritatem.

15 Omnia enim pura puris: iis autem qui sunt inquinati & infideles, nihil est purum; sed est inquinata mens eorum, & conscientia eorum.

16 Et profitentur quòd cognoscant Deum, factis autem suis negant eum: & sunt odiosi, & inobedientes, ac reprobi ad omne opus bonum.

CAPUT II.

1 Tu verò loquere id quod decet doctrinam sanam.

2 Et doce ut sint Seniores vigilantes mentibus suis, & sint casti, & sint puri, & sint sani in fide, & in charitate, & in tolerantia.

8 ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܪܚܡ ܐܟܣܢܝܐ. ܘܢܗܘܐ ܪܚܡ ܛܒܬܐ. ܘܢܗܘܐ ܢܟܦ. ܘܢܗܘܐ ܟܐܢ. ܘܢܗܘܐ ܚܣܝܐ ܘܡܚܣܢ ܢܦܫܗ ܡܢ ܪܓܝܓܬܐ. 9 ܘܡܬܚܫܚ ܒܗ ܥܠ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܡܠܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܕܢܫܟܚ ܐܦ ܠܡܒܝܐܘ ܒܡܠܦܢܘܬܗ ܚܠܝܡܬܐ: ܘܠܡܟܣܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܠܘܩܒܠܗ. 10 ܐܝܬ ܓܝܪ ܣܓܝܐܐ ܕܠܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܘܣܪܝܩܢ ܡܠܝܗܘܢ. ܘܡܛܥܝܢ ܗܘܢܝܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܓܙܘܪܬܐ ܐܢܘܢ. 11 ܗܠܝܢ ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܡܣܟܪܘ ܦܘܡܗܘܢ. ܕܒܬܐ ܣܓܝܐܐ ܡܗܦܟܝܢ. ܘܡܠܦܝܢ ܡܕܡ ܕܠܐ ܘܠܐ ܡܛܠ ܝܘܬܪܢܐ ܛܢܦܐ. 12 ܐܡܪ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܢܒܝܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܕܒܢܝ ܩܪܛܐ ܒܟܠܙܒܢ ܕܓܠܝܢ ܐܢܘܢ. ܚܝܘܬܐ ܒܝܫܬܐ ܘܟܪܣܬܐ ܒܛܝܠܬܐ. 13 ܘܣܗܕܘܬܐ ܗܕܐ ܫܪܝܪܐ ܗܝ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܐܐ ܐܢܘܢ ܒܚܪܝܦܘ: ܕܢܗܘܘܢ ܚܠܝܡܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. 14 ܘܠܐ ܢܬܪܡܘܢ ܠܫܘܥܝܬܐ ܝܗܘܕܝܬܐ. ܘܠܦܘܩܕܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܕܣܢܝܢ ܫܪܪܐ. 15 ܟܠܡܕܡ ܓܝܪ ܕܟܐ ܗܘ ܠܕܟܝܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܡܣܝܒܝܢ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ: ܡܕܡ ܕܕܟܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܣܝܒ ܗܘ ܪܥܝܢܗܘܢ ܘܬܐܪܬܗܘܢ. 16 ܘܡܘܕܝܢ ܕܝܕܥܝܢ ܠܐܠܗܐ: ܘܒܥܒܕܝܗܘܢ ܕܝܢ ܟܦܪܝܢ ܒܗ. ܘܛܢܦܝܢ ܐܢܘܢ ܘܡܬܚܪܝܢ. ܘܠܐ ܡܦܣܝܢ. ܘܡܣܠܝܢ ܠܟܠ ܥܒܕ ܛܒ.

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܠܠ ܡܕܡ ܕܝܐܐ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܚܠܝܡܬܐ. 2 ܘܐܠܦ ܕܢܗܘܘܢ ܩܫܝܫܐ ܥܝܪܝܢ ܒܪܥܝܢܗܘܢ. ܘܢܗܘܘܢ ܢܟܦܝܢ. ܘܢܗܘܘܢ ܕܟܝܢ. ܘܢܗܘܘܢ ܚܠܝܡܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܚܘܒܐ ܘܒܡܣܝܒܪܢܘܬܐ.

3 ܘܐܦ ܣܒܬܐ ܗܟܘܬ ܐܝܟ ܕܢܗܘܝܢ ܒܐܣܟܡܐ ܕܝܐܐ ܠܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܝܢ ܐܟܠܝ ܩܪܨܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܝܢ ܡܫܥܒܕܢ ܠܚܡܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܢܗܘܝܢ ܡܠܦܢ ܫܦܝܪܬܐ. 4 ܘܡܪܕܝܢ ܠܛܠܝܬܐ ܕܢܪܚܡܢ ܒܥܠܝܗܝܢ ܘܒܢܝܗܝܢ. 5 ܘܢܗܘܝܢ ܢܟܦܢ ܘܩܕܝܫܢ. ܘܢܗܘܝܢ ܛܒܢ ܒܒܬܝܗܝܢ ܘܡܫܬܥܒܕܢ ܠܒܥܠܝܗܝܢ. ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܓܕܦ ܥܠ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. 6 ܘܐܦ ܠܥܠܝܡܐ ܐܟܘܬܗܘܢ ܒܥܝ ܕܢܗܘܘܢ ܢܟܦܝܢ. 7 ܒܟܠܡܕܡ ܚܘܝ ܢܦܫܟ ܕܡܘܬܐ ܒܟܠ ܥܒܕܐ ܛܒܐ. ܘܒܡܠܦܢܘܬܟ ܬܗܘܐ ܠܟ ܡܠܬܐ ܚܠܝܡܬܐ: 8 ܘܢܟܦܐ ܘܠܐ ܡܬܚܒܠܐ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܫܛ ܠܟ. ܕܐܝܢܐ ܕܩܐܡ ܠܘܩܒܠܢ ܢܒܗܬ. ܟܕ ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܐܡܪ ܥܠܝܢ ܡܕܡ ܕܣܢܐ. 9 ܥܒܕܐ ܠܡܪܝܗܘܢ ܢܫܬܥܒܕܘܢ ܒܟܠܡܕܡ. ܘܢܫܬܦܪܘܢ ܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܗܦܟܝܢ ܡܠܬܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܓܢܒܝܢ. 10 ܐܠܐ ܢܚܘܘܢ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ ܛܒܬܐ ܒܟܠܡܕܡ. ܕܢܨܒܬܘܢ ܒܟܠܡܕܡ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܢ. 11 ܐܬܓܠܝܬ ܓܝܪ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܐ ܕܟܠ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ. 12 ܘܪܕܝܐ ܠܢ ܕܢܟܦܘܪ ܒܪܘܫܥܐ ܘܒܪܓܝܓܬܐ ܥܠܡܝܬܐ. ܘܢܚܐ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܢܟܦܘܬܐ ܘܒܟܐܢܘܬܐ ܘܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. 13 ܟܕ ܡܣܟܝܢܢ ܠܣܒܪܐ ܒܪܝܟܐ ܘܠܓܠܝܢܐ ܕܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ ܪܒܐ ܘܡܚܝܢܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 14 ܗܘ ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ ܚܠܦܝܢ ܕܢܦܪܘܩܢ ܡܢ ܟܠ ܥܘܠ. ܘܢܕܟܝܢ ܠܢܦܫܗ ܥܡܐ ܚܕܬܐ ܕܛܢܢ ܒܥܒܕܐ ܛܒܐ. 15 ܗܠܝܢ ܡܠܠ. ܘܒܥܝ ܘܟܣ ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܫܘܛ ܠܟ.

ܩܦܠܐܘܢ

3 Et anus quoque similiter, ut sint in habitu qui conveniat reverentiæ Dei: nec sint calumniatrices, nec sint obnoxiæ vino multo: & doceant decora,

4 Et pudicas reddant eas quæ sunt juniores: ut ament viros suos & liberos suos:

5 Et sint castæ & sanctæ, & benè curam habeant familiarum suarum, & subjectæ *sint* viris suis: ne quis blasphemet sermonem Dei.

6 Et adolescentes similiter adhortare, ut sint casti.

7 In qualibet autem re exemplar in te ipso præbe in omnibus operibus bonis: & in doctrina tua sit tibi sermo sanus,

8 Qui sit castus & incorruptus, neque quisquam spernat ipsum: ut is qui insurgit adversus nos, erubescat, quum non inveniat ut dicat adversus nos quicquam odiosi.

9 Servi subjiciant sese Dominis suis in quavis re, & præbeant se placentes, nec sint contradicentes, neque sint furantes:

10 Sed ostendant fidelitatem suam bonam in qualibet re; ut ornent in omnibus doctrinam Dei Servatoris nostri.

11 Apparuit enim gratia Dei servatrix omnium omnibus hominibus:

12 Et erudit nos ut abnegemus improbitatem & concupiscentias mundi, & vivamus in hoc mundo in sobrietate, & in justitia, & in timore Dei,

13 Exspectantes spem benedictam, & revelationem gloriæ Dei magni & Servatoris nostri Jesu Christi:

14 Qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret nos sibiipsi populum novum, qui cum zelo bona opera sectaretur.

15 Hæc loquere, & require, & argue cum omni imperio: & nemo contemnat te.

CAPUT

CAPUT III.

1 COmmonefacito quoque illos, ut Principibus & poteſtate prædictis auſcultent, & ſubditi ſint; & ut parati ſint ad omne opus bonum:

2 Et neminem contumeliis afficiant, neque ſint contentioſi, ſed ſint manſueti, & in quolibet re oſtendant benignitatem ſuam erga omnes homines.

3 Nam nos quoque antè amentes fuimus, & inobedientes, & errabamus, atque obnoxii eramus concupiſcentiis variis, & in malitia, & in invidia verſabamur, & odioſi eramus, etiam alius alium odio proſequebamur.

4 Quum autem revelata eſt benignitas, & miſericordia Dei Servatoris noſtri;

5 Non propter opera juſtitiæ quæ fecimus, ſed per miſericordiam ſuam ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis, per renovationem Spiritus ſancti;

6 Quem effudit ſuper nos copioſè per Jeſum Chriſtum Servatorem noſtrum.

7 Ut per ejus gratiam juſtificemur, & ſimus hæredes juxta ſpem vitæ æternæ.

8 Fidelis eſt ſermo. Et in his volo ut tu quoque confirmes eos, ut illis curæ ſit facere opera bona qui crediderunt in Deum: hæc ſunt quæ bona ſunt & utilia hominibus.

9 A diſputatione autem ſtulta, & à genealogiis, & a contentionibus, & à certaminibus Legiſperitorum te ſubducito: utilitas enim non eſt in eis, & vana ſunt.

10 A viro hæretico, poſt unum tempus & alterum quo admonueris eum, te ſubducito:

11 Et ſcias quod qui hujuſmodi eſt, perverſus eſt & peccans, & ille condemnat ſeipſum.

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܗܘܝܬ ܡܥܗܕ ܠܗܘܢ ܕܠܪ̈ܫܢܘܬܐ ܘܠܫܘܠܛܢܐ ܢܫܬܡܥܘܢ ܘܢܫܬܥܒܕܘܢ. ܘܢܗܘܘܢ ܡܛܝܒܝܢ ܠܟܠ ܥܒܕ ܛܒ. 2 ܘܥܠ ܐܢܫ ܠܐ ܢܓܕܦܘܢ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܬܚܪܝܢ. ܐܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܟܝܟܝܢ. ܘܒܟܠܡܕܡ ܢܚܘܘܢ ܡܟܝܟܘܬܗܘܢ ܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ. 3 ܐܦ ܚܢܢ ܓܝܪ ܡܢ ܩܕܝܡ ܣܟܠܝܢ ܗܘܝܢ ܘܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܗܘܝܢ ܘܛܥܝܢ ܗܘܝܢ. ܘܡܫܬܥܒܕܝܢ ܗܘܝܢ ܠܪ̈ܓܝܓܬܐ ܡܫܚܠܦܬܐ. ܘܒܒܝܫܘܬܐ ܘܒܚܣܡܐ ܡܬܗܦܟܝܢ ܗܘܝܢ. ܘܣܢܝܐܝܢ ܗܘܝܢ. ܐܦ ܣܢܝܢ ܚܕ ܠܚܕ ܗܘܝܢ.

4 ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܓܠܝܬ ܒܣܝܡܘܬܗ ܘܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܢ. 5 ܠܐ ܒܥܒ̈ܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܕܥܒܕܢ. ܐܠܐ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ ܐܚܝܢ. ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܡܘܠܕܐ ܕܡܢ ܪܝܫ. ܘܒܚܘܕܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. 6 ܗܘ ܕܐܫܕ ܥܠܝܢ ܥܬܝܪܐܝܬ. ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܚܝܢܢ. 7 ܕܢܙܕܕܩ ܒܛܝܒܘܬܗ ܘܢܗܘܐ ܝܪ̈ܬܐ ܒܣܒܪܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ.

8 ܡܗܝܡܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ. ܘܒܗܠܝܢ ܨܒܐ ܐܢܐ. ܕܐܦ ܐܢܬ ܬܗܘܐ ܡܫܪܪ ܠܗܘܢ: ܕܢܬܒܛܠܘܢ ܠܗܘܢ ܠܡܥܒܕ ܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܗܝܡܢܘ ܒܐܠܗܐ. ܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܝܢ ܕܫܦܝܪܢ ܘܡܘܬܪܢ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ.

9 ܡܢ ܒܥܝܐ ܕܝܢ ܣܟܠܬܐ. ܘܡܢ ܫܪ̈ܒܬܐ ܘܡܢ ܚܪܝܢܐ ܘܡܢ ܬܟܬܘܫܐ ܕܢܡܘܣܐ ܥܪܘܩ. ܠܝܬ ܓܝܪ ܒܗܘܢ ܝܘܬܪܢܐ. ܘܣܪܝܩܝܢ ܐܢܘܢ.

10 ܡܢ ܓܒܪܐ ܗܪܛܝܩܐ: ܡܢ ܒܬܪ ܚܕܐ ܘܬܪ̈ܬܝܢ ܕܡܪܬܐ ܐܢܬ ܠܗ. ܥܪܘܩ.

11 ܘܕܥ ܕܡܢ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܗܘ: ܡܥܩܡ ܗܘ ܘܚܛܐ ܗܘ ܘܚܐܒ ܢܦܫܗ.

12 ܡܐ ܕܫܕܪܬ ܠܘܬܟ ܠܐܪܛܡܐ ܐܘ ܠܛܘܟܝܩܘܣ ܐܬܚܦܛ ܠܘܬܝ ܕܬܐܬܐ ܠܘܬܝ ܠܢܝܩܘܦܘܠܝܣ. ܠܬܡܢ ܓܝܪ ܨܒܝܬ ܕܐܣܬܐ. 13 ܠܙܝܢܐ ܕܝܢ ܣܦܪܐ ܘܠܐܦܠܘ ܐܬܚܦܛ ܕܬܫܕܪ ܐܢܘܢ ܫܦܝܪ. ܕܡܕܡ ܠܐ ܢܚܣܪ ܠܗܘܢ. 14 ܘܢܐܠܦܘܢ ܐܦ ܐܝܠܝܢ ܕܝܠܢ ܐܢܘܢ: ܕܢܗܘܘܢ ܥܒܕܝܢ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܒܨܒܘܬܐ ܐܠܝܨܬܐ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܕܠܐ ܦܐܪܐ. 15 ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܥܡܝ ܐܢܘܢ. ܫܐܠ ܒܫܠܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܡܝܢ ܠܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܡܝܢ.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܛܛܘܣ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܢܝܩܘܦܘܠܝܣ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܙܝܢܐ ܘܐܦܠܘ.

12 Quum misero ad te Arteman aut Tychicum, cura ut venias ad me Nicopolin: illic enim constitui hyemare.

13 De Zina autem legisperito & Apollo da operam ut deducas eos bene, ne quid desit eis:

14 Et discant etiam ii qui nostri sunt, ut faciant bona opera in rebus quæ necessariæ sunt, ut non sint infrugiferi.

15 Salutant te omnes qui mecum sunt. Saluta omnes qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Finita est Epistola ad Titum, quæ scripta fuit è Nicopoli, & missa fuit per Zinam & Apollo.

EPISTOLA PAULI AD PHILEMONEM

ܐܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܕܠܘܬ ܦܝܠܡܘܢ܀

1 PAULUS vinctus Jesu Christi, & Timotheus frater, Philemoni dilecto cooperatori nostro,

2 Et Appiæ dilectæ nostræ, & Archippo cooperatori nostro, & Ecclesiæ quæ est domi tuæ;

3 Gratia vobiscum, & pax à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Jesu Christo.

4 Gratias ago Deo meo semper, & memor sum tui in precibus meis,

5 Ecce ex quo audivi fidem tuam & charitatem quæ est tibi erga Dominum nostrum Jesum & erga omnes sanctos:

6 Ut sit communicatio fidei tuæ reddens fructus in operibus, & in cognitione omnium bonorum quæ sunt vobis in Jesu Christo.

7 Gaudium enim magnum est nobis & consolatio, quòd per charitatem tuam refocillata sunt viscera sanctorum.

8 Propter hoc fiducia multa est mihi in Christo, ut præcipiam ea tibi quæ sunt justa.

9 Propter charitatem autem petendo peto abs te ego Paulus qui sum senex, sicuti nosti; nunc autem etiam vinctus Jesu Christi:

10 Et peto abs te pro filio meo quem in vinculis meis genui, Onesimo:

11 In quo quondam tibi non erat utilitas, nunc autem & tibi & mihi valdè est utilis; & misi eum ad te.

1 ܦܘܠܘܣ ܐܣܝܪܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܐܚܐ: ܠܦܝܠܡܘܢ ܚܒܝܒܐ ܦܠܚܐ ܕܥܡܢ. 2 ܘܠܐܦܦܝܐ ܚܒܝܒܬܐ. ܘܠܐܪܟܝܦܘܣ ܦܠܚܐ ܕܥܡܢ. ܘܠܥܕܬܐ ܕܒܒܝܬܟ. 3 ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ. ܘܫܠܡܐ. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܘܢ: ܘܡܢ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܀ 4 ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܐܠܗܝ ܒܟܠܙܒܢ. ܘܡܬܕܟܪ ܐܢܐ ܠܟ ܒܨܠܘܬܝ܀

5 ܗܐ ܡܢ ܕܫܡܥܬ ܗܝܡܢܘܬܟ. ܘܚܘܒܟ ܕܐܝܬ ܠܟ ܠܘܬ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܘܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. 6 ܕܬܗܘܐ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܟ: ܡܣܩܐ ܦܐܪܐ ܒܥܒܕܐ. ܘܒܝܕܥܬܐ ܕܟܠ ܛܒܢ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 7 ܚܕܘܬܐ ܓܝܪ ܣܓܝܐܬܐ ܐܝܬ ܠܢ ܘܒܘܝܐܐ. ܕܒܚܘܒܟ ܢܚܘ ܪ̈ܚܡܝܗܘܢ ܕܩܕܝ̈ܫܐ.

8 ܡܛܠ ܗܕܐ ܦܪܗܣܝܐ ܣܓܝܐܬܐ ܐܝܬ ܠܝ ܒܡܫܝܚܐ. ܕܐܦܩܕܟ ܠܟ ܕܘܢܐ. 9 ܡܛܠ ܚܘܒܐ ܕܝܢ ܡܒܥܐ ܗܘ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ. ܐܢܐ ܦܘܠܘܣ ܕܐܝܬܝ ܣܒܐ ܐܝܟ ܕܝܕܥܬ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܦ ܐܣܝܪܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 10 ܡܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ: ܡܛܠ ܒܪܝ ܕܝܠܕܬ ܒܐܣܘܪ̈ܝ. ܐܘܢܣܝܡܘܣ. 11 ܗܘ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐ ܗܘܐ ܡܘܬܪ ܠܟ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܦ ܠܟ ܐܦ ܠܝ ܡܘܬܪ ܣܓܝ. ܘܫܕܪܬܗ ܠܟ.

12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible] 19 [illegible] 20 [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible] 23 [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible]

[illegible]

12 Tu autem tanquam filium meum, ita excipe eum.

13 Volebam enim eum apud me retinere, ut ministraret mihi pro te in vinculis Evangelii:

14 Absque consilio autem tuo nolui quicquam facere, ne tanquam per coactionem esset beneficium tuum, sed per voluntatem tuam.

15 Fortassis autem etiam ideo secessit ad tempus, ut in perpetuum eum retineas.

16 Non posthac tanquam servum, sed excellentiorem servo, fratrem dilectum meum: quantò magis tuum, & in carne, & in Domino nostro?

17 Si igitur es mihi consors, recipe eum tanquam meum.

18 Et si quid detrimenti intulit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.

19 Ego Paulus scripsi manibus meis, ego rependam: ut non dicam tibi quòd etiam tu ipse mihi debeas.

20 Etiam, frater mi, ego refocillabor per te in Domino nostro: refocilla viscera mea in Christo.

21 Quia confido, quòd auscultaturus sis mihi, scripsi tibi: & scio quòd plus quàm dico tibi, facturus sis.

22 Simul autem etiam mihi præpara diversorium: spero enim quòd per precationes vestras donabor vobis.

23 Salutat te Epaphras qui mecum captivus est in Jesu Christo:

24 Et Marcus, & Aristarchus, & Demas, & Lucas adjutores mei.

25 Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu vestro, fratres mei. Amen.

Finita est Epistola ad Philemonem quæ scripta fuit è Roma, & missa fuit per Onesimum.

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

CAPUT I.

1 Omnifariam & omnibus modis loquutus est Deus cum Patribus nostris per Prophetas quondam:

2 Et hisce diebus ultimis loquutus est nobiscum per Filium suum, quem constituit hæredem omnium, per quem fecit secula.

3 Qui ipse est splendor gloriæ ejus, & imago essentiæ ejus: & sustinet omnia virtute verbi sui, ipseque per seipsum fecit purgationem peccatorum, & sedit ad dexteram majestatis in excelsis,

4 Et hic toto præstans est præ Angelis, sicut excellentius est nomen quod hæreditariò obtinuit præ illis.

5 Cui enim ex Angelis unquam dixit Deus; Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum; Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium?

6 Rursum autem quum inducit Primogenitum in mundum, dixit; Eum adorent omnes Angeli Dei.

7 De Angelis autem ita dixit; Qui fecit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem.

8 De Filio verò dixit; Solium tuum, Deus, in seculum seculorum: Sceptrum rectum, sceptrum regni tui.

9 Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: idcirco unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ plus quàm consortes tuos.

10 Et iterum; Tu à principio posuisti fundamenta terræ, & cœli opus manuum tuarum sunt:

ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܥܒܪܝܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ 1

1 ܒܟܠ ܡܢܘܬܐ ܘܒܟܠ ܐܕܫܐ ܡܠܠ ܐܠܗܐ ܥܡ ܐܒܗܝܢ ܒܢܒܝܐ ܡܢ ܩܕܝܡ. 2 ܘܒܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܐܚܪܝܐ ܡܠܠ ܥܡܢ ܒܒܪܗ. ܕܗܘ ܣܡܗ ܝܪܘܬܐ ܕܟܠܡܕܡ. ܘܒܗ ܥܒܕ ܠܥܠܡܐ. 3 ܕܗܘܝܘ ܙܠܝܓܐ ܕܫܘܒܚܗ ܘܨܠܡܐ ܕܝܬܘܬܗ. ܘܐܚܝܕ ܟܠ ܒܚܝܠܐ ܕܡܠܬܗ. ܘܗܘ ܒܩܢܘܡܗ ܥܒܕ ܕܘܟܝܐ ܕܚܛܗܝܢ. ܘܝܬܒ ܥܠ ܝܡܝܢܐ ܕܪܒܘܬܐ ܒܡܪܘܡܐ. 4 ܘܗܢܐ ܟܠܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܠܐܟܐ. ܐܝܟ ܕܡܝܬܪ ܫܡܐ ܕܝܪܬ ܡܢ ܕܝܠܗܘܢ. 5 ܠܐܝܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܡܢ ܡܬܘܡ ܐܡܪ ܐܠܗܐ ܕܒܪܝ ܐܢܬ ܐܢܐ ܝܘܡܢܐ ܝܠܕܬܟ. ܘܬܘܒ ܕܐܢܐ ܐܗܘܐ ܠܗ ܠܐܒܐ. ܘܗܘ ܢܗܘܐ ܠܝ ܠܒܪܐ. 6 ܬܘܒ ܕܝܢ ܡܐ ܕܡܥܠ ܒܘܟܪܐ ܠܥܠܡܐ. ܐܡܪ ܕܢܣܓܕܘܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܡܠܐܟܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. 7 ܥܠ ܡܠܐܟܐ ܕܝܢ ܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܕܥܒܕ ܡܠܐܟܘܗܝ ܪܘܚܐ. ܘܡܫܡܫܢܘܗܝ ܢܘܪܐ ܝܩܕܐ. 8 ܥܠ ܒܪܐ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܟܘܪܣܝܟ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܫܒܛܐ ܦܫܝܛܐ ܫܒܛܐ ܕܡܠܟܘܬܟ. 9 ܪܚܡܬ ܟܐܢܘܬܐ ܘܣܢܝܬ ܥܘܠܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܫܚܟ ܐܠܗܐ ܐܠܗܟ. ܡܫܚܐ ܕܚܕܘܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܚܒܪܝܟ. 10 ܘܬܘܒ ܐܢܬ ܡܢ ܒܪܫܝܬ ܫܬܐܣܬ ܐܪܥܐ. ܘܫܡܝܐ ܥܒܕ ܐܝܕܝܟ ܐܢܘܢ.

11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible]

11 Ipsi transituri sunt, & tu permanens es, & omnes tanquam vestimenta veterascent.

12 Et sicut operimentum complicabis eos: ipsi mutabuntur; tu autem sicut es, eris, & anni tui non deficient.

13 Ad quem autem ex Angelis unquam dixit; Sede à dextera mea, donec posuero inimicos tuos scabellum sub pedibus tuis?

14 Nonne omnes sunt spiritus ministerii, qui mittuntur in ministerium propter eos qui hæreditatem consequuturi sunt salutis?

CAPUT II.

1 PRopterea debitores sumus ut abundantiùs simus cauti in eo quod audivimus, ne decidamus.

2 Si enim sermo, qui dictus fuit per Angelos, confirmatus est; & omnis qui audivit eum, & transgressus est eum, recepit retributionem in justitia;

3 Quomodo nos effugiemus, si contemserimus hæc quæ ipsa sunt salus nostra, quæ cœperunt à Domino nostro dici, & ab illis qui ab eo audiverunt, in nos confirmata sunt?

4 Quum testimonium redderet de illis Deus per signa & per prodigia, & per virtutes varias, & per distributiones Spiritus sancti, quæ datæ sunt secundum voluntatem ejus.

5 Nequaquam enim Angelis subjecit seculum futurum, de quo loquimur.

6 Sed sicut testatur Scriptura, & dicit: Quid est Homo quòd memor fueris ejus, & Filius hominis quòd visitaveris eum?

7 Humiliasti eum paululum præ Angelis: gloriam & honorem imposuisti capiti ejus, & potestatem tribuisti ei in opus manuum tuarum.

8 Et omnia subjecisti sub pedibus ejus. In eo autem quòd omnia subjecit ei, non omisit quicquam quod non sit subjectum. Nunc autem nequaquam hactenus videmus quòd omnia subjecta sint ei.

9 Eum autem, qui paululum humiliatus est præ Angelis,

videmus

videmus esse ipsum Jesum propter passionem mortis suæ, & gloriam & honorem impositum esse capiti ejus: ipse enim Deus per gratiam suam pro omnibus gustavit mortem.

10 Decebat enim eum per quem omnia, & propter quem omnia, & *qui* filios multos introduxerat in gloriam suam, ipsum Principem salutis illorum per passiones perficere.

11 Qui enim sanctificavit, & qui sanctificati sunt, ex uno sunt omnes. Propterea non erubuit eos vocare fratres suos,

12 Quum dicit; Annunciabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Ecclesiæ celebrabo te.

13 Et rursum; Ego ero confidens in eo. Et rursum; Ecce ego & filii quos dedisti mihi, Deus.

14 Quia enim filii participes facti sunt carnis & sanguinis, etiam ipse similiter particeps factus est eorundem, ut per mortem suam aboleret eum qui tenebat mortis imperium, qui est Satanas:

15 Et solveret eos qui metu mortis per omnem vitam suam obnoxii erant servituti.

16 Nequaquam enim ex Angelis assumsit, sed ex semine Abraham assumsit.

17 Propterea justum erat ut in omni re similis fieret fratribus suis, ut esset misericors, & summus Sacerdos, fidelis in iis quæ sunt Dei, & expiaret peccata populi.

18 In eo enim quod ipse passus est, & tentatus est, potest auxiliari iis qui tentantur.

CAPUT III.

1 PRoinde fratres mei sancti, qui vocati estis vocatione quæ est è cœlo, contemplamini hunc Apostolum, & summum Sacerdotem confessionis nostræ, Jesum Christum:

2 Quòd fidelis sit ei qui fecit ipsum, sicut Moses in tota domo illius *fidelis fuit.*

3 Longè enim amplior est gloria hujus quàm Mosis, sicut longè amplior est honor ædificatoris domus quàm ædificii ipsius.

4 Omnis enim domus ab homine ædificatur: is autem qui ædificat omnia, Deus est.

5 Et Moses tanquam servus fideliter se gessit in domo tota, in testimonium illorum quæ dicenda erant per ipsum:

6 Christus verò *est* tanquam Filius super domum suam: & domus ejus nos sumus, si usque ad finem retinuerimus fiduciam & gloriationem spei ejus.

7 Quia dixit Spiritus sanctus; Hodie si vocem ejus audieritis,

8 Ne obduretis corda vestra ad provocandum ipsum ad iram, tanquam exacerbatores, & sicut die tentationis quæ fuit in deserto,

9 Ubi tentaverunt me patres vestri, & probaverunt, *ac* viderunt opera mea quadraginta annis.

10 Propterea tædium mihi fuit in generatione illa, & dixi; Populus est quorum cor errat, & ipsi non noverunt vias meas:

11 Adeò ut juraverim in ira mea, quòd non essent ingressuri in requiem meam.

12 Cavete igitur, fratres mei, ne sit in aliquo ex vobis cor malum, quod sit incredulum, & discedatis à Deo vivente;

13 Sed examinate vosipsos omnibus diebus usque ad diem qui vocatur Hodie: neque induretur ullus ex vobis per deceptionem peccati:

14 Participes enim facti sumus Christi, si à principio & usque ad finem in ipso stabilimento hoc firmo perseveraverimus:

15 Sicut dictum est; Hodie si vocem ejus audiveritis, ne obduretis corda vestra ad provocandum ipsum ad iram.

16 Qui sunt enim illi qui audiverunt, & ad iram provocarunt eum? nonne omnes illi qui egressi sunt ex Ægypto per Mosen?

17 In quibus autem tædium ipsi fuit quadraginta annis, nisi in illis qui peccaverunt, quorum ossa ceciderunt in deserto?

18

18 Et de quibus juravit quòd non essent ingressuri in requiem suam, nisi de illis qui non crediderunt?

19 Et videmus quòd non potuerunt ingredi, quia non crediderunt.

CAPUT IV.

1 Timeamus igitur, ne, quum firma sit promissio ingressus in requiem ejus, inveniatur aliquis inter vos qui remaneat ut non ingrediatur.

2 Nam nobis etiam evangelizatum est sicut etiam ipsis: sed non profuit illis sermo quem audiverunt, quia non contemperabatur cum fide illis qui audiverunt ipsum.

3 Ingredimur autem in requiem nos qui credidimus. Quemadmodum verò dixit; Sicut juravi in ira mea, quòd non intrabunt in requiem meam: quia ecce, opera Dei ab initio mundi fuerunt.

4 Sicut dixit de Sabbatho; Requievit Deus die septimo ab operibus suis omnibus.

5 Et hìc rursum dixit; Non intrabunt in requiem meam.

6 Quoniam igitur erat locus in quem unusquisque ingrederetur, & illi priores quibus prædicatum fuerat non ingressi fuerunt, eò quòd non crediderunt:

7 Rursum diem alium ponit post tempus multum, sicut suprà scriptum est quòd dixerit David; Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra.

8 Si enim Jesus filius Nun requiem præstitisset illis, non loqueretur postmodum de die alio.

9 Itaque firmum est, sabbatizandum esse populo Dei.

10 Qui enim ingressus est in requiem ejus, requievit etiam ipse ab operibus suis, sicut Deus à suis.

11 Studeamus igitur ut ingrediamur in illam requiem, ne concidamus ad instar eorum qui non crediderunt.

12 Vivus est enim sermo Dei, & omnia

[Syriac text illegible]

& omnia efficiens, & acutior multò quàm gladius anceps, & ingreditur usque ad divisionem animæ & spiritus, & commissurarum, & medullæ, & ossium, & dijudicat cogitationes & voluntatem cordis:

13 Nec est creatura quæ occulta sit à conspectu ejus, sed omnia nuda & manifesta sunt ante oculos ejus cui reddunt rationem.

14 Quia igitur est nobis Pontifex magnus Jesus Christus Filius Dei, qui ascendit in cœlum, perseveremus in professione ejus:

15 Non enim est nobis Pontifex qui non possit compati infirmitati nostræ, sed qui tentatus fuit in omni re sicut nos, excepto peccato.

16 Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut consequamur misericordiam, & inveniamus gratiam ad auxilium in tempore afflictionis.

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

CAPUT V.

1 Omnis enim Pontifex qui est ex hominibus, pro hominibus stat super iis quæ Dei sunt, ut offerat oblationem & victimas pro peccatis:

2 Et qui possit humiliare seipsum, & compati iis qui ignorantes sunt & errantes, propterea quòd etiam ipse infirmitate indutus.

3 Et propter eam debet, ut sicut pro populo, ita pro seipso offerre pro peccatis suis.

4 Et nequaquam sibiipsi quisquam assumit honorem, sed qui vocatur à Deo sicut Aaron.

5 Ita etiam Christus nequaquam semetipsum glorificavit, ut esset Pontifex, sed is qui dixit ei; Filius meus tu *es*, ego hodie genui te.

6 Sicut etiam in loco alio dixit; Tu es Sacerdos in æternum secundùm similitudinem Melchisedek.

7 Etiam quum carne indutus esset, precationem

[preces] & supplicationem cum clamore valido & cum lachrymis offerebat ei qui poterat ipsum à morte vivificare, & exauditus est.

8 Et quamvis Filius esset, ex metu & passionibus quas sustinuit, didicit obedientiam.

9 Atque ita perfectus est, & factus est omnibus qui auscultant ei, caussa vitæ æternæ.

10 Et nominatus est à Deo summus Sacerdos secundùm similitudinem Melchisedek.

11 De hoc ipso autem Melchisedek multus nobis sermo est quem eloquamur, & difficilis ad exponendum eum, quia estis infirmi auditu vestro.

12 Debuissetis enim doctores esse, quia tempus vobis in doctrina *fuit*. Nunc autem rursum opus habetis ut discatis quæ sint scripta prima principii sermonum Dei, & opus habetis lacte, & non cibo firmo.

13 Unusquisque autem, cujus cibus lac est, non est versatus in sermone justitiæ, quia imperitus est:

14 Perfectorum autem est cibus firmus, qui quia disquirunt, expediti sunt sensus eorum ad discernendum bonum & malum.

CAPUT VI.

Propterea relinquemus initium sermonis Christi, & veniemus ad perfectionem. Aut nunquid rursum aliud fundamentum jacitis de conversione ab operibus mortuis, & de fide quæ est in Deum,

2 Et de doctrina baptismatis, & impositionis manus, & de resurrectione quæ est ex mortuis, & de judicio quod est in æternum?

3 Si Dominus permiserit, faciemus hoc.

4 Atqui non possunt illi qui semel ad baptismum

[illegible]

ad baptiſmum deſcenderunt, & guſtaverunt donum quod eſt è cœlo, & acceperunt Spiritum ſanctum,

5 Et guſtaverunt ſermonem bonum Dei, & virtutem ſeculi futuri;

6 Rurſum peccare, Ut denuò renoventur ad converſionem: & denuò crucifigere Filium Dei, & ignominiâ afficere.

7 Terra enim quæ imbiberit pluviam quæ venit ſuper eam vicibus multis, & produxerit herbam quæ utilis eſt eis propter quos colitur, recipit benedictionem à Deo:

8 Si eveniat autem ut producat carduos & tribulos, fit reproba, & non longè diſtat à maledictione, ſed finis ejus eſt combuſtio.

9 Perſuaſi autem ſumus de vobis, fratres mei, ea quæ ſunt bona & propinqua ſaluti, etiamſi ita loquamur.

10 Nequaquam enim injuſtus eſt Deus, ut obliviſcatur operum veſtrorum, & charitatis veſtræ quam oſtendiſtis in nomine ejus, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.

11 Cupimus autem ut unuſquiſque ex vobis hoc ipſum ſtudium oſtendat ad complementum ſpei veſtræ uſque in finem:

12 Et ut non præſcindatur vobis, ſed ſitis imitatores illorum qui per fidem & longanimitatem facti ſunt hæredes promiſſionis.

13 Abrahamo enim, quum promitteret ei Deus, quia non erat ipſi qui major eſſet ſeipſo, ut per eum juraret, juravit per ſemetipſum:

14 Et dixit; Benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo te:

15 Et ita patiens fuit, & conſequutus eſt promiſſionem.

16 Homines enim per majorem ſeipſis jurant, & omni controverſiæ quæ eſt inter illos finis firmus per juramentum imponitur.

17 Quapropter abundè voluit Deus oſtendere hæredibus promiſſionis, quòd pollicitatio ſua non mutaretur, & aſtrinxit eam juramento:

18 Ut per duas res quæ non mutantur, in quibus non poteſt Deus mentiri, conſolatio magna eſſet nobis qui confugimus ad eum, & retineremus ſpem quæ promiſſa eſt nobis.

19 Quæ eſt nobis velut anchora quæ retinet animam noſtram, ut non commoveatur, & ingreditur intra velum:

20 Ubi priùs ingreſſus eſt pro nobis Jeſus, & factus eſt Sacerdos in æternum, ſecundùm ſimilitudinem Melchiſedek.

CAPUT VII.

1 Hic autem Melchiſedek eſt Rex Salem, Sacerdos Dei altiſſimi: & ipſe obvium factus eſt Abrahamo quum reverteretur à cæde Regum, & benedixit ei.

2 Et ipſi ſeparavit Abraham decimas ex omni re quæ erat apud ſe. Exponitur autem nomen ejus, Rex juſtitiæ: & rurſus, Rex Salem, quod eſt Rex pacis.

3 Cujus nec pater nec mater ſcripti ſunt in genealogiis, neque principium dierum ejus, neque finis vitæ ejus: ſed in ſimilitudinem Filii Dei manet Sacerdotium ejus in æternum.

4 Videte verò quàm magnus *fuerit* hic, cui Abraham Patriarcha dedit decimas & primitias.

5 Illis enim ex filiis Levi qui accipiebant Sacerdotium, mandatum erat Legis, ut acciperent decimas à populo, ipſi à fratribus ſuis, quum etiam ipſi ex femore Abrahami egreſſi eſſent.

6 Hic verò, qui non eſt ſcriptus in genealogiis illorum, decimas accepit ab Abraham, & benedixit ei qui accepit promiſſionem.

7 Sine controverſia autem is qui minor eſt benedicitur ab eo qui major eſt ipſo.

8 Et hîc homines qui moriuntur accipiunt decimas:

18 ܕܒܬܪܬܝܢ ܨܒܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢ. ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܐܠܗܐ ܕܢܕܓܠ ܒܗܝܢ: ܒܘܝܐܐ ܚܝܠܬܢܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܕܐܬܟܠܢ ܥܠܘܗܝ. ܘܢܐܚܘܕ ܣܒܪܐ ܕܡܛܝܒ ܠܢ: 19 ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܢ ܐܝܟ ܐܓܘܪܐ. ܕܐܚܝܕ ܢܦܫܢ ܕܠܐ ܬܬܙܝܥ. ܘܥܐܠ ܠܓܘ ܡܢ ܐܦܝ ܬܐܪܬܐ. 20 ܠܗܝܟܐ ܕܩܕܡ ܥܠ ܚܠܦܝܢ ܝܫܘܥ. ܘܗܘܐ ܟܘܡܪܐ ܠܥܠܡ ܒܕܡܘܬܐ ܕܡܠܟܝܙܕܩ ܀

ܩܦܠܐܘܢ 1

1 ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܠܟܝܙܕܩ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܟܐ ܕܫܠܝܡ; ܟܗܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ. ܘܗܘ ܐܪܥܗ ܠܐܒܪܗܡ ܟܕ ܗܦܟ ܡܢ ܩܛܠܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܒܪܟܗ. 2 ܘܠܗ ܦܪܫ ܐܒܪܗܡ ܡܥܣܪܐ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗ. ܡܬܦܫܩ ܕܝܢ ܫܡܗ ܡܠܟܐ ܕܟܐܢܘܬܐ. ܘܬܘܒ ܡܠܟܐ ܕܫܠܝܡ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܟܐ ܕܫܠܡܐ. 3 ܕܠܐ ܐܒܘܗܝ ܘܠܐ ܐܡܗ ܟܬܝܒܝܢ ܒܫܪܒܬܐ. ܘܠܐ ܫܘܪܝܐ ܕܝܘܡܘܗܝ ܘܠܐ ܫܘܠܡܐ ܕܚܝܘܗܝ. ܐܠܐ ܒܕܡܘܬܐ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ: ܡܩܘܝܐ ܟܗܢܘܬܗ ܠܥܠܡ. 4 ܚܙܘ ܕܝܢ ܟܡܐ ܪܒ ܗܢܐ. ܕܐܒܪܗܡ ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ: ܠܗ ܝܗܒ ܡܥܣܪܐ ܘܪܫܝܬܐ. 5 ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܡܢ ܒܢܝ ܠܘܝ ܕܢܣܒܘ ܟܗܢܘܬܐ. ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܢܣܒܘܢ ܡܥܣܪܐ ܡܢ ܥܡܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܐܚܝܗܘܢ. ܟܕ ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܢ ܚܨܘܗܝ ܕܐܒܪܗܡ ܢܦܩܘ. 6 ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܟܬܝܒ ܒܫܪܒܬܗܘܢ: ܡܥܣܪܐ ܢܣܒ ܡܢ ܐܒܪܗܡ. ܘܒܪܟܗ ܠܗܘ ܕܩܒܠ ܫܘܘܕܝܐ. 7 ܘܠܐ ܚܘܝܐ ܕܝܢ: ܗܘ ܕܒܨܝܪ ܡܬܒܪܟ ܡܢ ܗܘ ܕܪܒ ܡܢܗ. 8 ܘܗܪܟܐ ܒܢܝܢܫܐ ܕܡܝܬܝܢ ܢܣܒܝܢ ܡܥܣܪܐ.

decimas: illic autem is de quo testatur Scriptura quod vivat.

9 Et (ut quis dixerit) per Abrahamum etiam Levi, is qui decimas accipiebat, etiam ipse decimatus est.

10 Adhuc enim in femore erat patris sui, quum occurreret Melchisedeko.

11 Si igitur consummatio per Sacerdotium Levitarum erat, per quod imposita fuit Lex populo; cur requirebatur Sacerdos alius qui exsurgeret secundùm similitudinem Melchisedek? Dixisset autem; In similitudinem Aaron erit.

12 Sed sicut facta est mutatio in Sacerdotio, ita facta est etiam mutatio in Lege.

13 Is enim de quo dicta sunt hæc, ex tribu alia natus est, de qua nemo unquam ministravit in altari.

14 Manifestum est enim quòd de Juda exortus est Dominus noster, è tribu de qua non est loquutus Moses quicquam de Sacerdotio.

15 Et ampliùs adhuc notum est per id quod dixit quòd secundùm similitudinem Melchisedek exsurget Sacerdos alius,

16 Qui nequaquam secundùm legem mandatorum corporalium fuit, sed secundùm virtutem vitæ indissolubilis.

17 Testificatur enim de eo; Tu es Sacerdos in æternum secundùm similitudinem Melchisedek.

18 Mutatio autem quæ facta fuit in mandato priore, fuit propter impotentiam ejus, & quia utilitas non erat in eo.

19 Nihil enim perfecit Lex: ingressa verò est pro ea spes, quæ est præstantior ea, per quam appropinquamus Deo.

20 Et confirmavit nobis eam jurejurando.

21 Illi enim absque jurejurando fuerunt Sacerdotes, hic verò jurejurando: quemadmodum dixit ei per David; Juravit Dominus, & non mentietur, Tu es Sacerdos in æternum secundùm similitudinem Melchisedek.

22 Hoc toto præstantius est Testamentum hoc, in quo factus est

Sponsor

Sponsor Jesus.

23 Et illi erant pontifices multi, quia moriebantur, neque relinquebantur ut permanerent;

24 Hic verò quia in æternum permanet, non transit Sacerdotium ejus:

25 Et potest in æternum servare eos qui accedunt per ipsum ad Deum: vivit enim omni tempore, & offert preces pro eis.

26 Etenim talis Pontifex etiam conveniebat nobis, purus, & absque malitia, & absque labe, qui semotus esset à peccatis, & exaltatus supra cœlos.

27 Cui non sit necesse quotidie, sicut summo Sacerdoti, ut prius pro peccatis suis offerat victimas, & deinde pro populo: hoc enim fecit semel per seipsum quem obtulit.

28 Lex enim homines infirmos constituit pontifices; sermo verò jurisjurandi, qui factus fuit post Legem, *constituit* Filium perfectum in æternum.

CAPUT VIII.

1 CAput autem omnium eorum *est quòd* sit nobis summus Sacerdos, is qui sedit à dextra throni majestatis in cœlo:

2 Et factus est Minister domus sanctæ & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo.

3 Omnis enim summus Sacerdos constituitur ut offerat oblationes & victimas: propterea conveniens etiam erat huic ut esset ei aliquid quod offerret.

4 Et, si in terra esset, non etiam Sacerdos esset: quia erant Sacerdotes qui offerebant oblationes prout est in Lege.

5 Illi *scilicet* qui ministrabant in similitudinem & umbram eorum quæ sunt in cœlo: sicut dictum fuit Mosi, quum faceret tabernaculum; Vide, & fac omnia secundum similitudinem illam quæ apparuit tibi in monte.

ܥܪܒܐ ܝܫܘܥ. 23 ܘܗܢܘܢ ܗܘܘ ܟܘܡܪܐ ܣܓܝܐܐ: ܡܛܠ ܕܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐ ܡܫܒܩܝܢ ܗܘܘ ܕܢܩܘܡܘܢ. 24 ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܠܥܠܡ ܩܐܡ: ܠܐ ܥܒܪܐ ܟܘܡܪܘܬܗ. 25 ܘܡܫܟܚ ܠܥܠܡ ܠܡܚܝܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܒܐܝܕܗ ܠܐܠܗܐ. ܚܝ ܗܘ ܓܝܪ ܒܟܠܙܒܢ ܘܡܨܠܐ ܚܠܦܝܗܘܢ. 26 ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܓܝܪ ܪܒ ܟܘܡܪܐ ܐܦ ܝܐܐ ܗܘܐ ܠܢ. ܕܟܝܐ ܘܕܠܐ ܒܝܫܘ ܘܕܠܐ ܛܘܠܫܐ. ܘܦܪܝܫ ܡܢ ܚܛܗܐ ܘܪܡ ܗܘܐ ܠܥܠ ܡܢ ܫܡܝܐ. 27 ܘܠܝܬ ܠܗ ܐܢܢܩܐ ܕܟܠܝܘܡ ܐܝܟ ܪܒ ܟܘܡܪܐ ܕܠܘܩܕܡ ܥܠ ܚܛܗܘܗܝ ܢܩܪܒ ܕܒܚܐ ܘܗܝܕܝܢ ܥܠ ܥܡܐ. ܗܢܐ ܓܝܪ ܥܒܕܗ ܚܕܐ ܙܒܢ ܒܢܦܫܗ ܕܩܪܒ. 28 ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܒܢܝܢܫܐ ܗܘ ܕܒܗܘܢ ܟܪܝܗܘܬܐ ܡܩܝܡ ܟܘܡܪܐ. ܡܠܬܐ ܕܝܢ ܕܡܘܡܬܐ ܕܗܘܬ ܒܬܪ ܢܡܘܣܐ: ܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܠܥܠܡ.

ܩܦܠܐܘܢ ܚ

1 ܪܫܐ ܕܝܢ ܕܡܠܝܢ ܐܝܬ ܠܢ ܪܒ ܟܘܡܪܐ. ܐܝܢܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܝܡܝܢܐ ܕܟܘܪܣܝܐ ܕܪܒܘܬܐ ܒܫܡܝܐ. 2 ܘܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܘܕܡܫܟܢܐ ܫܪܝܪܐ. ܗܘ ܕܐܩܝܡ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܒܪܢܫܐ. 3 ܟܠ ܓܝܪ ܪܒ ܟܘܡܪܐ ܡܬܬܩܝܡ ܕܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܘܕܒܚܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܘܐܠ ܗܘܐ ܐܦ ܠܗܢܐ: ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܡܕܡ ܕܢܩܪܒ. 4 ܘܐܠܘ ܒܐܪܥܐ ܗܘܐ: ܐܦܠܐ ܟܘܡܪܐ ܗܘܐ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܟܘܡܪܐ ܕܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܩܘܪܒܢܐ ܐܝܟ ܕܒܢܡܘܣܐ. 5 ܗܢܘܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܠܕܡܘܬܐ ܘܠܛܠܠܝܬܐ ܕܒܫܡܝܐ. ܐܝܟ ܕܐܬܐܡܪ ܠܡܘܫܐ ܟܕ ܥܒܕ ܗܘܐ ܡܫܟܢܐ. ܚܙܝ ܘܥܒܕ ܟܠܡܕܡ. ܒܕܡܘܬܐ ܗܝ ܕܐܬܚܙܝܬ ܠܟ ܒܛܘܪܐ.

6 ܗܫܐ ܕܝܢ ܬܫܡܫܬܐ ܡܝܬܪܬܐ ܩܒܠ ܗܘ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܝܬܪܐ ܐܦ ܕܝܬܩܐ ܗܝ ܕܗܘ ܗܘܐ ܒܗ ܡܨܥܝܐ. ܘܒܫܘܘܕܝܐ ܡܝܬܪܐ ܡܢ ܕܗܝ ܐܬܝܗܒܬ. 7 ܐܠܘ ܓܝܪ ܩܕܡܝܬܐ ܗܝ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ ܕܠܐ ܪܫܝܢ: ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܐܬܪܐ ܠܬܪܝܢܝܬܐ. 8 ܡܪܫܐ ܓܝܪ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ. ܗܐ ܝܘܡܬܐ ܐܬܝܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܐܫܠܡ ܠܒܝܬ ܝܣܪܝܠ ܘܠܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. 9 ܠܐ ܐܝܟ ܗܝ ܕܝܬܩܐ ܕܝܗܒܬ ܠܐܒܗܝܗܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܐܚܕܬ ܒܐܝܕܗܘܢ ܘܐܦܩܬ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܠܐ ܩܘܝܘ ܒܕܝܬܩܝ: ܐܦ ܐܢܐ ܫܒܩܬ ܐܢܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. 10 ܗܕܐ ܗܝ ܕܝܢ ܕܝܬܩܐ ܕܐܬܠ ܠܒܝܬ ܝܣܪܝܠ ܒܬܪ ܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܐܬܠ ܢܡܘܣܝ ܒܡܕܥܗܘܢ: ܘܥܠ ܠܒܗܘܢ ܐܟܬܒ ܐܢܘܢ. ܘܐܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ. ܘܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܠܝ ܥܡܐ. 11 ܘܠܐ ܢܠܦ ܐܢܫ ܠܒܪ ܡܕܝܢܬܗ ܘܠܐ ܠܐܚܘܗܝ ܘܢܐܡܪ ܕܥ ܠܡܪܝܐ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܢܕܥܘܢܢܝ ܡܢ ܙܥܘܪܗܘܢ ܘܥܕܡܐ ܠܪܒܗܘܢ. 12 ܘܐܚܣܐ ܥܠ ܥܘܠܗܘܢ. ܘܚܛܗܝܗܘܢ ܠܐ ܐܬܕܟܪ ܠܗܘܢ. 13 ܒܗܝ ܕܐܡܪ ܚܕܬܐ. ܥܬܩܗ ܠܩܕܡܝܬܐ. ܘܗܝ ܕܥܬܝܩܐ ܘܣܝܒܐ ܩܪܝܒܐ ܗܝ ܠܡܚܒܠܘ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܛ

1 ܒܩܕܡܝܬܐ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܦܘܩܕܢܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܘܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܥܠܡܢܝܐ. 2 ܡܫܟܢܐ ܓܝܪ ܩܕܡܝܐ ܕܐܬܥܒܕ: ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܡܢܪܬܐ ܘܦܬܘܪܐ ܘܠܚܡܐ ܕܐܦܐ. ܘܡܫܬܡܗ ܗܘܐ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ.

6 Nunc verò ministerium quod excellentius est illo accepit Jesus Christus; quemadmodum excellentius quoque est testamentum illud in quo factus est Mediator, & cum promissionibus, quæ sunt excellentiores quàm illius, datum est.

7 Si enim primum esset inculpabile, non esset locus huic secundo.

8 Culpat enim eos, & ait; Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & complebo super familiam domus Israel, & super familiam domus Juda, testamentum novum:

9 Non secundum illud testamentum quod dedi patribus ipsorum, die quo apprehendi manum eorum, & eduxi eos è terra Ægypti: quoniam ipsi non persliterunt in testamento meo, etiam ego sprevi eos, ait Dominus.

10 Hoc autem est testamentum quod dabo familiæ domus Israel post dies illos, ait Dominus; Indam Legem meam mentibus eorum, & in cordibus eorum inscribam eam: & ero eis ego Deus, & ipsi erunt mihi populus.

11 Et non docebit quisque concivem suum, neque fratrem suum, aut dicet; Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent me, à minimo eorum usque ad natu maximum ipsorum.

12 Et condonabo eis iniquitatem eorum, & peccatorum ipsorum ampliùs non recordabor.

13 In eo quod dixit Novum, primum antiquavit: & id quod antiquatum est & senuit, propinquum est corruptioni.

CAPUT IX.

1 IN primo autem erant præcepta ministerii, & domus sancta mundana.

2 In tabernaculo enim primo quod factum fuit, erat candelabrum, & mensa, & panis facierum, & vocabatur domus sancta:

3 Tabernaculum verò interius, quod erat intra velum secundum, vocabatur Sanctum sanctorum:

4 Et erat in eo thuribulum aureum, & Arca fœderis, quæ obducta erat tota auro, & erat in ea urna aurea, in qua *urna* erat manna, & virga Aaron illa quæ germinaverat, & tabulæ fœderis.

5 Et suprà hanc Cherubim gloriæ, qui umbram faciebant supra propitiatorium. Nequaquam autem tempus est ut loquamur de unoquoque ex illis quæ ita adornata erant.

6 Atque in tabernaculum exterius omni tempore ingrediebantur Sacerdotes, & explebant munus suum;

7 In tabernaculum verò quod interius illo erat, semel in anno solus ingrediebatur summus Sacerdos, cum sanguine illo quem offerebat pro seipso & pro peccato populi.

8 Per hoc verò notum faciebat Spiritus sanctus, quòd non manifestata esset adhuc via sanctorum, quanto tempore erat statio tabernaculo primo:

9 Et erat exemplar hoc pro tempore illo in quo oblationes & victimæ offerebantur, quæ non poterant perficere conscientiam ejus qui offerebat ipsas:

10 Sed in cibo & in potu tantùm, & in ablutione diversarum specierum, quæ sunt mandata carnis, & posita fuerunt usque ad tempus correctionis.

11 Christus autem qui venit, fuit summus Sacerdos rerum bonarum quas effecit, & ingressus est tabernaculum magnum & perfectum, quod non fuit factum manibus, neque fuit ex his creaturis:

12 Neque ingressus est cum sanguine hircorum & vitulorum, sed cum sanguine suipsius ingressus est semel domum sanctuarii, & invenit redemtionem æternam.

13 Nam si sanguis hircorum & vitulorum, & cinis juvencæ aspergebatur in eos

[illegible]

eos qui inquinati erant, & sanctificabat eos ad purificationem carnis eorum,

14 Quantò magis igitur sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit sine macula Deo, purificabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ut serviamus Deo viventi?

15 Idcircò ipse factus est Mediator Testamenti novi, ut per mortem suam ipse esset redemptio illis qui transgressi fuerant Testamentum primum; ut accipiant promissionem illi qui vocati sunt ad hæreditatem æternam.

16 Ubi enim est Testamentum, mortem arguit ejus qui fecit illud.

17 In mortuo enim duntaxat confirmatur, quia quum vivit is qui fecit illud, non est in eo utilitas.

18 Propterea neque primum absque sanguine confirmatum fuit.

19 Quum enim præceptum fuit omne præceptum à Mose populo universo secundùm Legem, accepit Moses sanguinem vituli, & aquam cum lana coccinea, & hyssopo, & aspersit libros, & populum universum:

20 Ac dixit eis; Hic est sanguis Testamenti illius quod mandatum est à Deo:

21 Etiam Tabernaculum & omnia vasa ministerii ex eo sanguine aspersit.

22 Quia quælibet res per sanguinem purificatur secundum Legem, & absque effusione sanguinis non est remissio.

23 Necesse enim est ut hæc quæ exemplar sunt cœlestium, istis purificentur: ipsa verò cœlestia, victimis quæ potiores sunt istis.

24 Nequaquam enim domum sanctuarii, quæ facta fuit manibus, ingressus est Christus, quæ est exemplar illius veræ, sed in ipsum cœlum ingressus est, ut appareret ante faciem Dei pro nobis.

25 Neque ut offerret semetipsum vicibus multis, sicut faciebat summus Sacerdos, qui ingrediebatur quolibet anno domum sanctuarii

sanctuarii cum sanguine qui non erat suus.

26 Alioqui debuisset temporibus multis pati à principio mundi: nunc autem in fine mundi semel obtulit semetipsum per immolationem sui, ut aboleret peccatum.

27 Et sicut constitutum est hominibus ut semel moriantur, & post mortem eorum judicium:

28 Ita etiam Christus semel oblatus est, & in seipso mactavit peccata multorum: secundâ autem vice absque peccatis apparebit ad salutem eorum qui ipsum exspectant.

ܩܘܕܫܐ ܒܕܡܐ ܕܠܐ ܕܝܠܗ. 26 ܘܐܢ ܠܐ ܣܢܝܩ
ܗܘܐ: ܕܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܢܚܫ ܩܕܡ ܬܪܡܝܬܗ
ܕܥܠܡܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܒܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ. ܚܕܐ ܙܒܢ ܗܘ
ܕܒܚ ܦܓܪܗ ܢܟܣܗ ܒܕܒܝܚܘܬܗ ܕܢܒܛܠܝܘܗ
ܠܚܛܝܬܐ. 27 ܘܐܝܟܢܐ ܕܣܝܡ ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܚܕܐ
ܙܒܢ ܢܡܘܬܘܢ: ܘܡܢ ܒܬܪ ܡܘܬܗܘܢ ܕܝܢܐ.
28 ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܫܝܚܐ ܚܕܐ ܙܒܢ ܐܬܩܪܒ.
ܘܒܩܢܘܡܗ ܕܒܚ ܚܛܗܐ ܕܣܓܝܐܐ. ܕܬܪܬܝܢ ܕܝܢ
ܙܒܢܝܢ ܕܠܐ ܚܛܝܬܐ ܥܬܝܕ ܠܚܝܝܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܡܣܟܝܢ ܠܗ ܀

CAPUT X.

ܩܦܠܐܘܢ ܝ

1 IN ipsa enim Lege umbra erat bonorum futurorum, nequaquam substantia ipsarum rerum. Idcircò quum quolibet anno eædem victimæ offerrentur, nunquam potuerunt perficere illos qui offerebant eas.

2 Si enim perfecissent, jam olim quievissent ab oblationibus suis, eò quòd non ampliùs exagitasset eos conscientia ipsorum ob peccata, eos qui semel purificati fuissent.

3 Atqui in istis victimis commemorabant peccata sua quolibet anno.

4 Non enim potest sanguis taurorum & hircorum emundare peccata.

5 Quapropter quum ingrederetur in mundum, ait; Victimas & oblationes noluisti, corpore autem induisti me.

6 Et holocautomata quæ sunt pro peccatis non postulasti.

7 Tunc dixi; Ecce ego venio, quia in capite librorum scriptum est de me, Ut faciam voluntatem tuam, Deus.

8 Superiùs dixit; Victimas, & oblationes, & holocautomata, quæ fiunt pro peccatis, noluisti, quæ offerebantur juxta legem. 9

1 ܢܡܘܣܐ ܓܝܪ ܛܠܢܝܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ
ܕܛܒܬܐ ܕܥܬܝܕܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܩܢܘܡܐ ܕܨܒܘ
ܬܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܠ ܫܢܐ ܗܠܝܢ ܒܗܝܢ
ܕܒܚܐ ܡܬܩܪܒܝܢ ܗܘܘ: ܠܐ ܡܫܡܠܝܢ
ܐܡܬܝ ܕܢܫܡܠܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܩܪܒܝܢ ܠܗܘܢ.
2 ܐܠܘ ܓܝܪ ܓܡܝܪܝܢ ܗܘܘ: ܟܒܪ ܟܕ ܐܬܬܢܝܚܘ
ܡܢ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܒܠܐ ܗܘܬ
ܠܗܘܢ ܬܐܪܬܗܘܢ ܒܚܛܗܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܚܕܐ ܙܒܢ
ܐܬܕܟܝܘ ܠܗܘܢ. 3 ܐܠܐ ܒܗܘܢ ܒܕܒܚܐ ܡܬܕܟܪܝܢ
ܚܛܗܝܗܘܢ ܒܟܠ ܫܢܐ. 4 ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚ
ܕܡܐ ܕܬܘܪܐ ܘܕܨܦܪܐ ܠܡܕܟܝܘ ܚܛܗܐ. 5 ܡܛܠ
ܗܢܐ ܟܕ ܥܐܠ ܠܥܠܡܐ ܐܡܪ. ܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ
ܠܐ ܨܒܝܬ. ܦܓܪܐ ܕܝܢ ܐܠܒܫܬܢܝ. 6 ܘܝܩܕܐ
ܡܫܠܡܬܐ ܕܚܠܦ ܚܛܗܐ ܠܐ ܫܐܠܬ. 7 ܗܝܕܝܢ
ܐܡܪܬ ܕܗܐ ܐܢܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܕܒܪܫ ܟܬܒܐ ܟܬܝܒ
ܥܠܝ ܕܐܥܒܕ ܨܒܝܢܟ ܐܠܗܐ. 8 ܡܢ ܠܥܠ ܐܡܪ:
ܕܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܘܝܩܕܐ ܡܫܠܡܬܐ ܕܚܠܦ ܚܛܗܐ
ܠܐ ܨܒܝܬ. ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܪܒܢ ܗܘܝ ܒܢܡܘܣܐ.

9 Et poſtea dixit; Ecce venio ut faciam voluntatem tuam, Deus. In hoc abolevit primum, ut ſtabiliat ſecundum.

10 Hac enim voluntate ejus ſanctificati ſumus per oblationem corporis Jeſu Chriſti quæ ſemel fuit.

11 Omnis enim ſummus Sacerdos qui ſtabat, & miniſtrabat quotidie, eaſdem victimas offerebat, quæ nunquam poterant emundare peccata.

12 Hic verò unam victimam obtulit pro peccatis, & ſedit ad dexteram Dei in æternum:

13 Et exſpectat deinceps donec ponantur inimici ejus ſcabellum ſub pedibus ejus.

14 Unâ enim oblatione perfecit eos qui ſanctificantur per ipſum in æternum.

15 Teſtificatur autem nobis Spiritus ſanctus, quum dixit;

16 Hoc eſt fœdus quod dabo eis poſt dies illos, ait Dominus; Dabo Legem meam in mentibus eorum, & in cordibus eorum inſcribam eam:

17 Et iniquitatis eorum ac peccatorum eorum non recordabor eis.

18 Ubi autem eſt remiſſio peccatorum, non requiritur oblatio quæ *fiat* pro peccatis.

19 Eſt nobis igitur, fratres mei, fiducia in ingreſſum domus ſanctæ per ſanguinem Jeſu, & viam vitæ,

20 Quam innovavit nobis nunc per velum, quod eſt caro ipſius.

21 Et eſt nobis Sacerdos ſummus ſuper domum Dei.

22 Accedamus itaque corde firmo & cum fiducia fidei, aſperſi cordibus noſtris, & puri à conſcientia mala, & abluto corpore noſtro aquis puris.

23 Et perſeveremus in confeſſione ſpei noſtræ, & non vacillemus: fidelis eſt enim qui promiſit nobis.

24 Et ſpectemus alius in alium in provocatione charitatis & bonorum operum.

25 Et ne deseramus congregationem nostram, sicut est mos quibusdam; sed flagitate unus ab alio, quantò magis videtis quòd appropinquet dies ille.

26 Si enim voluntate suâ peccaverit quispiam postquam accepit cognitionem veritatis, non est ampliùs victima quæ offeratur pro peccatis:

27 Sed futurum est judicium formidabile, & zelus ignis devorantis inimicos.

28 Si enim is qui transgressus est Legem Mosis juxta os duorum & trium testium absque miserationibus moritur,

29 Quantò magis putatis condemnationem recipiet is qui conculcaverit Filium Dei, & duxerit sanguinem Fœderis ejus tanquam cujusvis hominis, (per quod sanctificatus est) & ignominia affecerit Spiritum gratiæ?

30 Novimus eum qui dixit; Mea est ultio, & ego rependam. Et rursum; Judicabit Dominus populum suum.

31 Magna est formido incidere in manus Dei viventis.

32 Memores estote igitur dierum priorum, in quibus accepistis Baptismum, & certamen magnum sustinuistis passionum cum opprobrio & cum afflictione.

33 Et quum facti fuistis spectacula, & etiam consortes fuistis hominum qui hæc sustinuerunt.

34 Et doluit vobis propter eos qui vincti erant: & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio sustinuistis, quoniam scitis quòd est vobis possessio in cœlo quæ potior est, & non transit.

35 Ne itaque perdatis fiduciam quæ est vobis, cui futurum est præmium magnum.

36 Patientia enim necessaria est vobis, ut faciatis voluntatem Dei, & accipiatis promissum.

37 Propterea quòd modicum est tempus & admodum pusillum, quo veniet ille qui venturus est, & non tardabit.

38 Justus autem ex fide mea vivet: & si præcidatur

ei

ei, non delectabitur eo anima mea.

39 Nos autem non sumus excisionis quæ ducit ad perditionem, sed fidei quia animam nostram possidere facit.

CAPUT XI.

1 Est autem fides persuasio de rebus illis quæ sunt in spe, ac si jam essent actu, & *est* revelatio earum quæ non conspiciuntur.

2 Et ob hanc exstitit testimonium de antiquis.

3 Per fidem enim intelligimus quòd constructa fuerint secula verbo Dei, & ea quæ conspiciuntur, exstiterint ex iis quæ non conspiciuntur.

4 Per fidem obtulit Abel sacrificium quod longè melius fuit quam Cain, Deo, & propter eam est de eo testimonium quòd justus fuerit, & testatur de oblatione ejus Deus; atque propter eam etiam mortuus loquitur.

5 Per fidem translatus fuit Enoch, & mortem non gustavit; nec fuit inventus, eò quòd transtulit eum Deus. Etenim antequam transferret eum, extitit de eo testimonium, quòd placuerit Deo.

6 Sine fide autem non potest quisquam placere Deo: debet enim is qui accedit ad Deum, credere quòd sit, & iis qui quærunt eum, futurus sit remunerator.

7 Per fidem Noach, quum sermo habitus esset cum eo de iis quæ non videbantur, timuit, & fecit sibi arcam in salutem familiæ suæ, per quam condemnavit mundum, & factus est hæres justitiæ quæ est per fidem.

8 Per fidem Abraham, quum vocatus est, auscultavit ut exiret ad locum illum quem accepturus erat in hæreditatem: & exivit quum ignoraret quò proficisceretur.

9

9 Per fidem factus eſt inquilinus in terra quæ promiſſa fuerat ei, tanquam in aliena: & in tabernaculis habitavit cum Iſaac & Jacob cohæredibus ejuſdem promiſſionis.

10 Exſpectabat enim urbem cui eſt fundamentum, cujus artifex & conditor Deus eſt.

11 Per fidem Sara, quæ ſterilis erat, accepit vim ut reciperet ſemen: & quum non eſſet in tempore annorum ſuorum, peperit, eò quòd firmiter credidit quòd fidelis eſſet ille qui ipſi promiſerat.

12 Propterea ab uno qui defecerat per ſenectutem, geniti ſunt multi, tanquam ſtellæ quæ ſunt in cœlo, & tanquam arena quæ eſt ad littus maris, cui non eſt numerus.

13 In fide mortui ſunt iſti omnes; & non adepti ſunt promiſſum ſuum, ſed è longinquo conſpicati ſunt illud; & gaviſi ſunt eo, ac confeſſi ſunt, quòd hoſpites eſſent & incolæ in terra.

14 Hi autem qui hæc dicunt, oſtendunt quòd civitatem ſuam quærant.

15 Quòd ſi civitatem illam ex qua egreſſi fuerant quæſiviſſent, erat eis tempus ut rurſus reverſi proficiſcerentur ad eam.

16 Nunc autem manifeſtum eſt quòd eam quæ melior eſt illâ deſiderabant, illam *ſcilicet* quæ eſt in cœlo. Quapropter non abſtinuit Deus quo minus Deum eorum ſe vocaret: paravit enim eis civitatem.

17 Per fidem obtulit Abrahamus Iſaacum in tentatione ſua, & unigenitum ſuum elevavit in altare, illum quem acceperat per promiſſionem:

18 Dictum enim ei fuerat; In Iſaac vocabitur tibi ſemen.

19 Et cogitabat apud ſeipſum, quòd facultas eſſet in manibus Dei etiam à mortuis excitare: quapropter in ſimilitudine datus eſt ei.

20 Per fidem ejus rei quæ futura erat, benedixit Iſaac Jacob & Eſau.

9 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܗܘܐ ܬܘܬܒܐ ܒܐܪܥܐ ܗܝ ܕܐܫܬܘܕܝ ܠܗ ܐܝܟ ܕܒܢܘܟܪܝܬܐ. ܘܒܡܫܟܢܐ ܥܡܪ ܥܡ ܐܝܣܚܩ ܘܥܡ ܝܥܩܘܒ ܝܪ̈ܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܘܠܟܢܐ. 10 ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܫܬܐܣܬܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܕܐܘܡܢܗ ܘܒܢܝܢܗ ܐܠܗܐ ܗܘ. 11 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܣܪܐ ܕܥܩܪܬܐ ܗܘܬ܆ ܢܣܒܬ ܚܝܠܐ ܠܡܩܒܠ ܙܪܥܐ. ܘܕܠܐ ܒܙܒܢܐ ܕܫܢܝܗ ܝܠܕܬ. ܡܛܠ ܕܐܡܢܬ ܕܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܘ ܕܡܠܟ ܠܗ. 12 ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܢ ܚܕ ܕܡܝܬ ܒܣܝܒܘܬܐ܆ ܐܬܝܠܕܘ ܣܓܝܐܐ ܐܝܟ ܟܘܟܒܐ ܕܒܫܡܝܐ. ܘܐܝܟ ܚܠܐ ܕܥܠ ܣܦܬܗ ܕܝܡܐ ܕܡܢܝܢܐ ܠܝܬ ܠܗ. 13 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܝܬܘ ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܘܠܐ ܢܣܒܘ ܡܘܠܟܢܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܚܙܐܘܗܝ ܘܚܕܝܘ ܒܗ. ܘܐܘܕܝܘ ܕܐܟܣܢܝܐ ܐܢܘܢ ܘܬܘܬܒܐ ܒܐܪܥܐ. 14 ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܗܠܝܢ ܐܡܪܝܢ܆ ܡܚܘܝܢ ܕܠܡܕܝܢܬܗܘܢ ܒܥܝܢ. 15 ܘܐܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܕܢܦܩܘ ܡܢܗ ܒܥܝܢ ܗܘܘ܆ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܕܬܘܒ ܢܗܦܟܘܢ ܢܐܙܠܘܢ ܠܗ. 16 ܗܫܐ ܕܝܢ ܝܕܝܥܐ܆ ܕܠܗܝ ܛܒܬܐ ܡܢܗ ܪܓܝܢ ܗܘܘ. ܠܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ܒܫܡܝܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܢܒܗܬ ܐܠܗܐ ܕܐܠܗܗܘܢ ܢܬܩܪܐ. ܛܝܒ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܡܕܝܢܬܐ. 17 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܩܪܒ ܐܒܪܗܡ ܠܐܝܣܚܩ ܒܢܣܝܘܢܗ܆ ܘܠܝܚܝܕܗ ܐܣܩ ܠܡܕܒܚܐ. ܗܘ ܕܩܒܠ ܗܘܐ ܡܘܠܟܢܐ. 18 ܐܬܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܕܒܐܝܣܚܩ ܢܬܩܪܐ ܠܟ ܙܪܥܐ. 19 ܘܐܬܪܥܝ ܗܘܐ ܒܢܦܫܗ. ܕܡܫܟܚ ܐܝܬܘܗܝ ܠܐܠܗܐ ܐܦ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܠܡܩܡܘ. ܘܒܝܕ ܗܢܐ ܡܬܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ. 20 ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ܆ ܒܪܟ ܐܝܣܚܩ ܠܝܥܩܘܒ ܘܠܥܣܘ.

21 Per fidem moriens Jacob benedixit unicuique ex filiis Joseph, & adoravit super summitate baculi sui.

22 Per fidem Joseph moriens meminit eductionis filiorum Israel, & mandavit de ossibus suis.

23 Per fidem parentes Mosis occultaverunt eum quum natus esset menses tres, quia viderunt quòd esset pulcher puerulus: & non timuerunt mandatum Regis.

24 Per fidem Moses quum esset vir factus, negavit ut non vocaretur filius filiæ Pharaonis:

25 Et elegit sibi ut in afflictione cum populo Dei esset, & non ut tempore modico se oblectaret peccato:

26 Et cogitavit quòd longè præstantior esset opulentia probri Christi quàm thesaurus Ægypti: intuebatur enim in retributionem præmii.

27 Per fidem reliquit Ægyptum, neque timuit iram Regis; & spem habuit tanquam is qui videret Deum invisibilem.

28 Per fidem fecerunt Pascha & aspersionem sanguinis, ut non appropinquaret ad eos ille qui perdebat primogenita.

29 Per fidem transierunt mare Suph, ut qui *transeunt* super terram siccam: & in eo absorpti sunt Ægyptii, quum ausi essent ingredi ipsum.

30 Per fidem mœnia Jericho conciderunt, quum circumdata fuissent septem dies.

31 Per fidem Rahab meretrix non periit cum iis qui non auscultarunt, quum excepisset exploratores in pace.

32 Quid præterea dicam? Exiguum enim est mihi tempus ut referam de Gideon, & de Barak, & de Simson, & de Jephtha, & de David, & de Samuel, & de reliquis Prophetis.

33 Qui per fidem vicerunt regna, & operati sunt justitiam, & acceperunt promissa, & occluserunt ora leonum.

34 Et exstinxerunt vires ignis, & erepti sunt ab acie gladii, & validi facti sunt ex infirmitatibus, & facti sunt robusti in bello, & subverterunt castra inimicorum.

35 Et reddiderunt mulieribus filios ipsarum ex resurrectione mortuorum. Et alii in cruciatibus mortui sunt, neque speraverunt ut eriperentur, ut resurrectio excellentior esset ipsis.

36 Alii autem ludibria & flagella subierunt: alii in vincula & in carceres traditi sunt.

37 Alii lapidati sunt, alii dissecti sunt, alii acie gladii mortui sunt, alii circumiverunt induti pellibus ovillis & caprinis, & egeni, & afflicti, & exagitati.

38 Homines quibus dignus non erat mundus, & fuerunt tanquam errantes in deserto, & in montibus, & in speluncis, & in cavernis terræ.

39 Et hi omnes, de quibus extitit testimonium ob fidem eorum, non acceperunt promissum:

40 Quia Deus præviderat in auxilium nostrum, ne absque nobis perficerentur.

CAPUT XII.

ܦܨܠܐ ܝܒ

1 Propterea etiam nos, quibus sunt omnes illi testes, qui veluti nubes sepiunt nos, solvamus à nobis omnia pondera, etiam peccatum quod semper paratum est nobis; & cum tolerantia certamen hoc percurramus quod propositum est nobis.

2 Et intueamur Jesum, qui factus est principium & perfector fidei nostræ, qui pro gaudio quod erat ei, sustinuit crucem, & opprobrio se tradidit: ac ad dextram throni Dei consedit.

3 Videte igitur quantum sustinuerit à peccatoribus illis qui fuerunt adversarii sibiipsis; ne

ne sit vobis tædio, & ne remittatur animus vester

4 Nondum pervenistis usque ad sanguinem in certamine quod est contra peccatum.

5 Et obliti estis doctrinæ illius quam tanquam filiis eloquuti sumus vobis; Fili mi, ne negligas castigationem Domini, & ne remissus reddatur animus tuus quum ab eo argueris.

6 Eum enim quem diligit Dominus, castigat, & flagellat filios illos erga quos ipse benè est affectus.

7 Sustinete igitur castigationem: quia tanquam apud filios agit apud vos Deus. Quis enim est filius quem non castiget pater ejus?

8 Et si absque castigatione estis, quâ castigatur unusquisque, facti estis alieni & non filii.

9 Et si patres carnis castigabant nos, & reverebamur illos; quantò igitur magis debemus subjici Patribus nostris spiritualibus, ut vivamus?

10 Illi enim ad tempus quidem modicum, prout volebant, castigabant nos; Deus autem in commodum nostrum, ut participes fiamus sanctitatis ipsius.

11 Omnis autem castigatio in tempore suo non existimatur quòd gaudii sit, sed doloris: in fine autem fructus pacis & justitiæ reddet illis qui eâ exercitati fuerint.

12 Propterea manus vestras remissas & genua vestra nutantia confirmate:

13 Et semitas rectas facite pedibus vestris, ut membrum quod est claudum non aberret, sed sanetur.

14 Sectamini pacem cum omni homine, & sanctitatem: quia sine ea nemo Dominum nostrum visurus est.

15 Et estote cauti, ne quis reperiatur inter vos destitutus gratiâ Dei; aut ne qua radix amaritudinum producat florem, & lædat vos, & per eum multi inquinentur.

16 Aut ne quis reperiatur inter vos qui sit scortator & remissus veluti Esau, qui uno edulio

adolio vendidit suum jus primogeniti.
17 Scitis enim quod etiam posteà cuperet hæres fieri benedictionis, & reprobatus fuerit: locum enim pœnitentiæ non invenit, quamvis cum lachrymis eum quæsiverit.
18 Non enim accessistis ad ignem ardentem & contrectabilem, neque ad tenebras, & ad caliginem, & ad procellam:
19 Neque ad sonitum buccinæ, & ad vocem verborum, quam qui audierant, detrectârunt ne amplius sermo cum iis haberetur.
20 Nam non poterant sustinere quod præcipiebatur. Quod si vel etiam bestia appropinquaverit ad montem, lapidanda erat.
21 Et adeò formidabilis erat visio, ut Moses dixerit; Expavesco & contremisco.
22 Vos autem accessistis ad montem Sion, & ad civitatem Dei viventis, Hierosolymam quæ *est* in cœlis, & ad cœtus myriadum Angelorum:
23 Et ad conventum primogénitorum, qui conscripti sunt in cœlo, & ad Deum judicem omnium, & ad spiritus justorum qui perfecti sunt.
24 Et ad Jesum Mediatorem Testamenti novi, & ad aspersionem sanguinis ejus qui loquitur meliùs quàm *sanguis* Abel.
25 Cavete igitur ne detrectetis *audire* eum qui locutus est vobiscum. Si enim illi non evaserunt qui detrectârunt *audire* eum qui loquebatur cum eis in terra, quantò minùs nos, si subterfugerimus eum qui loquutus est nobiscum de cœlo?
26 Cujus vox terram commovit: nunc autem promisit, & dixit; Adhuc semel, ego commovebo non solùm terram, sed etiam cœlum.
27 Hoc autem quod dixit, Semel, ostendit mutationem eorum quæ commoventur, quoniam factitia sunt; ut maneant ea quæ non commoventur.
28 Et quoniam igitur accepimus regnum immobile, teneamus gratiam per quam serviamus & placeamus Deo cum verecundia & cum timore.
29 Deus enim noster ignis est consumens.

CAPUT

ܒܘܟܪܘܬܗ. 17 ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܕܐܦ ܡܢ ܒܬܪܟܢ ܨܒܐ ܗܘܐ ܠܡܐܪܬ ܒܘܪܟܬܐ ܘܐܣܬܠܝ. ܐܬܪܐ ܓܝܪ ܠܬܝܒܘܬܐ ܠܐ ܐܫܟܚ ܟܕ ܒܕܡܥܐ ܒܥܝ ܗܘܐ ܠܗ. 18 ܠܐ ܓܝܪ ܐܬܩܪܒܬܘܢ ܠܢܘܪܐ ܝܩܕܬܐ ܘܡܬܓܫܫܢܝܬܐ. ܐܦܠܐ ܠܚܫܘܟܐ ܘܠܥܪܦܠܐ ܘܠܥܠܥܠܐ. 19 ܘܠܐ ܠܩܠܐ ܕܩܪܢܐ ܘܠܩܠܐ ܕܡܠܐ. ܗܘ ܕܫܡܥܘ ܘܐܫܬܐܠܘ ܕܠܐ ܢܬܘܣܦ ܢܬܡܠܠ ܥܡܗܘܢ. 20 ܠܐ ܓܝܪ ܡܣܝܒܪܝܢ ܗܘܘ ܠܡܐ ܕܐܬܦܩܕ. ܐܦܢ ܚܝܘܬܐ ܬܬܩܪܒ ܠܛܘܪܐ ܬܬܪܓܡ. 21 ܘܗܟܢܐ ܕܚܝܠ ܗܘܐ ܚܙܘܐ ܕܡܘܫܐ ܐܡܪ ܕܕܚܝܠ ܐܢܐ ܘܪܬܝܬ ܐܢܐ. 22 ܐܠܐ ܐܬܩܪܒܬܘܢ ܠܛܘܪܐ ܕܨܗܝܘܢ ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܠܐܘܪܫܠܡ ܕܒܫܡܝܐ. ܘܠܟܢܫܐ ܕܪ̈ܒܘܬ ܡܠܐܟܐ. 23 ܘܠܥܕܬܐ ܕܒܘܟܪ̈ܐ ܕܟܬܝܒܝܢ ܒܫܡܝܐ. ܘܠܐܠܗܐ ܕܝܢܐ ܕܟܠ. ܘܠܪ̈ܘܚܐ ܕܟܐ̈ܢܐ ܕܓܡܝܪܝܢ. 24 ܘܠܝܫܘܥ ܡܨܥܝܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. ܘܠܕܡܐ ܕܪܣܤܐ ܕܡܡܠܠ ܛܒ ܡܢ ܗܘ ܕܗܒܝܠ. 25 ܐܙܕܗܪܘ ܗܟܝܠ ܕܠܐ ܬܫܬܐܠܘܢ ܡܢ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܥܡܟܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܗܢܘܢ ܠܐ ܐܬܦܠܛܘ ܕܐܫܬܐܠܘ ܡܢ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܒܐܪܥܐ. ܟܡܐ ܕܝܢ ܚܢܢ ܐܢ ܢܫܬܐܠ ܡܢ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܥܡܢ ܡܢ ܫܡܝܐ. 26 ܐܝܢܐ ܕܩܠܗ ܙܝܥܗ ܠܐܪܥܐ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܡܠܟ ܘܐܡܪ. ܬܘܒ ܚܕܐ ܙܒܢ ܐܢܐ ܡܙܝܥ ܐܢܐ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܐܪܥܐ ܐܠܐ ܐܦ ܫܡܝܐ. 27 ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܚܕܐ ܙܒܢ. ܡܚܘܐ ܫܘܚܠܦܐ ܕܗܠܝܢ ܕܡܬܬܙܝܥܢ. ܡܛܠ ܕܥܒܝܕܢ ܐܢܝܢ. ܕܢܩܘܘܢ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܬܬܙܝܥܢ. 28 ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܬܙܝܥܐ ܢܩܒܠ. ܢܐܚܘܕ ܛܝܒܘܬܐ ܕܒܗ ܢܫܡܫ ܘܢܫܦܪ ܠܐܠܗܐ. ܒܢܟܦܘܬܐ ܘܒܕܚܠܬܐ. 29 ܐܠܗܢ ܓܝܪ ܢܘܪܐ ܗܘ ܐܟܠܬܐ.

ܫܠܡ

[illegible]

CAPUT XIII.

1 CHaritas fratrum maneat in vobis.

2 Et dilectionis hospitum ne obliviscamini, per hanc enim digni habiti sunt quidam, ut quum *id* non sentirent, exciperent Angelos.

3 Memores estote vinctorum, ac si cum eis vincti essetis. Recordemini eorum qui afflicti sunt, ut homines qui carne induti estis.

4 Honorabile est conjugium inter omnes, & thorus eorum mundus est: scortatores autem & adulteros judicaturus est Deus.

5 Ne amet argentum mens vestra, sed sufficiat vobis id quod est vobis. Ipse enim Dominus dixit; Non deseram te, & non remittam erga te manus.

6 Et est nobis dicendum confidenter; Dominus *est* auxiliator meus, non timebo: quid facturus est mihi homo?

7 Estote memores ductorum vestrorum, qui loquuti sunt vobiscum sermonem Dei: considerate finem conversationum ipsorum, & imitamini fidem eorum.

8 Jesus Christus heri, & hodie, & idem est, & in æternum *erit*.

9 Ad doctrinas peregrinas & varias ne abducamini. Bonum est enim ut gratia confirmemus corda nostra, & non cibis: quia non adjuti fuerunt illi qui versati sunt in ipsis.

10 Habemus autem altare, ex quo non est jus edendi iis qui in Tabernaculo ministrant.

11 Animalium enim illorum, quorum sanguinem inferebat summus Sacerdos in domum sanctuarii pro peccatis, caro comburebatur extra castra.

12 Propter hoc Jesus, ut sanctificaret populum suum per sanguinem suum, extra urbem passus est.

13 Igitur nos quoque egrediamur ad eum extra castra, induti opprobrio ejus:

14 (Non enim est nobis civitas hic permanens,

Sed

sed futuram exspectamus.)

15 Et per eum offeramus victimas laudis omni tempore Deo: quæ *laus* est fructus labiorum quæ gratias agunt nomini ejus.

16 Et ne obliviscamini commiserationis & communicationis pauperum: his *enim* victimis placet homo Deo.

17 Parete Ductoribus vestris, & obedite iis: ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tanquam homines qui reddituri sunt rationem vestri, ut cum gaudio faciant hoc, & non cum gemitibus: quoniam non est utile vobis.

18 Orate pro nobis. Confidimus enim quòd conscientia bona sit nobis, quia in omni re cupimus benè nos gerere.

19 Amplius peto à vobis ut faciatis hoc, quò citò revertar ad vos.

20 Deus autem pacis, qui eduxit ex mortuis Pastorem magnum gregis per sanguinem fœderis æterni, qui est Jesus Christus Dominus noster,

21 Ipse perficiat vos in omni opere bono, ut faciatis voluntatem ipsius, & ipse efficiat in nobis id quod bonum est coram ipso, per Jesum Christum: cui *sit* gloria in seculum seculorum. Amen.

22 Peto autem à vobis, fratres mei, ut patientes sitis in sermone consolationis, quoniam paucis scripsi vobis.

23 Scitote autem fratrem nostrum Timotheum solutum esse: & si citò venerit, cum eo videbo vos.

24 Salutate omnes ductores vestros, & omnes sanctos. Salutant vos omnes qui sunt ex Italia.

25 Gratia *sit* cum omnibus vobis. Amen.

Finita est Epistola ad Hebræos, quæ scripta est ex Italia Romana, & missa per Timotheum.

ܐܠܐ ܠܕܐܬܝܐ ܕܥܬܝܕܐ ܡܣܟܝܢܢ܂ 15 ܘܒܐܝܕܗ ܢܩܪܒ ܕܒܚܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܒܟܠܙܒܢ ܠܐܠܗܐ܂ ܕܐܝܬܘܗܝ ܦܐܪܐ ܕܣܦܘܬܐ ܕܡܘܕܝܢ ܠܫܡܗ܂ 16 ܘܠܐ ܬܛܥܘܢ ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܠܡܣܟܢܐ܂ ܒܕܒܚܐ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܫܦܪ ܠܗ ܠܐܠܗܐ܂ 17 ܐܬܛܦܝܣܘ ܠܡܕܒܪܢܝܟܘܢ܂ ܘܫܡܥܘ ܠܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܫܗܪܝܢ ܥܠ ܢܦܫܬܟܘܢ܂ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܥܬܝܕܝܢ ܕܢܬܠܘܢ ܦܬܓܡܐ ܕܢܥܒܕܘܢ ܗܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܘܠܐ ܒܬܢܚܬܐ܂ ܠܐ ܓܝܪ ܦܩܚܐ ܠܟܘܢ܂ 18 ܨܠܘ ܥܠܝܢ܂ ܡܬܬܟܠܝܢܢ ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܢ ܬܐܪܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܕܒܟܠ ܨܒܝܢܢ ܕܢܬܕܒܪ ܫܦܝܪ܂ 19 ܝܬܝܪܐܝܬ ܡܦܝܣ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܕܗܕܐ ܬܥܒܕܘܢ ܕܥܓܠ ܐܬܗܦܟ ܠܘܬܟܘܢ܂ 20 ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܕܫܠܡܐ܂ ܗܘ ܕܐܣܩ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܠܪܥܝܐ ܪܒܐ ܕܥܢܐ ܒܕܡܐ ܕܕܝܬܩܐ ܕܠܥܠܡ܂ ܕܗܘܝܘ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ܂ 21 ܗܘ ܢܓܡܪܟܘܢ ܒܟܠ ܥܒܕ ܛܒ܂ ܕܬܥܒܕܘܢ ܨܒܝܢܗ܂ ܘܗܘ ܢܣܥܘܪ ܒܢ ܡܕܡ ܕܫܦܪ ܩܕܡܘܗܝ܂ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܂ ܕܠܗ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ܂ 22 ܒܥܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܐܚܝ܂ ܕܬܗܘܘܢ ܡܣܝܒܪܝܢ ܡܠܬܐ ܕܒܘܝܐܐ܂ ܡܛܠ ܕܒܙܥܘܪܝܬܐ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ܂ 23 ܕܥܘ ܕܝܢ ܕܐܚܘܢ ܛܝܡܬܐܘܣ ܫܪܐ܂ ܘܐܢ ܡܥܓܠ ܐܬܐ ܥܡܗ ܐܚܙܝܟܘܢ܂ 24 ܫܐܠܘ ܒܫܠܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܕܒܪܢܝܟܘܢ܂ ܘܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ܂ ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܕܡܢ ܐܝܛܠܝܐ܂ 25 ܛܝܒܘܬܐ ܥܡ ܟܠܟܘܢ ܐܡܝܢ܂

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܥܒܪܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܐܝܛܠܝܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܝܡܬܐܘܣ܂

ܐܓܪܬܐ ܕܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܝܥܩܘܒ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ܘܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܂ ܠܬܪܬܥܣܪܐ ܫܒܛܝܢ ܕܡܒܕܪܝܢ ܒܥܡܡܐ ܫܠܡ ܀ 2 ܟܠ ܚܕܘܐ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܚܝ܆ ܡܐ ܕܥܠܝܢ ܠܟܘܢ ܢܣܝܘܢܐ ܡܫܚܠܦܐ ܘܣܓܝܐܐ܂ 3 ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܕܒܘܩܝܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ܆ ܡܩܢܐ ܠܟܘܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ܂ 4 ܗܝ ܕܝܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ܆ ܢܗܘܐ ܠܗ ܥܒܕܐ ܓܡܝܪܐ ܕܬܗܘܘܢ ܓܡܝܪܝܢ ܘܡܫܡܠܝܢ܂ ܘܒܡܕܡ ܠܐ ܬܬܒܨܪܘܢ܂ 5 ܐܢ ܐܢܫ ܕܝܢ ܡܢܟܘܢ ܚܣܝܪ ܡܢ ܚܟܡܬܐ܆ ܢܫܐܠ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܟܠ ܦܫܝܛܐܝܬ ܘܠܐ ܡܚܣܕ ܘܡܬܝܗܒܐ ܠܗ܂ 6 ܢܫܐܠ ܕܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܟܕ ܠܐ ܡܬܦܠܓ ܗܘ ܓܝܪ ܕܡܬܦܠܓ܆ ܕܡܐ ܠܓܠܠܐ ܕܝܡܐ ܕܡܫܓܫܐ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ܂ 7 ܘܠܐ ܢܣܒܪ ܗܘ ܒܪܢܫܐ ܕܢܣܒ ܡܕܡ ܡܢ ܡܪܝܐ܂ 8 ܐܝܢܐ ܕܦܠܝܓ ܒܪܥܝܢܗ܂ ܘܡܫܓܫ ܒܟܠܗܘܢ ܐܘܪܚܬܗ܂ 9 ܢܫܬܒܗܪ ܕܝܢ ܐܚܐ ܡܟܝܟܐ ܒܪܘܡܪܡܗ܂ 10 ܘܥܬܝܪܐ ܒܡܘܟܟܗ܆ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܗܘܪܐ ܕܥܣܒܐ ܗܟܢܐ ܥܒܪ܂ 11 ܕܢܚ ܓܝܪ ܫܡܫܐ ܒܚܘܡܗ ܘܡܘܒܫ ܠܗ ܠܥܣܒܐ܆ ܘܗܘܪܗ ܢܦܠ܂ ܘܫܘܦܪܐ ܕܚܙܘܗ ܐܒܕ܂ ܗܟܢܐ ܐܦ ܥܬܝܪܐ ܒܗܘܦܟܘܗܝ ܢܚܡܘܠ܂

EPISTOLA JACOBI APOSTOLI.

CAPUT I.

IACOBUS servus Dei & Domini nostri Jesu Christi, duodecim tribubus dispersis inter gentes, pacem.

2 Omne gaudium sit vobis, fratres mei, quum intraveritis in tentationes multas & varias:

3 Scitis enim quòd probatio fidei facit vos possidere patientiam.

4 Ipsi autem patientiæ erit opus perfectum, ut sitis completi & perfecti, & nullâ re sitis destituti.

5 Si quis autem ex vobis sit destitutus sapientiâ, petat à Deo, qui dat omnibus simpliciter, & non improperat; & dabitur ei.

6 Petat autem in fide, non hæsitans: ille qui hæsitat, similis est fluctibus maris quos commovet ventus.

7 Neque existimet ille homo, quòd accipiet quicquam à Domino,

8 Qui dubius est in animo suo, & commotus in omnibus viis suis.

9 Glorietur autem frater humilis in sublimitate sua:

10 Et dives in humilitate sua, quoniam sicut flos herbæ, sic transibit.

11 Oritur enim sol in calore suo, & arefacit herbam, & flos ejus decidit, & decor aspectus ejus perit: ita etiam dives marcescit in conversationibus suis.

12 Beatus vir qui tolerat tentationes, quia postquam probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam promisit Deus iis qui ipsum diligunt.

13 Ne dicat quis quum tentatur; A Deo tentor: Deus enim non tentatur malis, & ipse hominem non tentat.

14 Sed quisque à concupiscentia sua ipse tentatur, & cupit, & attrahitur:

15 Et hæc concupiscentia concipit & parit peccatum: peccatum autem, quum consummatum fuerit, generat mortem.

16 Ne erretis, fratres mei dilecti.

17 Omnis donatio bona & completa supernè descendit à Patre luminum, apud quem non est immutatio ulla, nec etiam umbra vicissitudinis.

18 Ipse voluit, & genuit nos per sermonem veritatis, ut essemus primitiæ creaturarum ejus.

19 Et vos fratres mei dilecti, quisque ex vobis sit velox ad audiendum, & tardus ad loquendum, & tardus ad irascendum.

20 Ira enim viri justitiam Dei non operatur.

21 Propterea longè removete à vobis omnem impuritatem, & multitudinem malitiæ, & cum mansuetudine recipite sermonem insitum naturæ nostræ, qui potest servare animas vestras.

22 Estote autem effectores sermonis, & non auditores tantum, neque decipiatis vosmetipsos.

23 Si quis enim fuerit auditor sermonis, & non effector illius, hic similis est ei qui contemplatus est faciem suam in speculo:

24 Contemplatus enim est seipsum, & transivit, & oblitus est qualis fuerit.

25 Omnis autem qui respexerit in legem perfectam libertatis, & perstiterit in ea, nequaquam est auditor auditionis quæ oblivioni traditur, sed effector operum: & hic beatus erit in opere suo.

26 Et si quis existimet quòd serviat Deo, & non contineat linguam suam, sed

12 ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܡܣܝܒܪ ܢܣܝܘܢܐ. ܕܡܐ ܕܐܬܒܚܪ ܢܣܒ ܟܠܝܠܐ ܕܚܝܐ. ܗܘ ܕܡܠܟ ܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܪܚܡܝܢ ܠܗ. 13 ܠܐ ܢܐܡܪ ܐܢܫ ܕܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܬܢܣܐ ܐܢܐ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܠܐ ܡܬܢܣܐ ܒܒܝܫܬܐ. ܘܗܘ ܠܐܢܫ ܠܐ ܡܢܣܐ. 14 ܐܠܐ ܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢ ܪܓܬܗ ܗܘ ܡܬܢܣܐ ܘܡܬܪܓܪܓ ܘܡܬܢܓܕ. 15 ܘܗܕܐ ܪܓܬܐ ܒܛܢܐ ܘܝܠܕܐ ܚܛܝܬܐ. ܘܚܛܝܬܐ ܡܐ ܕܐܬܓܡܪܬ ܝܠܕܐ ܡܘܬܐ. 16 ܠܐ ܬܛܥܘܢ ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ. 17 ܟܠ ܡܘܗܒܬܐ ܛܒܬܐ ܘܡܫܡܠܝܬܐ ܡܢ ܠܥܠ ܗܝ ܢܚܬܐ ܡܢ ܐܒܐ ܕܢܘܗܪܐ. ܗܘ ܕܠܝܬ ܠܘܬܗ ܫܘܚܠܦܐ ܡܕܡ. ܐܦܠܐ ܛܠܠܐ ܕܫܘܚܠܦܐ. 18 ܗܘ ܨܒܐ ܘܝܠܕܢ ܒܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ. ܕܢܗܘܐ ܪܫܝܬܐ ܠܒܪܝܬܗ. 19 ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ. ܟܠ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܢܗܘܐ ܡܣܪܗܒ ܠܡܫܡܥ. ܘܡܘܚܪ ܠܡܡܠܠܘ. ܘܡܘܚܪ ܠܡܪܓܙ. 20 ܪܘܓܙܗ ܓܝܪ ܕܓܒܪܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܥܒܕ. 21 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܪܚܩܘ ܡܢܟܘܢ ܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ ܘܣܘܓܐܐ ܕܒܝܫܘܬܐ. ܘܒܡܟܝܟܘܬܐ ܩܒܠܘ ܡܠܬܐ ܕܢܨܝܒܐ ܒܟܝܢܢ. ܕܡܫܟܚܐ ܠܡܚܝܘ ܠܢܦܫܬܟܘܢ. 22 ܗܘܘ ܕܝܢ ܥܒܘܕܐ ܕܡܠܬܐ. ܘܠܐ ܫܡܘܥܐ ܒܠܚܘܕ. ܘܠܐ ܬܛܥܘܢ ܢܦܫܟܘܢ. 23 ܐܢ ܐܢܫ ܓܝܪ ܢܗܘܐ ܫܡܘܥܐ ܕܡܠܬܐ ܘܠܐ ܥܒܘܕܗ. ܗܢܐ ܕܡܐ ܠܐܢܫ ܕܚܙܐ ܦܪܨܘܦܗ ܒܡܚܙܝܬܐ. 24 ܚܙܐ ܓܝܪ ܢܦܫܗ ܘܥܒܪ. ܘܛܥܐ ܐܝܢܐ ܗܘܐ. 25 ܟܠ ܕܝܢ ܕܚܪ ܒܢܡܘܣܐ ܡܫܡܠܝܐ ܕܚܐܪܘܬܐ ܘܩܘܝ ܒܗ. ܠܐ ܗܘܐ ܫܡܘܥܐ ܕܫܡܥܬܐ ܕܡܬܛܥܝܐ. ܐܠܐ ܥܒܘܕܐ ܕܥܒܕܐ. ܘܛܘܒܢܐ ܢܗܘܐ ܒܥܒܕܗ. 26 ܘܐܢ ܐܢܫ ܣܒܪ ܕܡܫܡܫ ܠܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܐܚܕ ܠܫܢܗ. ܐܠܐ

ܐܠܐ ܡܛܥܐ ܠܗ ܠܒܗ: ܗܢܐ ܣܪܝܩܐ ܗܝ ܬܫܡܫܬܗ. 27 ܬܫܡܫܬܐ ܓܝܪ ܕܕܟܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܐܒܐ: ܗܕܐ ܗܝ. ܠܡܣܥܪ ܝܬܡܐ ܘܐܪܡܠܬܐ ܒܐܘܠܨܢܗܘܢ. ܘܠܡܛܪ ܐܢܫ ܢܦܫܗ ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܠܐ ܛܘܠܫܐ ܀

sed decipit ipſum cor ſuum, hujus vanus eſt cultus.

26 Cultus enim qui purus eſt & ſanctus coram Deo Patre, hic eſt, ut viſitet pupillos & viduas in afflictionibus ipſorum, & ut homo ſeipſum ſervet à mundo immaculatum.

ܨܚܚܐ ܒ

CAPUT II.

1 ܐܚܝ: ܠܐ ܒܡܣܒ ܒܐܦܐ ܬܗܘܘܢ ܐܚܝܕܝܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܘܒܚܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܐܢ ܓܝܪ ܢܥܘܠ ܠܟܢܘܫܬܟܘܢ ܐܢܫ ܕܥܙܩܬܗ ܕܕܗܒܐ ܐܘ ܕܡܐܢܘܗܝ ܫܦܝܪܐ. ܘܢܥܘܠ ܡܣܟܢܐ ܒܡܐܢܐ ܛܢܦܐ: 3 ܘܬܚܘܪܘܢ ܒܗܘ ܕܠܒܝܫ ܡܐܢܐ ܫܦܝܪܐ ܘܬܐܡܪܘܢ ܠܗ. ܐܢܬ ܬܒ ܠܟ ܗܪܟܐ ܫܦܝܪ. ܘܠܡܣܟܢܐ ܬܐܡܪܘܢ ܠܗ. ܐܢܬ ܩܘܡ ܠܗܠ. ܐܘ ܬܒ ܠܟ ܗܪܟܐ ܩܕܡ ܟܘܒܫܐ ܕܪܓܠܝܢ. 4 ܠܐ ܗܐ ܐܬܦܠܓܬܘܢ ܒܢܦܫܟܘܢ. ܘܗܘܝܬܘܢ ܦܪܘܫܐ ܕܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ: 5 ܫܡܥܘ ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܠܡܣܟܢܐ ܕܥܠܡܐ. ܓܒܐ ܐܠܗܐ. ܕܢܗܘܘܢ ܥܬܝܪܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܝܪܬܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܗܝ ܕܡܠܟ ܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܪܚܡܝܢ ܠܗ: 6 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܫܝܛܬܘܢ ܠܡܣܟܢܐ. ܠܐ ܗܐ ܥܬܝܪܐ ܡܫܬܥܠܝܢ ܥܠܝܟܘܢ. ܘܗܢܘܢ ܢܓܕܝܢ ܠܟܘܢ ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ: 7 ܠܐ ܗܐ ܗܢܘܢ ܡܓܕܦܝܢ ܥܠ ܫܡܐ ܛܒܐ ܕܐܬܩܪܝ ܥܠܝܟܘܢ: 8 ܘܐܢ ܒܗܕܐ ܡܫܡܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܢܡܘܣܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܬܪܚܡ ܠܩܪܝܒܟ ܐܝܟ ܢܦܫܟ: ܫܦܝܪ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. 9 ܐܢ ܕܝܢ ܒܐܦܐ ܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܚܛܝܬܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܡܬܟܣܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܐܝܟ ܥܒܪܝ ܥܠ ܢܡܘܣܐ. 10 ܐܝܢܐ ܓܝܪ ܕܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܢܛܪ ܘܒܚܕܐ ܡܢܗ ܢܣܟܠ: ܠܟܠܗ ܢܡܘܣܐ ܐܬܚܝܒ.

1 FRatres mei, ne cum acceptione vultuum teneatis fidem gloriæ Domini Jeſu Chriſti.

2 Nam ſi ingrediatur in cœtum veſtrum quiſpiam cujus annuli auri, aut cujus veſtes ſint pulcræ; & ingrediatur pauper in veſtibus ſordidis:

3 Et reſpexeritis in eum qui indutus eſt veſtibus pulcris, & dixeritis ei; Tu ſede hîc benè: & pauperi dixeritis; Tu ſta illic, aut ſede hic ante ſcabellum pedum noſtrorum;

4 Annon diviſi eſtis inter voſipſos, & facti eſtis interpretes cogitationum malarum?

5 Audite fratres mei dilecti, nonne pauperes mundi, divites autem in fide, elegit Deus, ut eſſent hæredes in regno quod promiſit Deus iis qui diligunt ipſum?

6 Vos autem deſpectui habuiſtis pauperem. Nonne divites extollunt ſe ſuper vos, & ipſi trahunt vos ad domum judicii?

7 Nonne ipſi blaſphemant ſuper nomine bono quod invocatum eſt ſuper vos?

8 Et ſi Legem Dei in hoc perficitis, ſicut ſcriptum eſt; Diliges proximum tuum ſicut teipſum, bene facitis:

9 Si autem vultum accipitis, peccatum facitis, & redarguimini à Lege tanquam tranſgreſſores Legis.

10 Qui enim totam Legem ſervat, & in uno tranſgreditur, totius legis factus eſt reus.

11 Is enim qui dixit; Ne adulterium committas, idem dixit; Ne occidas. Si autem non committas adulterium, sed occidas, factus es transgressor Legis.

12 Ita loquimini, & ita agite, tanquam homines qui per legem libertatis judicandi estis.

13 Judicium enim futurum est sine misericordia contra eum qui non fecerit misericordiam: exaltabimini per misericordiam suprà judicium.

14 Quæ est utilitas, fratres mei, si quis dicat; Est mihi fides, & opera non sint ei? Nunquid poterit fides ejus servare eum?

15 Et si frater aut soror fuerint nudi, & carentes cibo quotidiano,

16 Et dixerit illis aliquis ex vobis; Abite in pace, calefacite vos, & saturamini; & non dederitis eis necessitatem corporis, quænam utilitas?

17 Ita etiam sola fides absque operibus mortua est.

18 Dicet autem aliquis; Tibi est fides, & mihi sunt opera: ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi fidem meam ex operibus meis.

19 Credis quòd unus est Deus? Benè facis: etiam dæmonia credunt, & contremiscunt.

20 Vis scire, ô homo debilis, quòd fides sine operibus mortua sit?

21 Pater noster Abraham nonne ex operibus justificatus est quòd obtulerit Isaac filium suum super altare?

22 Vides quòd fides ejus auxilio fuerit operibus ejus, atque ex operibus fides ejus perfecta sit?

23 Et impleta est scriptura quæ dixit; Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad justitiam, & amicus Dei vocatus est.

24 Vides quòd ex operibus justificetur homo, & nequaquam ex fide tantùm?

11 ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܬܓܘܪ: ܗܘ ܐܡܪ ܕܠܐ ܬܩܛܘܠ. ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܓܐܪ ܐܢܬ ܐܠܐ ܩܛܠ ܐܢܬ: ܗܘܝܬ ܠܟ ܥܒܪ ܥܠ ܢܡܘܣܐ. 12 ܗܟܢܐ ܗܘܘ ܡܡܠܠܝܢ ܘܗܟܢܐ ܗܘܘ ܥܒܕܝܢ: ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܒܢܡܘܣܐ ܕܚܐܪܘܬܐ ܥܬܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܬܕܢܘ. 13 ܕܝܢܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܪܚܡܐ: ܥܠ ܗܘ ܕܠܐ ܥܒܕ ܪܚܡܐ. ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܪܚܡܐ ܥܠ ܕܝܢܐ. 14 ܡܢܐ ܝܘܬܪܢܐ ܐܚܝ: ܐܢ ܐܢܫ ܐܡܪ ܕܐܝܬ ܠܝ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܥܒܕܐ ܠܝܬ ܠܗ. ܠܡܐ ܡܫܟܚܐ ܗܝܡܢܘܬܗ ܕܬܚܝܘܗܝ: 15 ܘܐܢ ܐܚܐ ܐܘ ܚܬܐ ܢܗܘܘܢ ܥܪܛܠܝܐ. ܘܚܣܝܪܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܝܘܡܐ. 16 ܘܢܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ. ܙܠܘ ܒܫܠܡܐ ܫܚܢܘ ܘܣܒܥܘ. ܘܠܐ ܬܬܠܘܢ ܠܗܘܢ ܣܘܢܩܢܗ ܕܦܓܪܐ: ܡܢܐ ܝܘܬܪܢܗ: 17 ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܐ ܥܒܕܐ ܡܝܬܐ ܗܝ ܒܠܚܘܕܝܗ. 18 ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܢܫ: ܠܟ ܐܝܬ ܠܟ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܠܝ ܐܝܬ ܠܝ ܥܒܕܐ. ܚܘܝܢܝ ܗܝܡܢܘܬܟ ܕܠܐ ܥܒܕܐ. ܘܐܢܐ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܠܟ ܗܝܡܢܘܬܝ ܡܢ ܥܒܕܝ. 19 ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ. ܫܦܝܪ ܥܒܕ ܐܢܬ. ܐܦ ܫܐܕܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܘܪܥܠܝܢ. 20 ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܬܕܥ ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܚܠܫܐ. ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܐ ܥܒܕܐ ܡܝܬܐ ܗܝ. 21 ܐܒܘܢ ܐܒܪܗܡ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܐܙܕܕܩ. ܕܐܣܩ ܠܐܝܣܚܩ ܒܪܗ ܥܠ ܡܕܒܚܐ: 22 ܚܙܐ ܐܢܬ ܕܗܝܡܢܘܬܗ ܥܕܪܬ ܠܥܒܕܘܗܝ. ܘܡܢ ܥܒܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܫܬܡܠܝܬ: 23 ܘܡܠܐ ܟܬܒܐ ܕܐܡܪ. ܕܗܝܡܢ ܐܒܪܗܡ ܒܐܠܗܐ ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܠܟܐܢܘ. ܘܪܚܡܐ ܕܐܠܗܐ ܐܬܩܪܝ. 24 ܚܙܐ ܐܢܬ ܕܡܢ ܥܒܕܐ ܡܙܕܕܩ ܒܪܢܫܐ: ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܒܠܚܘܕ:

25 ܗܟܢܐ ܐܦ ܪܚܒ ܙܢܝܬܐ: ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܐܙܕܕܩܬ. ܕܩܒܠܬ ܠܡܐܠܘܫܐ ܘܒܐܘܪܚܐ ܐܚܪܬܐ ܐܦܩܬ ܐܢܘܢ: 26 ܐܝܟܢܐ ܕܦܓܪܐ ܕܠܐ ܪܘܚܐ ܡܝܬ ܗܘ: ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܐ ܥܒܕܐ ܡܝܬܐ ܗܝ.

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܠܐ ܣܓܝܐܐ ܡܠܦܢܐ ܢܗܘܘܢ ܒܟܘܢ ܐܚܝ. ܐܠܐ ܗܘܘ ܝܕܥܝܢ: ܕܕܝܢܐ ܝܬܝܪܐ ܡܩܒܠܝܢܢ. 2 ܣܓܝܐܬܐ ܓܝܪ ܡܣܬܪܟܠܝܢ ܟܠܢ. ܟܠ ܕܒܡܠܬܐ ܠܐ ܡܣܬܪܟܠ: ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܗܘ ܓܡܝܪܐ. ܕܡܫܟܚ ܡܫܥܒܕ ܐܦ ܠܟܠܗ ܦܓܪܗ. 3 ܗܐ ܓܝܪ ܠܦܓܘܕܐ ܒܦܘܡܐ ܕܣܘܣܘܬܐ ܪܡܝܢܢ ܕܢܫܬܥܒܕܘܢ ܠܢ. ܘܟܠܗ ܦܓܪܗܘܢ ܡܗܦܟܝܢܢ. 4 ܐܦ ܐܠܦܐ ܚܣܝܢܬܐ ܟܕ ܕܒܪܢ ܠܗܝܢ ܪܘܚܐ ܩܫܝܬܐ: ܡܢ ܩܝܣܐ ܙܥܘܪܐ ܡܬܗܦܟܢ. ܠܐܬܪ ܕܨܒܝܢܐ ܕܡܕܒܪܢܗܝܢ ܝܨܦ. 5 ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܫܢܐ: ܗܕܡܐ ܗܘ ܙܥܘܪܐ ܘܡܫܬܒܗܪ. ܐܦ ܢܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ ܚܘܪܫܐ ܣܓܝܐܐ ܡܘܩܕܐ. 6 ܘܠܫܢܐ ܢܘܪܐ ܗܘ. ܘܥܠܡܐ ܕܥܘܠܐ ܐܝܟ ܚܘܪܫܐ ܗܘ: ܘܗܘ ܠܫܢܐ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܗܕܡܝܢ: ܡܚܒܠ ܟܠܗ ܦܓܪܢ. ܘܡܘܩܕ ܫܘܪܒܐ ܕܕܪܝܢ ܕܪܗܛܝܢ ܐܝܟ ܓܝܓܠܐ. ܘܝܩܕ ܐܦ ܗܘ ܒܢܘܪܐ. 7 ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܟܝܢܐ ܕܚܝܘܬܐ ܘܕܦܪܚܬܐ. ܘܕܪܚܫܐ ܕܝܡܐ ܘܕܝܒܫܐ: ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܟܝܢܐ ܕܐܢܫܘܬܐ: 8 ܠܫܢܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܫܥܒܕܝܘܗܝ. ܒܝܫܬܐ ܗܝ ܕܠܐ ܡܬܟܠܝܐ. ܡܠܝܐ ܗܘ ܣܡܐ ܡܡܝܬܢܐ. 9 ܒܗ ܓܝܪ ܡܒܪܟܝܢܢ ܠܡܪܝܐ ܘܐܒܐ: ܘܒܗ ܠܝܛܝܢܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܒܨܠܡܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܘ. 10 ܘܡܢܗ ܡܢ ܦܘܡܐ ܢܦܩܝܢ ܠܘܛܬܐ ܘܒܘܪܟܬܐ.

25 Similiter etiam Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, quòd excepit exploratores, & per viam aliam emisit eos?

26 Quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est, sic etiam fides absque operibus mortua est.

CAPUT III.

1 Ne multi doctores sint inter vos, fratres mei, sed scitote quòd judicii majoris rei sumus.

2 *In* multis enim transgredimur omnes. Quicunque in sermone non transgreditur, hic est vir perfectus, qui potest in servitute continere etiam totum corpus suum.

3 Ecce enim fræna in os equorum immittimus ut se subjiciant nobis, & totum corpus eorum circumagimus.

4 Etiam naves validæ, quum agunt eas venti sævi, à ligno exiguo circumaguntur in locum quem prospicit voluntas ejus qui gubernat.

5 Ita etiam lingua membrum est exiguum, & extollit sese: etiam ignis exiguus sylvas multas incendit.

6 Et lingua ignis est, & mundus peccati veluti sylva est: & ipsa lingua, cùm sit inter membra nostra, maculat totum corpus nostrum, & incendit series generationum nostrarum, quæ currunt veluti rotæ, ac incenditur etiam ipsa igne.

7 Omnes enim naturæ bestiarum, & volucrum, & reptilium maris & aridæ, domantur à natura humana:

8 Linguam autem non potuit quisquam subjugare: malum est hoc incoërcibile, plena est veneno lethifero.

9 Per ipsam enim benedicimus Domino & Patri, & per ipsam maledicimus hominibus qui ad similitudinem Dei facti sunt.

10 Et ex eodem ore procedunt maledictiones

& benedictiones. Non convenit, fratres mei, hæc ita fieri.

11 Numquid possibile est ut ex eadem scaturigine emanent aquæ dulces & amaræ?

12 Aut numquid potest ficus, fratres mei, olivas edere; aut vitis, ficus? Similiter neque aquæ salsæ possunt fieri dulces.

13 Quis ex vobis est sapiens & eruditus? ostendat opera sua per conversationes bonas, in sapientia mansueta.

14 Si autem æmulatio amara sit in vobis, aut contentio in cordibus vestris, ne inflemini adversus veritatem, nec mentiamini.

15 Nam hæc sapientia supernè non descendit; sed est terrena, à cogitationibus animæ, & à dæmonibus.

16 Ubi enim est æmulatio & contentio, ibi etiam conturbatio, & quicquid est mali.

17 Sapientia autem quæ supernè est, pura est, & plena pacis, & mansueta, & obtemperans, & plena misericordiæ & fructuum bonorum, & sine diffidio est, & vultum non accipit.

18 Fructus autem justitiæ in tranquillitate seminantur illis qui faciunt pacem.

CAPUT IV.

Unde fit quòd sunt inter vos bella & lites? nonne ex concupiscentiis quæ militant in membris vestris?

2 Concupiscitis, & non est vobis: & occiditis, & æmulamini, neque pervenit in manus vestras: & litigatis, & bella geritis, neque est vobis: propterea quòd non petitis.

3 Petitis, & non accipitis; eò quòd malè petatis; ut alatis concupiscentias vestras.

4 Adulteri, ignoratis quòd amicitia mundi hujus inimicitia est apud Deum? Is igitur qui vult esse amicus mundi

ܘܒܘܪܟܬܐ. ܠܐ ܘܠܐ ܐܚܝ ܕܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܢܗܘܝܢ.
11 ܠܡܐ ܡܒܘܥܐ ܡܢ ܚܕ ܡܒܘܥܐ ܢܦܩܘܢ ܡܝܐ ܚܠܝܐ ܘܡܪܝܪܐ. 12 ܐܘ ܠܡܐ ܡܫܟܚܐ ܬܐܬܐ ܐܚܝ ܕܙܝܬܐ ܬܥܒܕ. ܐܘ ܓܦܬܐ ܬܐܢܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܐ ܡܝܐ ܡܠܝܚܐ ܡܫܟܚܝܢ ܕܢܗܘܘܢ ܚܠܝܐ. 13 ܡܢܘ ܒܟܘܢ ܚܟܝܡ ܘܪܕܐ. ܢܚܘܐ ܥܒܕܘܗܝ ܒܕܘܒܪܐ ܫܦܝܪܐ. ܒܡܟܝܟܘܬܐ ܕܚܟܡܬܐ.
14 ܐܢ ܕܝܢ ܚܣܡܐ ܡܪܝܪܐ ܐܝܬ ܒܟܘܢ. ܐܘ ܚܪܝܢܐ ܒܠܒܘܬܟܘܢ: ܠܐ ܬܫܬܒܗܪܘܢ ܥܠ ܫܪܪܐ ܘܬܕܓܠܘܢ. 15 ܡܛܠ ܕܗܕܐ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܠܥܠ ܠܐ ܢܚܬܐ. ܐܠܐ ܐܪܥܢܝܬܐ. ܡܢ ܡܚܫܒܬܐ ܕܢܦܫܐ ܘܡܢ ܫܐܕܐ. 16 ܐܝܟܐ ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܚܣܡܐ ܘܚܪܝܢܐ: ܬܡܢ ܐܦ ܫܘܓܫܐ ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܒܝܫ.
17 ܚܟܡܬܐ ܕܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܕܟܝܐ ܗܝ ܘܡܠܝܐ ܫܠܡܐ. ܘܡܟܝܟܐ ܘܡܫܬܡܥܢܝܬܐ. ܘܡܠܝܐ ܪܚܡܐ ܘܦܐܪܐ ܛܒܐ. ܘܠܐ ܦܠܝܓ ܒܪܥܝܢܗ. ܘܒܐܦܐ ܠܐ ܢܣܒܐ. 18 ܦܐܪܐ ܕܝܢ ܕܟܐܢܘܬܐ: ܒܫܝܢܐ ܡܙܕܪܥ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܫܠܡܐ.

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܝܬ ܒܟܘܢ ܩܪܒܐ ܘܡܨܘܬܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܪܓܝܓܬܐ ܕܡܬܟܬܫܢ ܒܗܕܡܝܟܘܢ: 2 ܡܬܪܓܪܓܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܝܬ ܠܟܘܢ. ܘܩܛܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܚܣܡܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܕܪܟ ܠܟܘܢ. ܘܢܝܨܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܩܪܒܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܠܝܬ ܠܟܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ. 3 ܫܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܒܝܫܬܐ ܫܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܝܟ ܕܒܪܓܝܓܬܟܘܢ ܬܦܩܘܢ. 4 ܓܝܪܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܪܚܡܘܬܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ: ܐܢܫ ܗܟܝܠ ܕܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܪܚܡܗ ܕܥܠܡܐ

mundi hujus, inimicus est Deo.

5 Aut nunquid inaniter putatis dixisse Scripturam, In invidia concupiscit spiritus qui habitat in nobis?

6 Gratiam autem ampliorem dedit nobis Dominus noster. Propter hoc dixit; Deus humiliat elatos, & humilibus dat gratiam.

7 Subdite igitur vos Deo, & resistite Satanæ, & fugiet à vobis:

8 Atque appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus vestras, peccatores: sanctificate corda vestra, duplices animo.

9 Humiliate vos, & lugete: & risus vester in luctum convertatur, & gaudium vestrum in mœrorem.

10 Humiliate vos coram Domino, & exaltabit vos.

11 Ne loquamini alius contra alium, fratres mei: is enim qui loquitur contra fratrem suum, aut qui judicat fratrem suum, loquitur contra Legem, & judicat Legem. Et si Legem judicas, non es effector Legis, sed judex ejus.

12 Unus est enim constituens Legem & judicium, qui potest servare & perdere: tu autem quis es qui judicas proximum tuum?

13 Quid autem dicemus de iis qui dicunt; Hodie aut cras profecturi sumus in civitatem eam, quæcunque sit, & transigemus ibi annum unum, & mercabimur, & lucrabimur?

14 Et non cognoscunt quid cras sit futurum: quid enim est vita nostra, nisi vapor qui modicum conspicitur, & evanescit ac cessat?

15 Pro eo quòd dicant; Si Dominus voluerit, & vixerimus, facturi sumus hoc vel illud.

16 Gloriantur in superbia sua. Omnis gloriatio quæ est ejusmodi, à malo est.

17 Et is qui novit bonum, & non facit illud, peccatum est ei.

CAPUT V.

1 O Divites, ejulate & flete propter dolores qui venient super vos.

2 Divitiæ enim vestræ corruptæ sunt, & fœtuerunt, & vestimenta vestra corrosa sunt à tinea.

3 Et aurum vestrum, & argentum vestrum æruginem sibi contraxit, & ærugo eorum erit in testimonium contra vos, & ipsa exedet carnem vestram. Ignem congessistis vobis in dies ultimos.

4 Ecce, merces operariorum qui messuerunt terras vestras, quam violenter detinuistis, clamat; & vociferatio messorum in aures Domini Zebaoth introivit.

5 Deliciis enim indulsistis super terram, & lascivistis, & enutrivistis corpora vestra sicut in diem mactationis.

6 Condemnastis, & occidistis justum: & non restitit vobis.

7 Vos autem, fratres mei, patientes estote usque ad adventum Domini, sicut agricola, qui exspectat fructus pretiosos terræ suæ, & patiens est propter eos, donec accipiat pluviam tempestivam & serotinam:

8 Ita etiam vos patientes estote, & corda corroborate: appropinquavit enim adventus Domini nostri.

9 Ne ingemiscatis unus adversus alium, fratres mei, ut non judicemini: ecce enim judicium ante januam assistit.

10 Exemplum accipite vobis Prophetas, fratres mei, ad patientiam in afflictionibus vestris, qui loquuti sunt in nomine Domini.

11 Ecce enim attribuimus beatitatem iis qui sustinuerunt. Audivistis tolerantiam Jobi; & finem quem fecit ei Dominus, vidistis: eò quòd misericors est Dominus & miserator.

12 Ante omnia autem, fratres mei, ne juretis; non per cœlum, neque per terram; non etiam ullo juramentorum aliorum: sed sit sermo vester; Est, est; & Non, non: ut non obnoxii sitis judicio.

ܦܘܣܩܐ ܗ

[illegible]

13 ܘܐܢ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܢܗܘܐ ܒܐܘܠܨܢܐ ܢܗܘܐ ܡܨܠܐ. ܘܐܢ ܚܕܐ ܢܗܘܐ ܡܙܡܪ. 14 ܘܐܢ ܟܪܝܗ: ܢܩܪܐ ܠܩܫܝܫܐ ܕܥܕܬܐ ܘܢܨܠܘܢ ܥܠܘܗܝ. ܘܢܡܫܚܘܢܝܗܝ ܡܫܚܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ. 15 ܘܨܠܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܡܚܠܡܐ ܠܗ ܠܗܘ ܕܟܪܝܗ ܘܡܩܝܡ ܠܗ ܡܪܢ. ܘܐܢ ܚܛܗܐ ܣܥܝܪ ܗܘܐ ܡܫܬܒܩܢ ܠܗ. 16 ܘܗܫܐ ܐܘܕܘ ܣܟܠܘܬܟܘܢ ܚܕ ܠܚܕ. ܘܨܠܘ ܚܕ ܥܠ ܚܕ ܐܝܟ ܕܬܬܐܣܘܢ. ܣܓܝ ܗܘ ܓܝܪ ܚܝܠܐ ܕܨܠܘܬܐ ܕܟܐܢܐ ܕܡܨܠܐ ܗܘ. 17 ܐܦ ܐܠܝܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘܐ ܚܫܘܫܐ ܐܟܘܬܢ. ܘܨܠܝ ܕܠܐ ܢܚܘܬ ܡܛܪܐ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܘܠܐ ܢܚܬ ܬܠܬ ܫܢܝܢ ܘܫܬܐ ܝܪܚܝܢ. 18 ܘܬܘܒ ܨܠܝ: ܘܫܡܝܐ ܝܗܒܘ ܡܛܪܐ. ܘܐܪܥܐ ܝܗܒܬ ܦܐܪܝܗ. 19 ܐܚܝ: ܐܢ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܢܛܥܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܫܪܪܐ. ܘܢܦܢܝܘܗܝ ܐܢܫ ܡܢ ܛܥܝܘܬܗ: 20 ܢܕܥ ܗܘ ܕܡܢ ܕܡܦܢܐ ܠܚܛܝܐ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ ܕܐܘܪܚܗ: ܚܝܐ ܡܚܐ ܠܢܦܫܗ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܘܡܟܣܐ ܣܘܓܐܐ ܕܚܛܗܘܗܝ ܀

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ ܀

13 Et si quis ex vobis fuerit in afflictione, oret: & si lætetur, psallat.

14 Et si ægrotet, accersat Seniores Ecclesiæ, & orent pro ipso, & ungant eum oleo in nomine Domini nostri:

15 Et oratio fidei sanabit eum qui ægrotat, & eriget eum Dominus noster: & si peccata perpetrata sint ab eo, remittentur ei.

16 Confitemini autem delicta vestra alius alii, & orate unus pro alio, ut sanemini: magna enim est vis orationis quam justus orat.

17 Etiam Elias homo fuit obnoxius passionibus sicut nos, & oravit ut non descenderet pluvia super terram, & non descendit tres annos & sex menses.

18 Et rursus oravit, & cœli dederunt pluviam, & terra dedit fructus suos.

19 Fratres mei, si quis ex vobis erraverit à via veritatis, & converterit eum quispiam ab errore suo ejus:

20 Sciat quòd is qui averterit peccatorem ab errore viæ ejus, servabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum ejus.

Finita est Epistola Jacobi Apostoli.

SEQUITUR EPISTOLA PETRI SIMONIS CEPHÆ APOSTOLI.

CAPUT I.

PETRUS Apostolus Jesu Christi, electis & advenis dispersis in Ponto, & in Galatia, & in Cappadocia, & in Asia, & in Bithynia;

2 Iis qui electi sunt per præscientiam Dei Patris, per sanctificationem Spiritus, ut sint in obedientiam, & aspersionem sanguinis Jesu Christi: gratia & pax multiplicetur apud vos.

3 Benedictus esto Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui per gratiam suam magnam regeneravit nos, per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, in spem vitæ:

4 Et in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, quæ præparata est vobis in cœlo,

5 Cùm custoditi estis per virtutem Dei, & per fidem, in salutem quæ præparata est, ut reveletur in temporibus extremis:

6 In quibus gaudebitis in æternum, etiamsi hoc tempore modicum affligamini tentationibus variis, quæ transeunt super vos:

7 Ut exploratio fidei vestræ conspiciatur excellentior auro perpurgato, quod probatum est per ignem, in laudem, & honorem,

ܬܘܒ ܐܓܪܬܐ ܕܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ. ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ.

ܨܚܚܐ 1

1 ܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܠܓܒܝܐ ܘܠܬܘܬܒܐ ܕܙܪܝܩܝܢ ܒܦܢܛܘܣ. ܘܒܓܠܛܝܐ. ܘܒܩܦܘܕܩܝܐ ܘܒܐܣܝܐ ܘܒܒܝܬܘܢܝܐ. 2 ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܓܒܝܘ ܒܝܕܥܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܒܩܘܕܫܐ ܕܪܘܚܐ. ܕܢܗܘܘܢ ܠܡܫܬܡܥܢܘܬܐ ܘܠܡܙܠܚܘ ܕܕܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܡܐ ܢܣܓܐ ܠܟܘܢ. 3 ܡܒܪܟܐ ܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܒܚܢܢܗ ܣܓܝܐܐ ܐܘܠܕܢ ܡܢ ܕܪܝܫ. ܒܩܝܡܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܠܣܒܪܐ ܕܚܝܐ. 4 ܘܠܝܪܬܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܐ ܘܠܐ ܡܬܛܘܫܐ ܘܠܐ ܚܡܝܐ. ܗܝ ܕܡܛܝܒܐ ܠܟܘܢ ܒܫܡܝܐ. 5 ܟܕ ܢܛܝܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܠܚܝܐ ܕܡܛܝܒܝܢ ܠܡܬܓܠܝܘ ܒܙܒܢܐ ܐܚܪܝܐ. 6 ܕܒܗ ܬܚܕܘܢ ܠܥܠܡ. ܐܦ ܗܫܐ ܩܠܝܠ ܕܡܬܟܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܢܣܝܘܢܐ ܡܫܚܠܦܐ ܕܥܒܪܝܢ ܥܠܝܟܘܢ: 7 ܐܝܟܢܐ ܕܒܘܚܪܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܢܬܚܙܐ. ܕܡܝܬܪ ܗܘ ܡܢ ܕܗܒܐ ܡܨܠܦܐ ܕܒܢܘܪܐ ܡܬܒܩܐ. ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ

& honorem, & gloriam; in revelatione Jesu Christi.

8 Quem non vidistis, & diligitis eum, & in fide ejus exsultatis, cum gaudio glorioso ineffabili:

9 Ut recipiatis retributionem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.

10 Eam, *inquam*, salutem, de qua inquisiverant Prophetæ, quum vaticinarentur de gratia quæ futura erat ut daretur vobis.

11 Et scrutati sunt quonam tempore indicaret & testaretur Spiritus Christi habitans in eis, futuras esse passiones Christi, & gloriam ejus quæ *sequutura erat* postea.

12 Et revelatum est illis quicquid scrutabantur, propterea quòd non sibimetipsis inquirebant, sed nobis ipsis vaticinabantur illa quæ nunc manifestata sunt vobis per ea quæ evangelizavimus vobis per Spiritum sanctum qui missus est è cœlo, in quæ desiderant etiam Angeli introspicere.

13 Quapropter succingite lumbos mentium vestrarum, & excitamini perfectè, & sperate in gaudium quod eveniet vobis in revelatione Domini nostri Jesu Christi,

14 Tanquam filii obedientes: neque associetis vos rursus primis illis concupiscentiis quibus concupiscebatis cum non *essetis* in scientia.

15 Sed estote sancti in omnibus conversationibus vestris, sicut sanctus est is qui vocavit vos.

16 Quia scriptum est; Estote sancti, sicut etiam ego sanctus sum.

17 Et si *ita* est quòd Patrem vocatis eum in cujus conspectu non est acceptio vultuum, & judicat omnem hominem secundùm opera ejus: cum timore versamini in tempore hoc incolatûs vestri:

18 Quum sciatis, quòd non argento, quod vetustate atteritur, neque auro redemti estis ab operibus vestris vanis, quæ accepistis à patribus vestris;

19 Sed sanguine pretioso agni illius in quo macula

macula & labes non eſt, qui eſt Chriſtus,

20 Qui prædeſtinatus erat ad hoc ipſum ante conſtitutionem mundi, & manifeſtatus eſt in extremitate temporum propter vos,

21 Qui per eum credidiſtis in Deum qui excitavit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides veſtra & ſpes veſtra eſſet in Deo:

22 Cum animæ veſtræ fuerint ſanctæ per obedientiam veritatis, & plenæ fuerint charitate ſine acceptione vultuum, ut ex corde puro & perfecto alter alterum diligatis:

23 Tanquam homines qui regenerati eſtis non ex ſemine quod vetuſtate perit, ſed ex eo quod non perit vetuſtate, per ſermonem vivum Dei qui permanens eſt in æternum.

24 Quia omnis caro herba, & omnis elegantia ejus tanquam flos agri: exareſcit herba, & marceſcit flos;

25 Et verbum Dei noſtri permanens eſt in ſecula: & hoc eſt verbum illud quod prædicatum eſt vobis.

CAPUT II.

ܨܚܚܐ ܒ

1 DEponite igitur à vobis omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & invidiam, & obtrectationem:

2 Et eſtote tanquam infantes ſimplices, & appetite ipſum ſermonem tanquam lac mundum & ſpirituale, per quod creſcetis ad ſalutem:

3 Si guſtaſtis & vidiſtis quòd bonus ſit Dominus,

4 Ad quem acceditis: qui eſt lapis vivus, quem reprobaverunt filii hominum; ſed electus & pretioſus apud Deum.

5 Et etiam vos tanquam lapides vivi ædificemini, & eſtote templa ſpiritualia, & ſacerdotes ſancti, ad offerendum victimas quæ ſint acceptabiles coram Deo per Jeſum Chriſtum.

6 ܐܡܝܪ ܓܝܪ ܒܟܬܒܐ܃ ܕܗܐ ܣܐܡ ܐܢܐ ܒܨܗܝܘܢ܃ ܟܐܦܐ ܓܒܝܬܐ ܘܡܝܩܪܬܐ ܒܪܫ ܙܘܝܬܐ܂ ܘܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܒܗ ܠܐ ܢܒܗܬ܂ 7 ܠܟܘܢ ܗܟܝܠ ܐܬܝܗܒ ܗܢܐ ܐܝܩܪܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ܂ ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ܃ 8 ܟܐܦܐ ܗܝ ܕܬܘܩܠܬܐ ܘܟܐܦܐ ܕܡܟܫܘܠܐ܂ ܘܡܬܬܩܠܝܢ ܒܗ ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܡܠܬܐ ܠܗܕܐ ܓܝܪ ܣܝܡܝܢ܂ 9 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܫܪܒܬܐ ܐܢܬܘܢ ܓܒܝܬܐ܂ ܕܡܟܗܢܐ ܠܡܠܟܘܬܐ܂ ܥܡܐ ܩܕܝܫܐ܂ ܟܢܫܐ ܦܪܝܩܐ܂ ܕܬܟܪܙܘܢ ܬܫܒܚܬܗ ܕܗܘ ܕܩܪܐ ܠܟܘܢ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܗ ܡܝܬܪܐ܂ 10 ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐ ܚܫܝܒܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܥܡܐ܂ ܗܫܐ ܕܝܢ ܥܡܐ ܕܐܠܗܐ܂ ܐܦܠܐ ܪ̈ܚܡܐ ܗܘܐ ܠܟܘܢ܂ ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܫܬܦܥܘ ܥܠܝܟܘܢ ܪ̈ܚܡܐ܀ 11 ܚܒܝܒܝ܃ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟܘܢ܃ ܐܝܟ ܬܘܬܒܐ ܘܐܝܟ ܐܟܣܢܝܐ܃ ܐܬܦܪܫܘ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܪ̈ܓܝܓܬܗ ܕܦܓܪܐ܂ ܐܝܠܝܢ ܕܡܩܪ̈ܒܢ ܩܪܒܐ ܠܘܩܒܠ ܢܦܫܐ܂ 12 ܘܢܗܘܘܢ ܗܘܦ̈ܟܝܟܘܢ ܫܦܝܪ̈ܐ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ܂ ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܡܠܠܝܢ ܥܠܝܟܘܢ ܡ̈ܠܐ ܒܝ̈ܫܬܐ܃ ܢܚܙܘܢ ܥܒ̈ܕܝܟܘܢ ܛܒ̈ܐ܃ ܘܢܫܒܚܘܢ ܠܐܠܗܐ ܒܝܘܡܐ ܕܒܘܚܪܢܐ܂ 13 ܘܐܫܬܥܒܕܘ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܡܛܠ ܐܠܗܐ܂ ܠܡ̈ܠܟܐ ܡܛܠ ܫܘܠܛܢܗܘܢ܂ 14 ܘܠܕ̈ܝܢܐ ܡܛܠ ܕܡܢܗ ܡܫܬܠܚܝܢ ܠܬܒܥܬܐ ܕܡ̈ܣܟܠܢܐ܂ ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥ̈ܒܕܝ ܛܒ̈ܬܐ܂ 15 ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܗܘ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ܂ ܕܒܥ̈ܒܕܝܟܘܢ ܛܒ̈ܐ ܬܣܟܪܘܢ ܦܘܡܐ ܕܣ̈ܟܠܐ܂ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܐܠܗܐ܂ 16 ܐܝܟ ܒܢܝ̈ ܚܐܪ̈ܐ܃ ܘܠܐ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܥܒܝܕܐ ܠܗܘܢ ܚܐܪܘܬܗܘܢ ܬܚܦܝܬܐ ܠܒܝܫܘܬܗܘܢ܂ ܐܠܐ ܐܝܟ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ܂ 17 ܠܟܠܢܫ ܝܩܪܘ܂ ܠܐܚ̈ܝܟܘܢ ܐܚܒܘ܂ ܘܡܢ ܐܠܗܐ

6 Dictum est enim in Scriptura; Ecce pono in Zion Lapidem electum & pretiosum in caput anguli: qui credit in eum non pudefiet.

7 Vobis igitur datus est hic honor, iis qui credunt: illis autem qui non credunt,

8 Petra est offensionis & Lapis scandali: & offendunt in ipsum, propterea quòd non credunt sermoni; quia ad hoc positi sunt.

9 Vos autem genus estis electum, quod sacerdotio fungitur ad regnum, populus sanctus, cœtus redemtus, ut prædicetis laudes illius qui vocavit vos è tenebris ad lucem suam eximiam.

10 Qui antea non reputabamini populus, nunc autem populus Dei: etiam non erat erga vos misericordia, nunc autem effusa est super vos misericordia.

11 Dilecti mei, peto à vobis tanquam advenis & tanquam incolis, vosipsos separate ab omnibus concupiscentiis corporis, illis quæ gerunt bella adversus animam.

12 Et sint bonæ conversationes vestræ coram omnibus hominibus: & ii qui loquuntur contra vos sermones malos videbunt vestra opera bona, & laudabunt Deum in die probationis.

13 Et estote subjecti omnibus hominibus, propter Deum: Regibus, propter dominium eorum:

14 Et judicibus, quia ab eo mittuntur, ad vindictam delinquentium, & ad laudem operantium bona.

15 Quoniam sic est voluntas Dei, ut operibus vestris bonis obturetis os stultorum illorum qui non norunt Deum:

16 Tanquam liberi, & non tanquam homines quibus facta est libertas eorum operimentum malitiæ ipsorum, sed tanquam servi Dei.

17 Omnem hominem in honore habete: fratres vestros diligite: & Deum

Deum timete, & Reges honorate.

18 Et illi servi qui sunt inter vos, subjecti estote dominis vestris in timore; non tantùm bonis & mansuetis, sed etiam duris & asperis.

19 Illis enim est gratia coram Deo, illis *inquam* qui propter conscientiam bonam tolerant afflictiones quæ veniunt super ipsos iniquè.

20 Qui autem propter peccata sua sustinent afflictiones, quænam laus est eis? Sed quum facitis quod bonum est, & affligunt vos, ac toleratis, tunc excellet laus vestra apud Deum.

21 Ad hoc enim vocati estis; quia etiam Christus mortuus est pro nobis, & reliquit nobis hoc exemplum, ut vos in vestigiis ipsius iretis:

22 Qui non fecit peccatum, neque dolus est inventus in ore ejus:

23 Qui convicia patiebatur, & non conviciabatur; ac patiebatur, & non minabatur; sed tradebat causam suam judici justitiæ.

24 Et portavit peccata nostra omnia, & sustulit illa cum corpore suo ad crucem; ut cum mortui essemus peccatis, per justitiam ejus viveremus: vibicibus enim ejus sanati estis;

25 Qui errabatis velut oves, & conversi estis nunc ad Pastorem & Curatorem animarum vestrarum.

CAPUT III.

1 Similiter etiam vos uxores, subditæ sitis maritis vestris, ut eos qui non obtemperant Sermoni, per conversationes vestras bonas sine labore acquiratis:

2 Videntes quòd in timore & castitate conversemini.

3 Neque ornemini ornatibus externis intorsionum

capillorum vestrorum

capillorum vestrorum, aut monilium aureorum, aut vestimentorum excellentiorum:

4 Sed ornate vos in homine occulto cordis, spiritu mansueto incorruptibili, ornatu excellentiori coram Deo.

5 Ita enim etiam olim mulieres sanctæ, quæ sperabant in Deo, ornabant se ipsas, & subditæ erant maritis suis.

6 Quemadmodum Sara subdita erat Abrahamo, & vocabat eum; Domine mi: cujus vos estis filiæ in operibus bonis, cum non perterrefactæ estis ullo pavore.

7 Vosque viri, similiter habitate cum uxoribus vestris secundùm scientiam, & tanquam vasa debilia in honore habete eas; eò quòd etiam ipsæ vobiscum hæredes erunt doni vitæ æternæ: ut non impingatis in precibus vestris.

8 Finis autem; ut sitis omnes unanimes, & sitis compatientes iis qui patiuntur, & amantes unus alium, & sitis misericordes & mansueti:

9 Et nemini malum pro malo rependatis, neque etiam convicium pro convicio; sed quod contrarium illorum est, benedicite: ad hoc enim vocati estis, ut benedictionem hæreditate consequamini.

10 Qui vult igitur vitam, & amat dies bonos videre, custodiat suam linguam à malo, & sua labia, ut non loquantur dolum:

11 Transeat à malo, & faciat bonum, & quærat pacem, & sectetur eam.

12 Quia oculi Domini super justos, & aures ejus ad audiendum eos: & facies Domini super malos.

13 Et quisnam est qui faciat vobis malum, si fueritis æmulatores bonorum?

14 Et si *contingat* ut patiamini propter justitiam, beati estis: & ne reformidetis illos qui territant vos, neque conturbemini.

15 Sed sanctificate in cordibus vestris Dominum Christum. Et sitis parati ad defensionem apud omnem qui quærit à vobis sermonem de spe fidei,

16 Cum mansuetudine, & cum reverentia, existente vobis conscientiâ bonâ; ut ii qui loquuntur de vobis tanquam de hominibus malis erubescant, ut qui calumniantur conversationes vestras bonas in Christo.

17 Juvat enim vos, quum facitis opera bona, & sustinetis mala, (si modò ita voluntas est Dei) & non quum facitis mala.

18 Nam etiam Christus semel mortuus est pro peccatis nostris, justus pro peccatoribus, ut vos offerret Deo: & mortuus est corpore, & vixit spiritu:

19 Et prædicavit animabus illis quæ detinebantur in inferis:

20 Quæ antea non obediverant in diebus Noæch, quum longanimitas Dei præciperet ut fieret Arca, propter exspectationem conversionis eorum: & octo animæ tantùm ingressæ sunt in eam, & salvæ factæ sunt per aquas.

21 Secundùm quem typum vos quoque salvi facti estis per Baptismum (non cùm corpus abluitis à sordibus, sed cùm confitemini Deum in conscientia pura) & per resurrectionem Jesu Christi:

22 Qui sublatus est in cœlum, & est ad dexteram Dei, & subjecti sunt ei Angeli, & principatus, & potestates.

CAPUT IV.

1 Si Christus igitur passus est pro vobis in carne, vos quoque juxta eandem cogitationem armemini: quisquis enim mortuus est in corpore suo, destitit

ab

ab omnibus peccatis;

2 Ut non deinceps concupiscentiis hominum vivat, quanto tempore est in corpore, sed voluntati Dei:

3 Sufficit enim tempus illud quod præteriit, in quo operati estis voluntatem Ethnicorum in luxuria, & in ebrietate, & in fœtore, & in comessatione, & in cultu dæmoniorum.

4 Et ecce, nunc obstupescunt, & blasphemant vos; eò quòd non lasciviatis cum ipsis in eadem intemperantia priore,

5 Qui reddent rationem Deo, qui judicaturus est mortuos & vivos.

6 Propter hoc enim evangelizatum est etiam mortuis, ut judicentur secundùm homines in carne, & viverent secundùm Deum spiritu.

7 Appropinquavit autem finis omnium; propter hoc sobrii estote, & vigilate ad orationem:

8 Et ante omnia charitas vehemens unius erga alium sit vobis: charitas enim operit multitudinem peccatorum:

9 Et estote amantes hospites sine murmuratione.

10 Et unusquisque ex vobis donum quod accepit à Deo subministret proximis suis, tanquam dispensatores boni gratiæ diversæ Dei.

11 Quisquis loquitur, tanquam sermonem Dei loquatur: & quisquis ministrat, tanquam ex virtute quam Deus dat ei: ut in omnibus quæ facitis laudetur Deus per Jesum Christum: cujus est gloria & honor in seculum seculorum. Amen.

12 Dilecti mei, ne obstupescatis propter tentationes quæ contingunt vobis, quasi quid alienum eveniat vobis, quia ad probationem vestram contingunt:

13 Sed gaudete quòd participes estis passionum Christi, ut ita etiam in revelatione gloriæ ejus gaudeatis & exsultetis.

14

14 Et si probris afficiamini pro nomine Christi, beati estis: quia Spiritus gloriosus Dei requiescit super vos.

15 Tantummodò, ne quis ex vobis tanquam homicida, aut tanquam fur, aut tanquam patrator malorum patiatur:

16 Si autem patiatur tanquam Christianus, non erubescat; sed glorificet Deum eo ipso nomine:

17 Quia tempus est ut incipiat judicium à domo Dei: si autem à nobis incipit, quisnam erit finis eorum qui non obediunt Evangelio Dei?

18 Et si justus vix servatur, improbus & peccator ubi invenietur.

19 Propterea qui patiuntur secundum voluntatem Dei, commendent ei animas suas in operibus bonis tanquam Creatori fideli.

CAPUT V.

1 Peto autem à Senioribus qui sunt inter vos, ego Senior, socius vester, & testis passionum Christi, atque consors gloriæ ejus quæ revelabitur:

2 Pascite gregem Dei traditum vobis, & curam habete *illius* spiritualiter, non coactè, sed voluntariè; non ob lucra turpia, sed ex toto corde vestro:

3 Non tanquam domini gregis, sed ut sitis eis exemplar bonum.

4 Ut quum revelabitur Princeps pastorum, recipiatis ab eo coronam gloriæ immarcescibilem.

5 Et vos juniores subdite vos senioribus vestris: & amicite vos strictè humilitate animi unus erga alium: quia Deus contrarius est iis qui sese exaltant, & humilibus dat gratiam.

6 Humiliate igitur vos sub manu potenti Dei,

[illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14 [illegible]

[illegible]

Dei, ut ipsa exaltet vos in tempore congruo.

7 Et curam vestram omnem conjicite super Deum; quia illi cura est de vobis.

8 Vigilate, & memores estote: quoniam adversarius vester Satanas tanquam leo rugit, & obambulat, & quærit quem absorbeat.

9 State igitur contra eum, dum confirmati estis in fide: & scitote quod etiam contra fratres vestros qui sunt in mundo ipsæ illæ passiones eveniunt.

10 Deus autem gratiæ est qui vocavit nos ad gloriam suam æternam per Jesum Christum, qui dedit nobis, quum sustinuerimus has afflictiones modicas, ut corroboremur, & confirmemur, & stabiliamur in eo in æternum.

11 Cui sit laus, & potentia, & gloria, in seculum seculorum. Amen.

12 Hæc pauca, quemadmodum arbitror, scripsi vobis per Sylvanum fratrem fidelem: & suadeo, ac testor, quod hæc est gratia vera Dei, *hæc inquam* in qua statis.

13 Salutat vos Ecclesia electa quæ est in Babylonia, & Marcus filius meus.

14 Salutate unus alium cum osculo sancto. Pax cum omnibus vobis, eis qui sunt in Christo. Amen.

Finita est Epistola prima Petri Apostoli.

[illegible]

EPISTOLA

EPISTOLA SECUNDA PETRI

CAPUT I.

1 Simon Petrus servus Jesu Christi, iis qui fidei æquali in honore nobiscum consenserunt per justitiam Domini nostri & Redemptoris nostri Jesu Christi:

2 Gratia & pax multiplicetur vobis per agnitionem Domini nostri Jesu Christi:

3 Sicut is qui omnia quæ ad potentiam Divinam pertinent, ad vitam cultumque divinum dedit per agnitionem illius qui vocavit nos in gloriam suiipsius, & virtutis:

4 Per quæ maximas vobis cognitiones atque honores donavit, ut per hæc sitis consortes naturæ divinæ, cùm fugeritis corruptionem cupiditatum, quæ est in mundo.

5 Sed & *in* hoc ipsum cùm omnem diligentiam introduxeritis, adjicite ad fidem vestram, virtutem: ad virtutem verò, scientiam:

6 Ad scientiam verò, perseverantiam: ad perseverantiam verò, patientiam: ad patientiam verò, timorem Dei:

7 Ad timorem verò Dei, amorem fraternitatis: ad amorem autem fraternitatis, charitatem.

8 Hæc enim quum inveniuntur in vobis & exuberant, nequaquam otiosos nec infructuosos constituent vos in cognitione Domini nostri Jesu Christi.

9 Nam is apud quem ista non reperiuntur cæcus

ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܦܛܪܘܣ ܀

ܩܦܠܐܘܢ 1

1 ܫܡܥܘܢ ܦܛܪܘܣ ܥܒܕܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܘܝܬܐ ܥܡܢ ܒܐܝܩܪܐ ܐܬܢܣܒܘ ܒܟܐܢܘܬܐ ܕܡܪܢ ܘܦܪܘܩܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 2 ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܡܐ ܢܣܓܐ ܠܟܘܢ ܒܝܘܕܥܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 3 ܐܝܟ ܕܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܕܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ. ܠܘܬ ܚܝܐ ܘܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܝܗܒ: ܒܝܕ ܝܘܕܥܐ ܕܗܘ ܕܩܪܐ ܠܢ: ܒܫܘܒܚܐ ܕܝܠܗ ܘܒܡܝܬܪܘܬܐ.

4 ܒܐܝܠܝܢ ܡܘܗܒܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܘܝܩܝܪܬܐ ܠܟܘܢ ܝܗܒ. ܕܒܗܝܢ ܬܗܘܘܢ ܫܘܬܦܐ ܕܟܝܢܐ ܐܠܗܝܐ. ܟܕ ܥܪܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܚܒܠܐ ܕܪܓܝܓܬܐ ܕܒܥܠܡܐ. 5 ܗܘ ܕܝܢ ܗܪܐ ܟܠ ܡܬܚܦܛܢܘܬܐ ܬܥܠܘܢ ܒܗ: ܐܘܣܦܘ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܡܝܬܪܘܬܐ. ܥܠ ܕܝܢ ܡܝܬܪܘܬܐ ܝܕܥܬܐ. 6 ܥܠ ܕܝܢ ܝܕܥܬܐ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ. ܥܠ ܕܝܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܡܣܒܪܢܘܬܐ. ܥܠ ܕܝܢ ܡܣܒܪܢܘܬܐ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. 7 ܥܠ ܕܝܢ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܪܚܡܬ ܐܚܘܬܐ. ܥܠ ܕܝܢ ܪܚܡܬ ܐܚܘܬܐ ܚܘܒܐ. 8 ܐܠܝܢ ܓܝܪ ܟܕ ܡܫܬܟܚܢ ܠܟܘܢ ܘܡܣܓܝܢ: ܠܐ ܗܘܐ ܒܛܝܠܐ. ܐܦܠܐ ܕܠܐ ܦܐܪܐ ܡܩܝܡܢ ܠܟܘܢ. ܒܝܕܥܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 9 ܗܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚܢ ܠܗ ܗܠܝܢ: ܣܡܝܐ

cæcus est nihil videns, & oblitus est purgationem peccatorum suorum præcedentium.

10 Illud verò magis curate, fratres mei, ut per opera vestra bona vocationem & electionem vestram firmam efficiatis: hæc enim facientes nunquam labemini.

11 Hac enim ratione copiosè dabitur vobis introitus æterni regni Domini nostri & Salvatoris nostri Jesu Christi.

12 Et propterea non est mihi tædio semper vos horum commonefacere; cùm etiam benè sciatis, & innixi sitis huic veritati.

13 Justum autem esse mihi videtur, quamdiu sum in hoc corpore, excitare vos commonefactione:

14 Quum sciam obitum corporis mei brevi futurum, sicut & Dominus noster Jesus Christus notum fecit mihi.

15 Satagite autem etiam *illud* semper habere, ut etiam post exitum meum horum mentionem faciatis.

16 Nequaquam enim fabulas arte compositas sectamur, ut declarem vobis robur & adventum Domini nostri Jesu Christi: sed quum spectatores fuerimus Majestatis ipsius.

17 Nam quando accepit à Deo Patre honorem & gloriam, quum vox hujusmodi venit ad eum post gloriam majestate suâ decoram; Hic est ille Filius meus dilectus in quo ego mihi placui:

18 Nos quoque eandemmet vocem audivimus de cœlo ad eum venisse, quum essemus cum eo in monte sancto.

19 Habemus præterea quòd verum etiam sit verbum prophetiæ, illud in quod benè facitis quum intuemini tanquam in lucernam in obscuro loco splendentem, quoad dies elucescat, & sol oriatur in cordibus vestris.

20 Cùm hoc in primis sciatis quod omnis prophetia solutio scripturæ sua non sit.

21 Nequaquam enim voluntate hominis venit unquam prophetia; sed à Spiritu sancto tracti, locuti sunt sancti Dei homines.

CAPUT II.

1 Fuerunt autem & pseudoprophetæ in mundo, ut etiam inter vos erunt falsi doctores, qui subintroducent hæreses perniciosas, & Dominum qui emit illos, negabunt: accersentes sibi-ipsis celerem perditionem.

2 Et multi abibunt post impuritatem eorum: propter quos blasphemabitur via veritatis.

3 Et in avaritia verborum fallaciter effictorum vos negotiabuntur: quorum judicium jam olim non cessat, & interitus non dormitat.

4 Si enim Deus Angelis qui peccaverunt, non pepercit, sed catenis caliginis in infimis conclusit illos, & tradidit eos ut servarentur ad judicium cruciatus:

5 Et pristino mundo non pepercit, sed Noë octavum, justitiæ prædicatorem servavit, quando diluvium super mundum peccatorum adduxit.

6 Urbes Sodomam & Gomorram combussit, easque subversione damnavit, cùm exemplum impiis qui futuri erant proposuit:

7 Lot quoque justum, qui tundebatur ab impura eorum conversatione qui sine lege erant, eripuit:

8 Visu enim & auditu, dum justus ille inter ipsos habitaret, in dies animam suam justam operibus illegitimis excruciabat.

9 Novit Dominus ab angustia liberare timentes eum; iniquos autem ad diem judicii cruciandos servabit.

10 Præsertim verò illos qui carnem obscoenis cupiditatibus sequuntur,

sequuntur, & dominationem despiciunt; audaces & arrogantes, qui à gloria non moventur dum blasphemant:

11 Ubi Angeli, qui virtute ac robore majores sunt illis, non ferunt adversus eos judicium blasphemiæ:

12 Isti verò qui ut muta animantia fuerunt in natura ad gladium & corruptionem, ea quæ non nôrunt, blasphemantes, in propria corruptione destruentur.

13 Quum iis, in quibus est iniquitas, merces iniquitatis, suavitas reputatur oblectatio quæ est in die. Foedati, maculisque pleni: qui dum se oblectant refectionibus suis, deliciantur.

14 Cùm oculos habeant plenos adulterio, & peccatis indesinentibus. Cùm inescent animas instabiles: & cor in avaritia exercitatum habent, filii maledictionis.

15 Qui relictâ rectâ viâ aberrarunt, & abierunt in via Bileam filii Beor, qui mercedem iniquitatis amavit:

16 Objurgatricem autem suæ transgressionis habuit asinam mutam, quæ hominum voce locuta, dementiam Prophetæ compescuit.

17 Hi sunt fontes sine aqua, nubes desuper propulsatæ, quibus caligo tenebrarum est reservata.

18 Nam ludibrium vanitatis loquentes, per obscœnas carnis cupiditates inescant eos qui propemodum fugiunt ab his qui in errore conversantur.

19 Et libertatem pollicentur eis, cum ipsi servi sint corruptionis: ejus enim rei à qua quis superatus *est*, ejusdem etiam servituti est addictus.

20 Nam si mundi obscœnitates fugerint per agnitionem Domini nostri & Redemptoris nostri Jesu Christi, hisce met rebus implicati, denuò superentur, factus est finis eorum

pejor

Pejor primordio.

21 Satius enim fuisset eis, non cognovisse viam justitiæ, quam ut cum cognoverint retrocedant à sancto præcepto sibi tradito.

22 Sed accidit eis verum proverbium; Canis reversus ad vomitum suum: Sus se abluit in volutabro cœni.

ܒ̈ܝܫܬܐ ܡܢ ܩܕܡܝܬܐ. 21 ܦܩܚ ܓܝܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܕܠܐ ܢܫܬܘܕܥܘܢ ܠܐܘܪܚܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܐܘ ܕܟܕ
ܐܫܬܘܕܥܘ ܠܒܣܬܪܐ ܢܗܦܟܘܢ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܐܫܬܠܡ ܠܗܘܢ. 22 ܓܕܫ ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܗܕܐ ܕܡܬܠܐ
ܫܪܝܪܐ: ܕܟܠܒܐ ܕܗܦܟ ܥܠ ܬܝܘܒܗ: ܘܚܙܝܪܬܐ
ܕܣܚܝܐ ܒܥܘܪܓܠܐ ܕܣܝܢܐ ܀

CAPUT III.

1 HAnc jam, dilecti mei, epistolam secundam scribo vobis, in quibus *utrisque* rectam mentem vestram commonefactione excito:

2 Ut recordemini verborum quæ prædicta sunt à sanctis Prophetis, & mandati Domini nostri ac Servatoris nostri, quod per Apostolos *accepistis*.

3 Hoc in primis scientes, quod venient in fine dierum irrisores deludentes, secundum concupiscentias suas incedentes,

4 Ac dicentes; Ubi est promissum adventus ejus? Siquidem ex quo patres nostri obdormierunt omnia sic permanent ab initio creationis.

5 Latet eos hoc volentes, cœlum *virtutum* jam pridem extitisse, & terram ex aquis & per aquas verbo Dei substitisse;

6 Per quæ mundus qui tum erat, aquis submersus est, & periit.

7 Cœlum autem quod nunc est & terra verbo ipsius repositi sunt, igni reservati in diem judicii, & perditionis hominum impiorum.

8 Hoc autem unum ne lateat vos, dilecti mei, quod unus dies apud Dominum instar mille annorum est, & mille anni unius instar diei.

9 Non cunctatur Dominus in suis promissis, ut quidam cunctationem arbitrantur; sed longanimis est propter vos, nolens quemquam perire,

sed

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

1 ܗܕܐ ܗܫܐ ܚܒܝܒܝ: ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܟܬܒܬ
ܠܟܘܢ. ܗܠܝܢ ܕܒܬܪܬܝܗܝܢ ܡܥܝܪ ܐܢܐ ܒܥܘܗܕܢܐ
ܠܬܪܥܝܬܟܘܢ ܕܟܝܬܐ. 2 ܕܬܥܗܕܘܢ ܠܡܠܐ ܕܩܕܡ
ܐܬܐܡܪܝ ܡܢ ܢܒܝܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܠܦܘܩܕܢܗ ܕܡܪܢ
ܘܦܪܘܩܢ ܕܒܝܕ ܫܠܝܚܐ. 3 ܟܕ ܗܕܐ ܠܘܩܕܡ
ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܢܐܬܘܢ ܒܚܪܬܐ ܕܝܘܡܬܐ ܡܒܙܚܢܐ
ܘܡܒܙܚܝܢ. ܟܕ ܐܝܟ ܪܓܝܓܬܐ ܕܢܦܫܗܘܢ.
ܡܗܠܟܝܢ 4 ܘܐܡܪܝܢ ܕܐܝܟܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܡܘܠܟܢܐ ܕܡܐܬܝܬܗ. ܡܢ ܟܕ ܓܝܪ ܐܒܗܬܢ
ܫܟܒܘ: ܟܠܡܕܡ ܗܟܢܐ ܡܟܬܪ. ܡܢ ܫܘܪܝܗ
ܕܒܪܝܬܐ. 5 ܛܥܝܐ ܠܗܘܢ ܗܕܐ ܟܕ ܨܒܝܢ: ܕܫܡܝܐ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܝܡ ܘܐܪܥܐ ܡܢ ܡܝܐ. ܘܒܝܕ
ܡܝܐ ܩܡܬ ܒܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. 6 ܗܠܝܢ
ܕܒܐܝܕܝܗܝܢ ܥܠܡܐ ܕܗܝܕܝܢ ܒܡܝܐ ܛܦ ܘܐܒܕ.
7 ܫܡܝܐ ܕܝܢ ܕܗܫܐ ܘܐܪܥܐ ܒܡܠܬܐ ܕܝܠܗ
ܐܣܝܢܝܢ. ܟܕ ܠܢܘܪܐ ܡܬܢܛܪܝܢ. ܠܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ
ܘܠܐܒܕܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܪܘܫܥܐ. 8 ܗܕܐ ܕܝܢ ܚܕܐ:
ܠܐ ܬܛܥܐ ܠܟܘܢ ܚܒܝܒܝ: ܕܚܕ ܝܘܡܐ ܠܡܪܝܐ: ܐܝܟ
ܐܠܦ ܫܢܝܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܐܠܦ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܝܘܡܐ
ܚܕ. 9 ܠܐ ܡܫܘܚܪ ܡܪܝܐ ܒܡܘܠܟܢܘܗܝ.
ܐܝܟ ܕܐܢܫܝܢ ܡܫܘܚܪܐ ܡܬܚܫܒܝܢ. ܐܠܐ ܡܓܪ ܪܘܚܗ
ܡܛܠܬܟܘܢ. ܟܕ ܠܐ ܨܒܐ ܕܐܢܫ ܢܐܒܕ:

ܐܠܐ

sed unumquemque ad resipiscentiam venire.

10 Veniet autem sicut fur dies Domini, in quo cœli repentè transibunt, elementa verò ardentia solventur, & terra, quæque in ea sunt opera non reperientur.

11 Quum igitur hæc omnia solvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus vestris, & in timore Dei,

12 Expectantes & desiderantes adventum diei Dei, in quo cœli igne probati dissolventur, & elementa ardentia liquescent?

13 Cœlos autem novos ac terram secundum promissum ejus expectamus, in quibus justitia habitat.

14 Propterea dilecti mei, hæc expectantes, curam adhibete ut sine labe & sine macula ei reperiamini cum pace.

15 Et longanimitatem Domini salutem reputate: quemadmodum etiam dilectus frater noster Paulus, juxta sapientiam quæ data est ei, scripsit vobis:

16 Ut in omnibus suis epistolis locutus est de istis: in quibus est nonnihil quod est intellectu difficile. Illi qui sine scientia sunt & non fulti, pervertunt eas, ut reliquas etiam illas scripturas, ad suam perditionem.

17 Vos igitur, dilecti mei, quum hæc præsciatis, custodite vos ipsos, ne forte sectantes errorem eorum qui sine lege sunt, excidatis à fulcimento vestro.

18 Sed crescite in gratia & cognitione Domini nostri & Salvatoris nostri Jesu Christi, & Dei Patris: cui gloria cùm nunc tum semper, & in dies seculi. Amen.

Finita est Epistola secunda Petri Apostoli.

SEQUITUR EPISTOLA JOHANNIS APOSTOLI.

CAPUT I.

1 ANnunciamus vobis id quod erat à principio, quod audivimus & vidimus oculis nostris, vidimus, & palpavimus manibus nostris, illud quod est verbum vitæ.

2 Et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, ac prædicamus vobis vitam quæ est in æternum, quæ erat apud Patrem, & revelata est nobis.

3 Et id quod vidimus & audivimus vobis etiam patefacimus, ut sit vobis communio nobiscum: & communio autem nostra est cum Patre & cum Filio ejus Jesu Christo.

4 Et hæc scribimus vobis, ut gaudium nostrum quod est in vobis, sit completum:

5 Et hæc est annunciatio quam audivimus ab eo, & annunciamus vobis, *nempe* quòd Deus lux est, & tenebræ prorsus nullæ sunt in eo.

6 Et si dicamus quòd communio sit nobis cum eo, & ambulamus in tenebris, mendaces sumus, & non in veritate incedimus.

7 Si autem in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, communio est nobis invicem, & sanguis Jesu Filii ejus purificat nos ab omnibus peccatis nostris.

8 Et si dixerimus quòd non est nobis peccatum, nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis:

9 Si vero confitemur peccata nostra, fidelis est

ܐܓܪܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ :·

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܡܣܒܪܝܢܢ ܠܟܘܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܒܪܫܝܬ . ܗܘ ܕܫܡܥܢ ܘܚܙܝܢܝܗܝ ܒܥܝܢܝܢ . ܚܙܝܢ ܘܓܫܝܢ ܒܐܝܕܝܢ . ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܐ ܕܚܝܐ . 2 ܘܚܝܐ ܐܬܓܠܝܘ . ܘܚܙܝܢ ܘܣܗܕܝܢ . ܘܡܣܒܪܝܢܢ ܠܟܘܢ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ . ܗܢܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܠܘܬ ܐܒܐ ܘܐܬܓܠܝܘ ܠܢ . 3 ܘܡܕܡ ܕܚܙܝܢ ܘܫܡܥܢ ܡܣܒܪܝܢܢ ܐܦ ܠܟܘܢ . ܕܬܗܘܐ ܠܟܘܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܥܡܢ . ܘܫܘܬܦܘܬܢ ܕܝܢ ܕܝܠܢ ܐܝܬܝܗ : ܥܡ ܐܒܐ ܘܥܡ ܒܪܗ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . 4 ܘܗܠܝܢ ܟܬܒܝܢܢ ܠܟܘܢ : ܕܚܕܘܬܢ ܕܒܟܘܢ ܬܗܘܐ ܡܫܡܠܝܐ . 5 ܘܗܕܐ ܗܝ ܣܒܪܬܐ ܕܫܡܥܢ ܡܢܗ ܘܡܣܒܪܝܢܢ ܠܟܘܢ ܕܐܠܗܐ ܢܘܗܪܐ ܗܘ . ܘܚܫܘܟܐ ܟܠܠ ܠܝܬ ܒܗ . 6 ܘܐܢ ܐܡܪܝܢܢ ܕܫܘܬܦܘܬܐ ܐܝܬ ܠܢ ܥܡܗ ܘܒܚܫܘܟܐ ܡܗܠܟܝܢܢ : ܕܓܠܐ ܚܢܢ ܘܠܐ ܒܩܘܫܬܐ ܪܕܝܢܢ . 7 ܐܢ ܕܝܢ ܒܢܘܗܪܐ ܡܗܠܟܝܢܢ ܐܝܟ ܕܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܒܢܘܗܪܐ : ܐܝܬ ܠܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܥܡ ܚܕܕܐ . ܘܕܡܐ ܕܝܫܘܥ ܒܪܗ ܡܕܟܐ ܠܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܚܛܗܝܢ . 8 ܘܐܢ ܢܐܡܪ ܕܠܝܬ ܠܢ ܚܛܝܬܐ ܢܦܫܢ ܡܛܥܝܢܢ . ܘܫܪܪܐ ܠܝܬ ܒܢ . 9 ܐܢ ܕܝܢ ܡܘܕܝܢܢ ܒܚܛܗܝܢ : ܡܗܝܡܢ

ܗܘ

ܗܘ ܘܟܐܢ ܕܢܫܒܘܩ ܠܢ ܚܛܗܝܢ܂ ܘܢܕܟܝܢ ܡܢ
ܟܠܗ ܥܘܠܢ܂ 10 ܘܐܢ ܢܐܡܪ ܕܠܐ ܚܛܝܢ܆
ܕܓܠܐ ܥܒܕܝܢܢ ܠܗ܂ ܘܡܠܬܗ ܠܝܬ ܠܘܬܢ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܒ

1 ܒܢܝ܆ ܗܠܝܢ ܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܠܐ
ܬܚܛܘܢ܂ ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܚܛܐ܆ ܐܝܬ ܠܢ ܦܪܩܠܝܛܐ
ܠܘܬ ܐܒܐ܂ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܙܕܝܩܐ܂ 2 ܗܘܝܘ
ܓܝܪ ܚܘܣܝܐ ܕܥܠ ܚܛܗܝܢ܂ ܘܠܐ ܚܠܦ
ܕܝܠܢ ܒܠܚܘܕ܆ ܐܠܐ ܐܦ ܚܠܦ ܟܠܗ ܥܠܡܐ܂
3 ܘܒܗܕܐ ܡܪܓܫܝܢܢ ܕܝܕܥܢܝܗܝ܆ ܐܢ ܢܛܪܝܢܢ
ܦܘܩܕܢܘܗܝ܂ 4 ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܡܪ ܕܝܕܥܬܗ
ܘܦܘܩܕܢܘܗܝ ܠܐ ܢܛܪ܆ ܕܓܠܐ ܗܘ ܘܫܪܪܐ ܠܝܬ
ܒܗ܂ 5 ܗܘ ܕܝܢ ܕܢܛܪ ܡܠܬܗ܆ ܒܗ ܫܪܝܪܐܝܬ
ܡܫܡܠܝܐ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ܂ ܒܗܕܐ ܓܝܪ
ܝܕܥܝܢܢ ܕܒܗ ܚܢܢ܂ 6 ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܒܗ ܡܩܘܐ܆
ܘܠܐ ܠܗ ܕܐܝܟ ܗܘܠܟܢܘܗܝ ܢܗܠܟ܀
7 ܚܒܝܒܝ ܠܐ ܗܘܐ ܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆
ܐܠܐ ܦܘܩܕܢܐ ܥܬܝܩܐ܂ ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܡܢ
ܪܝܫܐ܂ ܦܘܩܕܢܐ ܕܝܢ ܥܬܝܩܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܐ
ܗܝ ܕܫܡܥܬܘܢ܂ 8 ܬܘܒ ܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܟܬܒ
ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܫܪܝܪܐ܂ ܒܗ ܘܒܟܘܢ܂
ܕܚܫܘܟܐ ܥܒܪ ܠܗ܂ ܘܢܘܗܪܐ ܕܫܪܪܐ ܫܪܝ ܠܡܬܚܙܝܘ܂
9 ܡܢ ܕܐܡܪ ܕܒܢܘܗܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܣܢܐ
ܠܐܚܘܗܝ܆ ܒܚܫܘܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ܂
10 ܗܘ ܕܡܚܒ ܠܐܚܘܗܝ ܒܢܘܗܪܐ ܡܩܘܐ܂
ܘܡܟܫܘܠܐ ܠܝܬ ܒܗ܂ 11 ܗܘ ܕܝܢ ܕܣܢܐ ܠܐܚܘܗܝ܆
ܒܚܫܘܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܒܚܫܘܟܐ ܡܗܠܟ܂ ܘܠܐ
ܝܕܥ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ܂ ܡܛܠ ܕܚܫܘܟܐ ܥܘܪ ܐܢܝܢ
ܠܥܝܢܘܗܝ܂ 12 ܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܢܝ ܕܐܫܬܒܩܘ
ܠܟܘܢ

est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & purificet nos ab omni iniquitate nostra.

10 Et si dixerimus quòd non peccavimus, facimus eum mendacem, & sermo ejus non est apud nos.

CAPUT II.

1 Filii mei, hæc scribo vobis ne peccetis: & si quis peccaverit, est nobis Advocatus apud Patrem, Jesus Christus justus:

2 Ipse enim est propitiatio quæ pro peccatis nostris; & non pro nobis tantùm, sed etiam pro toto mundo.

3 Et in hoc sentimus quòd cognoscimus eum, si observamus mandata ejus.

4 Is enim qui dicit; Novi eum, & mandata ejus non servat, mendax est, & veritas non est in eo.

5 Qui verò servat sermonem ejus, in eo verè perfecta est charitas Dei: per hoc enim cognoscimus quòd in eo simus.

6 Is qui dicit; In eo sum, convenit ei ut juxta ambulationes ejus ambulet.

7 Dilecti mei, non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod erat vobis à principio; mandatum autem vetus est sermo ille quem audivistis.

8 Rursum mandatum novum scribo vobis, quod est verum in ipso & in vobis; Quòd tenebræ transiverunt, & lumen verum incepit apparere

9 Qui dicit igitur quòd est in luce, & odit fratrem suum, in tenebris est usque nunc.

10 Qui diligit fratrem suum, in luce manet, & offendiculum non est in eo:

11 Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ excæcârunt ipsos oculos ejus.

12 Scribo vobis, filii, quòd remissa sunt vobis

nobis peccata vestra propter nomen ejus.

13 Scribo vobis, patres, quia novistis eum qui erat à principio. Scribo vobis, adolescentes, quòd vicistis Malum.

14 Scripsi vobis, pueri, quoniam novistis Patrem. Scripsi vobis, patres, quòd novistis eum qui est à principio. Scripsi vobis, adolescentes, quod fortes estis, & sermo Dei habitat in vobis, & vicistis Malum.

15 Ne diligatis mundum, neque quicquam quod est in eo: qui enim diligit mundum, charitas Patris non est in eo:

16 Quicquid enim est in ipso mundo, concupiscentia est corporis, & concupiscentia est oculorum, & superbia mundi: quæ non sunt à Patre, sed sunt ab ipso mundo.

17 Et transit mundus, ipse & concupiscentia ejus: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

18 Filii mei, tempus est ultimum: & quemadmodum audivistis quòd venturus est pseudochristus, & nunc multi facti sunt pseudochristi: & hinc cognoscimus quod tempus est ultimum.

19 E nobis egressi sunt, sed ex nobis non erant: si enim ex nobis fuissent, apud nos permansissent: sed egressi sunt è nobis, ut notum fieret quod non erant ex nobis.

20 At vobis unctio est à Sancto, & discernitis omnem hominem.

21 Non scripsi vobis, quòd nesciatis ipsam veritatem, sed quòd novistis eam, & quòd nullum mendacium sit ab ipsa veritate.

22 Quis est mendax, nisi is qui negat quòd Jesus non sit Christus? & hic est pseudochristus. Qui negat Patrem, negat etiam Filium.

23 Et qui negat Filium, neque in Patrem credit: qui confitetur Filium, & Patrem quoque confitetur.

ܕܐܫܬܒܩܘ ܠܟܘܢ ܚܛܗܝܟܘܢ ܡܛܠ ܫܡܗ. 13 ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܐܒܗܐ ܕܝܕܥܬܘܢ ܠܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ. ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܥܠܝܡܐ ܕܙܟܝܬܘܢ ܠܒܝܫܐ. 14 ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܛܠܝܐ ܕܝܕܥܬܘܢ ܠܐܒܐ. ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܐܒܗܐ ܕܝܕܥܬܘܢ ܠܗܘ ܕܡܢ ܩܕܡ ܐܝܬܘܗܝ. ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܥܠܝܡܐ ܕܚܝܠܬܢܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܥܡܪܐ ܒܟܘܢ. ܘܙܟܝܬܘܢ ܠܒܝܫܐ. 15 ܠܐ ܬܪܚܡܘܢ ܥܠܡܐ ܘܠܐ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܠܥܠܡܐ: ܚܘܒܗ ܕܐܒܐ ܠܝܬ ܒܗ. 16 ܡܛܠ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܥܠܡܐ ܪܓܬܐ ܗܝ ܕܦܓܪܐ. ܘܪܓܬܐ ܗܝ ܕܥܝܢܐ ܘܫܘܒܗܪܐ ܕܥܠܡܐ. ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܗܘܝ ܡܢ ܐܒܐ. ܐܠܐ ܡܢܗ ܐܢܝܢ ܡܢ ܥܠܡܐ. 17 ܘܥܠܡܐ ܗܘ ܥܒܪ ܘܪܓܬܗ. ܘܗܘ ܕܥܒܕ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܩܐܡ ܠܥܠܡ. 18 ܒܢܝ: ܙܒܢܐ ܗܘ ܐܚܪܝܐ. ܘܐܝܟ ܕܫܡܥܬܘܢ ܕܥܬܝܕ ܕܢܐܬܐ ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ. ܘܗܫܐ ܗܘܘ ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ ܣܓܝܐܐ: ܘܡܢ ܗܕܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܙܒܢܐ ܗܘ ܐܚܪܝܐ. 19 ܡܢܢ ܢܦܩܘ ܐܠܐ ܠܘ ܡܢܢ ܗܘܘ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܡܢܢ ܗܘܘ ܠܘܬܢ ܡܩܘܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ ܢܦܩܘ ܡܢܢ: ܕܢܬܝܕܥܘܢ ܕܠܘ ܡܢܢ ܗܘܘ. 20 ܘܐܢܬܘܢ ܡܫܝܚܘܬܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܩܕܝܫܐ. ܘܦܪܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܠ ܐܢܫ. 21 ܠܐ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܠܫܪܪܐ. ܐܠܐ ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ. ܘܕܟܠ ܕܓܠܘܬܐ ܠܐ ܗܘܬ ܡܢܗ ܡܢ ܫܪܪܐ. 22 ܡܢܘ ܕܓܠܐ: ܐܠܐ ܐܢ ܐܝܢܐ ܕܟܦܪ ܕܝܫܘܥ ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ. ܘܗܢܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ. ܗܘ ܕܟܦܪ ܒܐܒܐ. ܟܦܪ ܐܦ ܒܒܪܐ. 23 ܘܗܘ ܕܟܦܪ ܒܒܪܐ ܐܦܠܐ ܒܐܒܐ ܡܗܝܡܢ. ܡܢ ܕܡܘܕܐ ܒܒܪܐ ܡܘܕܐ ܐܦ ܒܐܒܐ.

24 ܘܐܢܬܘܢ ܡܕܡ ܕܫܡܥܬܘܢ ܡܢ ܪܫܝܬ ܒܟܘܢ ܢܩܘܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܢܩܘܐ ܒܟܘܢ ܡܕܡ ܕܫܡܥܬܘܢ ܡܢ ܪܫܝܬ: ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܒܐܒܐ ܘܒܒܪܐ ܬܩܘܘܢ. 25 ܘܗܢܘ ܫܘܘܕܝܐ ܕܐܫܬܘܕܝ ܠܢ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. 26 ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ: ܡܛܠ ܗܢܘܢ ܕܡܛܥܝܢ ܠܟܘܢ. 27 ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܐܢ ܩܘܝܐ ܒܟܘܢ ܡܫܝܚܘܬܐ ܕܩܒܠܬܘܢ ܡܢܗ: ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܢܫ ܢܠܦܟܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܗܝ ܡܠܦܐ ܠܟܘܢ ܥܠ ܟܠܡܕܡ. ܘܫܪܝܪܐ ܗܝ ܘܠܝܬ ܒܗ ܕܓܠܘܬܐ. ܘܐܝܟ ܕܐܠܦܬܟܘܢ ܩܘܘ ܒܗ. 28 ܘܗܫܐ ܒܢܝ ܩܘܘ ܒܗ. ܕܡܐ ܕܡܬܓܠܐ ܠܐ ܢܒܗܬ ܡܢܗ. ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܦܪܗܣܝܐ ܒܡܐܬܝܬܗ. 29 ܐܢ ܝܕܥܬܘܢ ܕܟܐܢ ܗܘ ܕܥܘ ܐܦ ܟܠ ܕܥܒܕ ܟܐܢܘܬܐ ܡܢܗ ܐܝܬܘܗܝ.

24 Et vos quicquid audivistis ab initio, maneat in vobis. Si enim maneat in vobis quicquid audivistis ab initio, etiam vos manetis in Patre & in Filio.

25 Et hæc est promissio quam promisit nobis, *nempè* vita quæ est in æternum.

26 Hæc autem scripsi vobis, propter eos qui seducunt vos.

27 Et etiam vos, si manserit in vobis unctio quam accepistis ab eo, non opus habetis ut quisquam doceat vos, sed sicut unctio illa est à Deo, ipsa docet vos de omni re: & vera est, nec est in eâ mendacium: & sicut docuit vos, manete in eo.

28 Et nunc, filii mei, manete in eo; ut quum manifestabitur, non pudefiamus ab eo, sed sit nobis fiducia in adventu ejus.

29 Si novistis quod justus est, scitote quòd quisquis facit justitiam, ex ipso est.

ܩܦܠܐܘܢ ܓ

CAPUT III.

1 ܘܚܙܘ ܟܡܐ ܪܒ ܚܘܒܗ ܕܐܒܐ ܠܘܬܢ: ܕܒܢܝܐ ܩܪܢ ܘܐܦ ܥܒܕܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥ ܠܢ. ܕܐܦܠܐ ܠܗ ܝܕܥܗ. 2 ܚܒܝܒܝ: ܗܫܐ ܒܢܝܐ ܚܢܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܐܬܓܠܝ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܡܢܐ ܥܬܝܕܝܢ ܚܢܢ ܠܡܗܘܐ. ܝܕܥܝܢ ܕܝܢ ܕܡܐ ܕܐܬܓܠܝ ܒܕܡܘܬܗ ܗܘܝܢ. ܘܚܙܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܐܝܬܘܗܝ. 3 ܘܟܠ ܐܢܫ ܕܐܝܬ ܠܗ ܣܒܪܐ ܗܢܐ ܥܠܘܗܝ: ܡܕܟܐ ܢܦܫܗ ܐܝܟ ܕܗܘ ܕܟܐ ܗܘ. 4 ܟܠ ܕܝܢ ܕܥܒܕ ܚܛܝܬܐ ܥܘܠܐ ܥܒܕ: ܚܛܝܬܐ ܓܝܪ ܟܠܗ ܥܘܠܐ ܗܝ. 5 ܘܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܗܘ ܐܬܓܠܝ ܕܢܫܩܘܠ ܚܛܗܝܢ. ܘܚܛܝܬܐ ܒܗ ܠܝܬ. 6 ܘܟܠ ܕܒܗ ܩܘܐ ܠܐ ܚܛܐ. ܘܟܠ ܕܚܛܐ ܠܐ ܚܙܝܗܝ ܘܠܐ ܝܕܥܗ.

1 ET videte quàm magna sit charitas Patris erga nos, qui filios vocavit nos, etiam fecit nos. Proptereà mundus non novit nos, quia etiam ipsum non novit.

2 Dilecti mei, nunc filii sumus Dei, & non revelatum est usque adhuc quid futuri simus. Scimus autem quòd quum manifestatus fuerit, in similitudine ejus erimus, & videbimus eum sicuti est.

3 Et omnis cui est de eo hæc spes, purificat seipsum sicuti ipse purus est.

4 Qui autem facit peccatum, iniquitatem agit: peccatum enim omne inquitas est.

5 Et scitis quod ille manifestatus est, ut tolleret peccata nostra; & peccatum in eo non est.

6 Et omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, & non novit eum.

7 Filii mei, ne quis seducat vos. Qui facit justitiam, justus est, sicut etiam ipse Christus est justus.

8 Et is qui agit peccatum, ex Satana est: quia à principio ipse Satanas peccator est. Et propter hoc apparuit Filius Dei, ut dissolveret opera Satanæ.

9 Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo est: neque potest peccare, quia ex Deo natus est.

10 In hoc discernuntur filii Dei à filiis Satanæ; Omnis qui non facit justitiam, & non diligit fratrem suum, non est ex Deo.

11 Quoniam hoc est mandatum quod audivistis ab initio, ut diligatis unus alium.

12 Non sicut Cain qui erat ex malo, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum, nisi quia mala fuerunt opera ejus, & fratris ipsius justa?

13 Et ne miremini, fratres mei, si odit vos mundus.

14 Nos novimus quod transivimus de morte ad vitam, in hoc quod diligimus fratres. Is qui non diligit fratrem suum, in morte manet.

15 Quisquis enim odit fratrem suum, homicida est: & scitis quòd in nullo homicida potest manere vita quæ est in æternum.

16 In hoc cognoscimus charitatem illius quæ fuit erga nos; quòd ipse dedit animam suam pro nobis: & etiam justum est nobis, ut pro fratribus nostris demus animas nostras.

17 Et is cui fuerit possessio mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo est charitas Dei in eo?

18 Filii mei, ne diligamus alius alium sermonibus & linguâ, sed operibus & veritate.

19 Et per hoc cognoscimus quòd ex veritate sumus, & antequam veniat ipse, persuasum reddimus cor nostrum.

20 Quod si cor nostrum condemnat nos, quantò magis Deus qui major est corde nostro, & novit omnia?

21 Dilecti mei, si cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habemus coram Deo:

22 Et quicquid petimus, accipimus ab eo: quoniam & servamus præcepta ejus, & bona agimus coram eo.

23 Et hoc est mandatum ejus; Ut credamus in nomen Filii ejus Jesu Christi, & diligamus alius alium, sicut mandavit nobis.

24 Et is qui servat mandata ejus, per ipsum servatur, & ipse manet in eo: & per hoc intelligimus quod maneat in nobis, è Spiritu ejus quem dedit nobis.

CAPUT IV.

1 Dilecti mei, ne omnibus spiritibus credatis; sed discernite spiritus, num ex Deo sint: quia multi pseudoprophetæ exiverunt in mundum.

2 Per hoc cognoscitur Spiritus Dei; Omnis spiritus qui confitetur quod Jesus Christus venit in carnem, ex Deo est.

3 Et omnis spiritus qui non confitetur quod Jesus venit in carnem, non est ex Deo: sed hic ex pseudochristo est, de quo audivistis quod veniet, & nunc jam in mundo est.

4 Vos autem ex Deo estis, filii, & vicistis eos: quoniam major est is qui in vobis est quàm qui in mundo.

5 Et illi ex mundo sunt, idcirco ex mundo loquuntur, & mundus eos audit.

6 Nos autem ex Deo sumus: & is qui novit Deum, audit nos: & is qui non est ex Deo, non audit nos: per hoc ipsum intelligimus spiritum veritatis, & spiritum deceptionis.

7 Dilecti mei,

diligamus

diligamus alius alium: quia charitas ex Deo est: & quisquis diligit, ex Deo natus est: & novit Deum:

8 Quia Deus charitas est: & quisquis non diligit, non novit Deum.

9 In hoc innotuit charitas Dei quæ est erga nos, quòd Filium suum unicum miserit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

10 In hoc est charitas, nequaquam quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse Deus dilexerit nos, & miserit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

11 Dilecti mei, si ita dilexit nos Deus, & nos etiam debemus unus alium diligere.

12 Deum nemo vidit unquam. Si autem diligamus unus alium, Deus in nobis manet, & charitas ejus impletur in nobis.

13 Et per hoc cognoscimus quòd in eo manemus, & ipse manet in nobis, quòd de Spiritu suo dedit nobis.

14 Et nos vidimus, & testamur, quòd Pater misit Filium suum Servatorem in mundum.

15 Omnis qui confitetur Jesum quòd sit Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse manet in Deo.

16 Et nos credidimus & novimus charitatem quæ est ipsi Deo erga nos. Deus enim charitas est, & quisquis manet in charitate, in Deo manet.

17 Et in hoc impletur charitas ejus nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia sicut ipse fuit, ita etiam nos sumus in hoc mundo.

18 Timor in charitate non est, sed charitas perfecta foras ejicit timorem: quia timor in periculo est: is autem qui timet, non est perfectus in charitate.

19 Nos igitur diligamus Deum, quia ipse priùs dilexit nos.

20 Si autem quis dixerit; Diligo Deum, & fratrem suum odio habet, mendax est: ille enim qui fratrem suum qui videtur, non diligit

ܢܚܒ ܚܕ ܠܚܕ. ܡܛܠ ܕܚܘܒܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܗܘ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܡܚܒ ܡܢ ܐܠܗܐ ܝܠܝܕ ܘܝܕܥ ܠܐܠܗܐ.

8 ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܚܘܒܐ ܗܘ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܠܐ ܡܚܒ ܠܐ ܝܕܥ ܠܐܠܗܐ.

9 ܒܗܢܐ ܐܬܝܕܥ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ ܠܘܬܢ. ܕܠܒܪܗ ܝܚܝܕܝܐ ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡܐ ܕܢܚܐ ܒܐܝܕܗ.

10 ܒܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܘܒܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܕܚܢܢ ܐܚܒܢ ܠܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܕܗܘ ܐܠܗܐ ܐܚܒܢ. ܘܫܕܪ ܠܒܪܗ ܚܘܣܝܐ ܚܠܦ ܚܛܗܝܢ.

11 ܚܒܝܒܝ ܐܢ ܗܟܢܐ ܐܚܒܢ ܐܠܗܐ: ܐܦ ܚܢܢ ܚܝܒܝܢ ܚܢܢ ܕܢܚܒ ܚܕ ܠܚܕ:

12 ܠܐܠܗܐ ܡܡܬܘܡ ܐܢܫ ܠܐ ܚܙܝܗܝ. ܐܢ ܢܚܒ ܚܕ ܠܚܕ: ܐܠܗܐ ܒܢ ܡܩܘܐ. ܘܚܘܒܗ ܡܫܡܠܝ ܒܢ.

13 ܘܒܗܢܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܒܗ ܡܩܘܝܢܢ ܘܗܘ ܡܩܘܐ ܒܢ. ܕܡܢ ܪܘܚܗ ܝܗܒ ܠܢ:

14 ܘܚܢܢ ܚܙܝܢ ܘܡܣܗܕܝܢܢ ܕܐܒܐ ܫܕܪ ܠܒܪܗ ܦܪܘܩܐ ܠܥܠܡܐ.

15 ܟܠ ܕܡܘܕܐ ܠܝܫܘܥ ܕܗܘܝܘ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ: ܐܠܗܐ ܒܗ ܡܩܘܐ. ܘܗܘ ܡܩܘܐ ܒܐܠܗܐ.

16 ܘܚܢܢ ܗܝܡܢܢ ܘܝܕܥܢ ܚܘܒܐ ܕܐܝܬ ܠܐܠܗܐ ܠܘܬܢ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܚܘܒܐ ܗܘ. ܘܟܠ ܕܡܩܘܐ ܒܚܘܒܐ ܒܐܠܗܐ ܡܩܘܐ.

17 ܘܒܗܢܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܚܘܒܗ ܥܡܢ: ܕܢܗܘܐ ܠܢ ܦܪܗܣܝܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ. ܕܐܝܟ ܕܗܘ ܗܘܐ. ܐܦ ܚܢܢ ܐܝܬܝܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ.

18 ܕܚܠܬܐ ܒܚܘܒܐ ܠܝܬ. ܐܠܐ ܚܘܒܐ ܡܫܡܠܝܐ ܠܒܪ ܫܕܝܐ ܠܕܚܠܬܐ. ܡܛܠ ܕܕܚܠܬܐ ܒܫܢܩܐ ܐܝܬܝܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܕܚܠ ܠܐ ܡܫܡܠܝ ܒܚܘܒܐ.

19 ܚܢܢ ܗܟܝܠ ܢܚܒ ܠܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܩܕܡܐܝܬ ܐܚܒܢ.

20 ܐܢ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܕܡܚܒ ܐܢܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܠܐܚܘܗܝ ܣܢܐ: ܕܓܠܐ ܗܘ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܡܚܒ ܠܐܚܘܗܝ ܕܚܙܐ ܠܗ: ܠܐ ܡܚܒ

ܡܚܒ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܚܙܐ ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ
ܕܢܚܒ. 21 ܘܗܢܐ ܦܘܩܕܢܐ ܩܒܠܢ ܡܢܗ.
ܕܟܠ ܕܡܚܒ ܠܐܠܗܐ ܢܚܒ ܐܦ ܠܐܚܘܗܝ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܗ

1 ܟܠܢܫ ܕܡܗܝܡܢ ܕܝܫܘܥ ܐܝܬܘܗܝ
ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܝܠܝܕ: ܘܟܠ ܕܡܚܒ
ܠܝܠܘܕܐ: ܡܚܒ ܐܦ ܠܗܘ ܕܝܠܝܕ ܡܢܗ.
2 ܒܗܕܐ ܝܕܥܝܢܢ ܕܡܚܒܝܢܢ ܠܒܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ:
ܡܐ ܕܠܐܠܗܐ ܡܚܒܝܢܢ ܘܥܒܕܝܢܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ.
3 ܗܕܐ ܗܝ ܓܝܪ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ. ܕܢܛܪ
ܦܘܩܕܢܘܗܝ. ܘܦܘܩܕܢܘܗܝ ܠܐ ܝܩܝܪܝܢ.
4 ܡܛܠ ܕܟܠ ܕܝܠܝܕ ܡܢ ܐܠܗܐ ܙܟܐ ܠܗ
ܠܥܠܡܐ. ܘܗܕܐ ܗܝ ܙܟܘܬܐ ܕܙܟܬܗ ܠܥܠܡܐ
ܗܝܡܢܘܬܢ. 5 ܡܢܘ ܓܝܪ ܕܙܟܐ ܠܗ ܠܥܠܡܐ:
ܐܠܐ ܗܘ ܕܡܗܝܡܢ ܕܝܫܘܥ ܗܘ ܗܘ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ.
6 ܗܢܘ ܕܐܬܐ ܒܡܝܐ ܘܒܕܡܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܠܐ ܗܘܐ ܒܡܝܐ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܒܡܝܐ ܘܒܕܡܐ.
ܘܪܘܚܐ ܡܣܗܕܐ ܕܗܝ ܪܘܚܐ ܐܝܬܝܗ ܫܪܪܐ.
7 ܡܛܠ ܕܬܠܬܐ ܐܝܬ ܕܣܗܕܝܢ ܒܫܡܝܐ. ܐܒܐ ܘܡܠܬܐ
ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܬܠܬܝܗܘܢ ܚܕ ܐܢܘܢ:
8 ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܬܠܬܐ ܕܣܗܕܝܢ [ܒܐܪܥܐ]. ܪܘܚܐ
ܘܡܝܐ ܘܕܡܐ. ܘܬܠܬܝܗܘܢ ܒܚܕ ܐܢܘܢ. 9 ܐܢ
ܣܗܕܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܡܩܒܠܝܢܢ: ܟܡܐ ܪܒܐ ܣܗܕܘܬܗ
ܕܐܠܗܐ ܪܒܐ ܗܝ. ܘܗܕܐ ܗܝ ܣܗܕܘܬܗ ܕܐܠܗܐ
ܕܐܣܗܕ ܥܠ ܒܪܗ. 10 ܟܠܢܫ ܕܡܗܝܡܢ
ܒܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬ ܠܗ ܗܕܐ ܣܗܕܘܬܐ ܒܢܦܫܗ.
ܟܠ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢ ܠܐܠܗܐ ܕܓܠܐ ܥܒܕܗ. ܕܠܐ ܗܝܡܢ
ܒܣܗܕܘܬܐ ܕܐܣܗܕ ܐܠܗܐ ܥܠ ܒܪܗ. 11 ܘܗܕܐ
ܗܝ ܣܗܕܘܬܐ: ܕܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܝܗܒ ܠܢ ܐܠܗܐ.
ܘܗܢܘܢ

diligit, Deum ipsum qui non videtur, quomodo potest diligere?

21 Et hoc mandatum accepimus ab eo, ut omnis qui diligit Deum, diligat etiam fratrem suum.

CAPUT V.

1 Omnis qui credit quòd Jesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit genitorem, diligit etiam eum qui genitus est ex eo.

2 Et in hoc cognoscimus quòd diligimus filios Dei, quum diligimus Deum, & facimus mandata ejus.

3 Hæc enim est dilectio Dei, ut servemus mandata ejus: & mandata ejus non sunt gravia.

4 Quia quicquid natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vicit mundum, fides nostra.

5 Quis enim est qui vincit mundum, nisi is qui credit quòd ipse Jesus Filius Dei *est*?

6 Hic est qui venit per aquas & sanguinem, *nempè* Jesus Christus: nequaquam per aquas tantùm, sed per aquas & sanguinem. Et Spiritus testatur quoniam ipse Spiritus est veritas.

7 Quia tres sunt qui testantur in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.

8 Et sunt tres testes [in terra]; Spiritus, & aquæ, & sanguis: & hi tres in unum sunt.

9 Si testimonium hominum accipimus, quantò magis testimonium Dei quod maximum est? & hoc est testimonium Dei quod testificatus est de Filio suo.

10 Quisquis credit in Filium Dei, est ei hoc testimonium in seipso. Omnis qui non credit Deo, mendacem fecit eum: eò quòd non crediderit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo.

11 Et hoc est testimonium, quòd vitam quæ est in æternum dedit nobis Deus: & ipsa

& ipsa vita in Filio ejus est.

12 Omnis qui habet Filium, habet etiam vitam: & omnis qui non habet Filium Dei, non est ei vita.

13 Hæc scripsi vobis, ut sciretis quòd vita æterna est vobis, qui credidistis in nomen Filii Dei.

14 Et hæc confidentia est nobis apud eum, quòd quicquid petimus eum secundùm voluntatem ejus, audit nos.

15 Et si persuasi sumus quòd audit nos in eo quod petimus ab eo, confidimus quòd accepimus jam petitiones nostras quas petivimus ab ipso.

16 Si quis viderit fratrem suum peccantem peccatum quod non obnoxium est morti, petat, & dabitur ei vita, eis *inquam* qui nequaquam peccant tanquam ad mortem. Est enim peccatum mortis: nequaquam pro hoc dico ut oret quisquam.

17 Omnis enim iniquitas peccatum est: & est peccatum quod nequaquam mortis est.

18 Et novimus quòd omnis qui natus est ex Deo, non peccat: ille enim qui natus est ex Deo, conservat seipsum, & Malus non appropinquat ei.

19 Novimus quòd ex Deo sumus, & mundus universus in Malo est positus.

20 Et scimus quòd Filius Dei venit, & dedit nobis notitiam ut cognosceremus veracem, & essemus in ipso verace, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est Deus verus, & vita quæ est in æternum.

21 Filii mei, custodite vosipsos à cultu idolorum.

Finita est Epistola prima Johannis Apostoli.

ܘܗܢܘܢ ܚܝܐ ܒܒܪܗ ܐܝܬܝܗܘܢ. 12 ܟܠ ܕܐܚܝܕ ܠܒܪܐ ܐܚܝܕ ܐܦ ܠܚܝܐ. ܘܟܠ ܕܠܐ ܐܚܝܕ ܠܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܠܝܬ ܠܗ ܚܝܐ ܀ 13 ܗܠܝܢ ܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܕܬܕܥܘܢ ܕܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܐܝܬ ܠܟܘܢ. ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܫܡܗ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. 14 ܘܗܢܘ ܦܪܗܣܝܐ ܐܝܬ ܠܢ ܠܘܬܗ. ܕܟܠ ܕܫܐܠܝܢܢ ܠܗ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܫܡܥ ܠܢ. 15 ܘܐܢ ܡܬܬܟܝܠܝܢܢ ܕܫܡܥ ܠܢ ܥܠ ܡܐ ܕܫܐܠܝܢܢ ܡܢܗ : ܬܟܝܠܝܢܢ ܕܢܣܒܢ ܡܢ ܟܕܘ ܫܐܠܬܢ ܕܫܐܠܢ ܡܢܗ. 16 ܐܢ ܐܢܫ ܢܚܙܐ ܠܐܚܘܗܝ ܕܚܛܐ ܚܛܝܬܐ ܕܠܐ ܡܚܝܒܐ ܠܡܘܬܐ : ܢܫܐܠ ܘܢܬܝܗܒ ܠܗ ܚܝܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܠܡܘܬܐ ܚܛܝܢ. ܐܝܬ ܓܝܪ ܚܛܝܬܐ ܕܡܘܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܗܝ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܢܒܥܐ ܐܢܫ. 17 ܟܠ ܥܘܠܐ ܓܝܪ ܚܛܝܬܐ ܗܝ. ܘܐܝܬ ܚܛܝܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܘܬܐ ܗܝ. 18 ܘܝܕܥܝܢ ܕܟܠ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܐ ܚܛܐ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܠܗܐ ܢܛܪ ܢܦܫܗ. ܘܒܝܫܐ ܠܐ ܡܬܩܪܒ ܠܗ.

19 ܝܕܥܝܢ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܚܢܢ. ܘܟܠܗ ܥܠܡܐ ܒܒܝܫܐ ܗܘ ܣܝܡ. 20 ܘܝܕܥܝܢ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܐ : ܘܝܗܒ ܠܢ ܡܕܥܐ ܕܢܕܥ ܠܫܪܝܪܐ. ܘܢܗܘܐ ܒܗ ܒܫܪܝܪܐ. ܒܒܪܗ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܗܢܘ ܗܘ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܘܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. 21 ܒܢܝ ܛܪܘ ܢܦܫܟܘܢ ܡܢ ܕܚܠܬ ܦܬܟܪܐ ܀

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܀

ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܝܘܚܢܢ ܀

1 ܩܫܝܫܐ ܠܓܒܝܬܐ ܡܪܬܐ ܘܠܒܢܝ̈ܗ̇. ܐܝܠܝܢ ܕܐܢܐ ܡܚܒ ܐܢܐ ܒܫܪܪܐ : ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܢܐ ܒܠܚܘܕܝ : ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܝܕܥܝܢ ܠܫܪܪܐ. 2 ܡܛܠ ܫܪܪܐ ܐܝܢܐ ܕܡܩܘܐ ܒܢ ܘܥܡܢ ܐܝܬܘܗܝ ܠܥܠܡ. 3 ܢܗܘܐ ܥܡܢ ܛܝܒܘܬܐ ܘܪܚܡܐ ܘܫܠܡܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܘܡܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܒܐ : ܒܫܪܪܐ ܘܒܚܘܒܐ. 4 ܚܕܝܬ ܛܒ : ܕܐܫܟܚܬ ܡܢ ܒܢܝ̈ܟܝ ܕܡܗܠܟܝܢ ܒܫܪܪܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܢܣܒܢ ܡܢ ܐܒܐ. 5 ܘܗܫܐ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܠܟܝ : ܡܪܬܝ. ܠܐ ܗܘܐ ܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܟܬܒ ܐܢܐ ܠܟܝ : ܐܠܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܢ ܡܢ ܪܝܫܐ. ܕܢܐܚܘܒ ܚܕ ܠܚܕ. 6 ܘܗܢܘ ܚܘܒܐ ܕܢܗܠܟ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܘܗܝ. ܗܢܘ ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܟ ܕܫܡܥܬܘܢ ܡܢ ܪܝܫ : ܕܒܗ ܬܗܠܟܘܢ. 7 ܡܛܠ ܕܡܛܥܝܢܐ ܣܓܝܐܐ ܢܦܩܘ ܠܥܠܡܐ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܘܕܝܢ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܬܐ ܒܒܣܪܐ : ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܛܥܝܢܐ ܘܐܢܛܝܟܪܝܣܛܘܣ. 8 ܐܙܕܗܪܘ ܒܢܦܫܟܘܢ. ܕܠܐ ܬܘܒܕܘܢ ܡܕܡ ܕܦܠܚܬܘܢ. ܐܠܐ ܐܓܪܐ ܡܫܡܠܝܐ ܬܣܒܘܢ. 9 ܟܠ ܐܢܫ ܕܥܒܪ ܘܠܐ ܡܩܘܐ ܒܝܘܠܦܢܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܐܠܗܐ

EPISTOLA SECUNDA JOHANNIS.

1 Senior Electæ Dominæ & filiis ejus, illis quos ego amo in veritate; nequaquam autem ego solùm, sed omnes illi qui norunt veritatem:

2 Propter veritatem quæ manet in nobis, & nobiscum est in æternum:

3 Sit nobiscum gratia & misericordia & pax à Deo Patre, & à Jesu Christo Filio Patris, in veritate & in dilectione.

4 Gavisus sum multùm quod invenerim ex filiis tuis qui ambulent in veritate, quemadmodum mandatum accepimus à Patre.

5 Et nunc obsecro te, Domina, (non mandatum novum scribo tibi, sed illud quod erat nobis à principio) ut amemus invicem.

6 Et hæc est dilectio, ut ambulemus secundum mandatum. Hoc est mandatum, secundum quod audivistis à principio, ut in eo ambuletis.

7 Quoniam multi seductores prodierunt in mundum, illi qui non confitentur quod Jesus Christus venerit in carnem. Hic est seductor & Antichristus.

8 Cavete vobis ipsis ne perdatis quicquam quod operati estis, sed mercede plenâ remuneremini.

9 Quicunque transgreditur, & non manet in doctrina Christi,

Deus

Deus non est in eo. Ille qui manet in doctrina ejus, hic & Patrem & Filium habet.

10 Si quisquam venerit ad vos, & hanc doctrinam non attulerit, ne recipiatis eum in domum, & salve tibi & vale ne dicatis ei:

11 Ille enim qui dixerit illi, Salve, particeps fit operum ejus malorum.

12 Cum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartam & atramentum; sed spero me venturum ad vos, & ore ad os locuturos; ut gaudium nostrum sit completum.

13 Salutant te filii sororis tuæ electæ. Gratia vobiscum. Amen.

Finita est Epistola secunda Johannis Apostoli.

ܐܠܗܐ ܠܝܬ ܠܗ ܒܗ. ܗܘ ܕܡܩܘܐ ܒܡܠܦܢܘܬܗ: ܗܢܐ ܘܐܒܐ ܘܒܪܐ ܐܝܬ ܠܗ. 10 ܐܢ ܐܢܫ ܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ: ܘܗܕܐ ܡܠܦܢܘܬܐ ܠܐ ܡܝܬܐ. ܠܐ ܬܩܒܠܘܢܝܗܝ ܒܒܝܬܐ. ܘܫܠܡ ܠܟ ܘܫܠܡ ܠܐ ܬܐܡܪܘܢ ܠܗ. 11 ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܡܪ ܠܗ ܫܠܡ ܡܫܬܘܬܦ ܗܘ ܠܥܒܕܘܗܝ ܒܝܫܐ. 12 ܟܕ ܣܓܝܐܬܐ ܐܝܬ ܗܘܬ ܠܝ ܠܡܟܬܒ ܠܟܘܢ. ܠܐ ܨܒܝܬ ܕܒܝܕ ܟܪܛܝܣܐ ܘܕܝܘܬܐ. ܐܠܐ ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ: ܘܦܘܡܐ ܠܘܬ ܦܘܡܐ ܢܡܠܠ. ܕܬܗܘܐ ܚܕܘܬܢ ܡܫܡܠܝܐ. 13 ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟܝ ܒܢܝ ܚܬܟܝ ܓܒܝܬܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܥܡܟܘܢ. ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܀

EPISTOLA TERTIA JOHANNIS.

1 SEnior Gajo dilecto meo, quem ego diligo in veritate.

2 Dilecte noster, in omni re oro pro te ut prosperseris & sis sanus, quemadmodum prosperatur anima tua.

3 Gavisus enim sum multùm quod veniant fratres & testimonium perhibeant de veritate tua, quemadmodum tu in veritate ambulas.

4 Et majus hoc gaudium non est mihi, *quàm* ut audiam quod filii mei in veritate ambulent.

5 Dilecte noster, in fide agis illud quod facis erga fratres, & *eos* maximè qui sunt peregrini.

6 Qui testati sunt de charitate tua coram tota Ecclesia, quibus benè facis, secundum quod dignum est Deo.

7 Post nomen enim ejus exierunt, cum nihil acceperint à Gentibus.

8 Nos igitur debemus recipere tales, ut adjutores simus veritati.

9 Vellem scribere Ecclesiæ; sed ille qui amat ut sit primus inter vos, Diotrephes, non recipit nos.

10 Propterea si venerit, memento operum ejus istorum quæ fecit, quæ verbis malis facit nobis. Et cum hæc ei non sufficiant, ipse non recipit fratres, & recipientes prohibet, & ejicit etiam ex Ecclesia.

11 Dilecte noster, ne imiteris malum, sed

bonum

bonum. Ille qui facit bonum à Deo est, & ille qui facit malum non vidit Deum.

12 De Demetrio est testimonium ab unoquoque, & ab ipsa Ecclesia, & ab ipsa veritate; sed etiam nos testamur, & nostis quod testimonium nostrum verum sit.

13 Multa habebam quæ scriberem tibi, sed nolo per atramentum & calamum tibi scribere.

14 Spero autem quod citò videbo te, & os ad os loquemur.

15 Pax sit tecum. Salutant te amici. Saluta amicorum unumquemque nomine suo.

Finita est Epistola tertia Johannis Apostoli.

ܛܒܬܐ. ܡܢ ܕܥܒܕ ܛܒܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܗܘ ܕܥܒܕ ܒܝܫܬܐ ܠܐ ܚܙܝܗܝ ܠܐܠܗܐ.

12 ܥܠ ܕܝܡܝܛܪܝܘܣ ܐܝܬ ܗܘ ܣܗܕܘܬܐ ܡܢ ܟܠܢܫ. ܘܡܢ ܥܕܬܐ ܘܡܢ ܫܪܪܐ. ܐܦ ܚܢܢ ܕܝܢ ܣܗܕܝܢܢ. ܘܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܣܗܕܘܬܢ ܫܪܝܪܐ ܗܝ.

13 ܣܓܝܐܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܝ ܠܡܟܬܒ ܠܟ. ܐܠܐ ܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܒܡܕܝܘܬܐ ܘܒܩܢܝܐ ܐܟܬܘܒ ܠܟ.

14 ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܒܥܓܠ ܐܚܙܝܟ: ܘܦܘܡܐ ܠܘܬ ܦܘܡܐ ܢܡܠܠ.

15 ܫܠܡܐ ܢܗܘܐ ܥܡܟ. ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟ ܪ̈ܚܡܝܢ. ܫܐܠ ܒܫܠܡܐ ܕܪ̈ܚܡܝܢ ܟܠܢܫ ܒܫܡܗ ܀

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܠܬ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܀

ܐܓܪܬܐ ܕܝܗܘܕܐ ܐܚܘܗܝ ܕܝܥܩܘܒ ܀

1 ܝܗܘܕܐ ܥܒܕܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ : ܐܚܐ ܕܝܥ
ܩܘܒ ܠܩܪ̈ܝܐ ܕܒܐܠܗܐ ܐܒܐ ܚܒܝܒܝܢ :
ܘܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܛܝܪܝܢ : 2 ܪ̈ܚܡܐ ܘܫܠܡܐ
ܘܚܘܒܐ ܢܣܓܘܢ ܠܟܘܢ . 3 ܚܒܝܒܝ̈ : ܟܠ ܒܛܝܠܘܬ
ܝܨܦܬܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܡܟܬܒ ܠܟܘܢ : ܥܠ ܚܝ̈ܐ
ܕܟܠܢ ܓܘܢܝܐ . ܐܠܨܐ ܠܝ ܕܐܟܬܘܒ ܠܟܘܢ .
ܟܕ ܡܦܝܣ ܐܢܐ ܕܬܬܟܬܫܘܢ ܚܠܦ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܐܝܕܐ ܕܚܕܐ ܙܒܢ ܐܫܬܠܡܬ ܠܩܕ̈ܝܫܐ : 4 ܥܠܘ ܓܝܪ
ܐ̈ܢܫܝܢ ܡܢ ܠܘܬ ܒܪ̈ܢܫܐ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܟܬܝܒ
ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ ܗܢܐ ܕܝܢܐ . ܪ̈ܫܝܥܐ ܕܡܚܠܦܝܢ
ܠܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܛܢܦܘܬܐ .
ܘܗܘ ܕܗܘܝܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܡܪܐ ܐܠܗܐ ܘܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܦܪܝܢ ܠܗ . 5 ܠܡܥܗܕܢܘܬܟܘܢ ܕܝܢ
ܨܒܐ ܐܢܐ : ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܠܟܘܢ : ܕܐܠܗܐ
ܟܕ ܚܕܐ ܙܒܢ ܠܥܡܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܦܪܩ . ܗܘ
ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ ܬܘܒ ܐܘܒܕ ܐܢܘܢ . 6 ܘܠܡܠܐܟܐ
ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܢܛܪܘ ܪܫܢܘܬܗܘܢ ܐܠܐ ܫܒܩܘ ܡܥܡܪܐ
ܕܝܠܗܘܢ : ܠܕܝܢܐ ܕܝܘܡܐ ܪܒܐ . ܒܐܣܘܪ̈ܐ ܠܐ
ܝܕܝܥܐ ܬܚܝܬ ܚܫܘܟܐ ܢܛܪ ܐܢܘܢ : 7 ܐܝܟ ܣܕܘܡ
ܘܥܡܘܪܐ ܘܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܚܕܪܝܗܝܢ . ܕܒܕܡܘܬܐ
ܕܝܠܗܝܢ

EPISTOLA JUDÆ FRATRIS JACOBI.

1 JUdas Servus Jesu Christi, fratris autem Jacobi, populis vocatis, in Deo Patre dilectis, in Jesu Christo servatis.

2 Misericordia & pax in dilectione multiplicetur vobis.

3 Dilecti mei, cum omnem curam adhibeam ad scribendum vobis de salute nostra communi, necesse est mihi scribere vobis, quum adhortor, ut certamen faciatis pro fide quæ semel tradita est sanctis.

4 Obtinuerunt enim quidam introitum, illi qui à principio præscripti erant in condemnationem hanc, homines improbi, qui gratiam Dei vertunt in immunditiem, & illum qui est solus Dominus Deus, *nempe* Dominum nostrum Jesum Christum, negant.

5 In memoriam autem revocare vobis volo, cum noveritis vos omnes, quod Deus, cum semel populum ex Ægypto liberasset, secundò illos qui non crediderunt perdidit.

6 Et Angelos illos, qui non custodiverunt primatum suum, sed reliquerunt habitaculum suum, ad judicium diei magni in vinculis ignotis sub caligine reservavit.

7 Quemadmodum Sodoma & Gomorra & civitates circa eas, quæ ad instar earum

carnem scortatæ sunt, & abierunt post carnes alienas, positæ sunt sub igne æterno, condemnatæ ad judicium.

8 Ad eandem similitudinem etiam isti qui in somnio imaginantur, carnem quidem polluunt, Dominatum autem calumniâ afficiunt, & Majestatem blasphemant.

9 Michaël autem Archangelus qui cum diabolo loquens certabat propter corpus Mosis, non ausus est proferre in eum judicium blasphemiæ, sed dixit; Increpet te Dominus.

10 Isti autem ea quæ non norunt, blasphemant; in istis autem quæ naturaliter tanquam animalia docti sunt, corrumpuntur.

11 Væ illis quod in via Cain abierunt, & post errorem Bileam in mercede exarserunt, & in rebellione Corah perierunt.

12 Hi sunt qui in refectionibus suis inquinati deliciantur, sine timore se pascentes: nubes sine pluvia, quæ à ventis circumaguntur: arbores quarum fructus emarcuit, & sunt infructuosæ, quæ mortuæ sunt iteratò, & ascenderunt à radice sua.

13 Fluctus vehementes maris, qui per spumam suam manifestant confusionem suam: stellæ seductrices, quibus caligo tenebrarum æternarum reservata est.

14 Prophetavit autem etiam istis ille qui septimus est ab Adam, Enoch, dicens; Ecce venit Dominus cum myriadibus Sanctorum;

15 Ut faciat judicium contra omnes, & arguat omnes improbos propter opera omnia quæ impiè fecerunt, & propter omnia verba dura illa quæ locuti sunt peccatores impii.

16 Isti sunt qui obmurmurant, & conqueruntur de omni re, dum secundum concupiscentias suas ambulant; & os eorum loquitur miranda, & laudant personas

ܠܐܦܐ ܡܛܠ ܝܘܬܪܢܐ. 17 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ
ܚܒܝܒܝ: ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡ ܐܬܐܡܪ
ܡܢ ܫܠܝܚܘܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
18 ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܟܘܢ. ܕܒܚܪܬܐ ܕܙܒܢܐ ܢܗܘܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܒܙܚܝܢ ܕܐܝܟ ܪܓܝܓܬܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܐܙܠܝܢ
ܒܬܪ ܥܘܠܐ. 19 ܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܦܪܫܝܢ ܢܦܫܢܝܐ. ܘܪܘܚܐ ܠܝܬ ܒܗܘܢ.
20 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ: ܒܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܕܩܕܝܫܬܐ
ܐܬܒܢܘ. ܐܬܒܢܘ ܡܢ ܕܪܝܫ ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܟܕ
ܡܨܠܝܢ. 21 ܢܦܫܢ ܕܝܢ ܒܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ ܢܛܪ.
ܟܕ ܡܣܟܝܢܢ ܠܚܢܢܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ:
ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܕܝܠܢ. 22 ܘܡܢܗܘܢ ܡܢ
ܡܢ ܢܘܪܐ ܚܛܘܦܘ. 23 ܟܕ ܕܝܢ ܬܬܘܒܘܢ: ܪܚܡܘ
ܥܠܝܗܘܢ ܒܕܚܠܬܐ. ܟܕ ܣܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܦ
ܠܟܘܬܝܢܐ ܕܡܢ ܒܣܪܐ ܡܛܘܫܐ. 24 ܠܗܘ
ܕܝܢ ܕܡܫܟܚ ܕܢܛܪܟܘܢ ܕܠܐ ܬܘܩܠܬܐ ܘܕܠܐ ܟܘܡܪܐ
ܘܢܩܝܡܟܘܢ ܕܠܐ ܡܘܡܐ. 25 ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܠܐܠܗܐ ܡܚܝܢܢ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ: ܩܕܡ
ܫܘܒܚܗ ܒܚܕܘܬܐ. ܫܘܒܚܐ ܘܐܘܚܕܢܐ ܘܐܝܩܪܐ
ܘܪܒܘܬܐ: ܐܦ ܗܫܐ ܘܒܟܠܗܘܢ ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ ✣

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܝܗܘܕܐ ܫܠܝܚܐ ܐܚܐ
ܕܝܥܩܘܒ ܘܝܘܣܦ ✣

perſonas propter lucra.

17 Vos autem, dilecti mei, recordemini verborum iſtorum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti;

18 Qui dicebant vobis quod in fine temporum erunt iſti qui illudant, qui ſecundum concupiſcentias ſuas ſequantur impietatem.

19 Iſti ſunt illi qui ſegregant: animales, in quibus non eſt Spiritus.

20 Vos autem, dilecti mei, in fide veſtra ſancta ædificemini denuò per Spiritum ſanctum, orantes.

21 Nos ipſos verò in dilectione Dei cuſtodiamus, expectantes miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad vitam noſtram æternam.

22 Et nonnullos quidem eorum ex igne rapite.

23 Cum autem reſipuerint, miſereamini eorum in timore; quum odio habeatis etiam tunicam quæ à carne contaminata.

24 Illi autem qui poteſt cuſtodire vos ſine lapſu, & ſine macula, & conſtituere vos ſine nævo,

25 (Soli Deo Servatori noſtro per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum) coram majeſtate ſua in gaudio, *ſit* laus & potentia & gloria & magnificentia, etiam nunc & in omnibus ſeculis. Amen.

Finita eſt Epiſtola Judæ Apoſtoli fratris Jacobi & Joſi.

REVELATIO

quæ facta est

JOHANNI

EVANGELISTÆ

à Deo, in Patmo insula, in quam ejectus fuit à Nerone Cæsare.

CAPUT I.

1 REVELATIO Jesu Christi, quam dedit ipsi Deus ad indicandum servis suis ea quæ oportet fieri citò: & manifestavit, quum misit per Angelum suum servo suo Johanni.

2 Qui testatus est verbum Dei, & testimonium Jesu Christi, omnia quæ vidit

3 Beatus est qui legit, & illi qui audiunt verba prophetiæ hujus, & servant ea quæ scripta sunt in ea: ipsum enim tempus appropinquavit.

4 Johannes septem Ecclesiis, quæ in Asia *sunt*: gratia vobis & pax, ab illo qui est, & qui erat, & qui venit: à septem Spiritibus qui ante thronum ipsius *sunt*:

5 Et à Jesu Christo, *qui est* ille testis, ille fidelis, ille primogenitus mortuorum, & Caput Regum terræ, qui diligit nos, & solvit nos à peccatis nostris per sanguinem suum,

6 Et fecit nos regnum Sacerdotale Deo & Patri suo:

cui

ܓܠܝܢܐ ܕܗܘܐ ܠܗ ܠܝܘܚܢܢ
ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܒܦܛܡܘܣ ܓܙܪܬܐ ܕܐܫܬܕܝ
ܠܗ ܡܢ ܢܪܘܢ ܩܣܪ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܓܠܝܢܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܗ
ܐܠܗܐ. ܠܡܚܘܝܘ ܠܥܒܕܘܗܝ ܕܝܠܗ. ܗܢܝܢ ܕܘܠܐ
ܠܡܗܘܐ ܒܥܓܠ. ܘܐܘܕܥ ܟܕ ܫܕܪ ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ
ܕܝܠܗ: ܠܥܒܕܗ ܕܝܠܗ ܝܘܚܢܢ. 2 ܗܘ ܕܐܣܗܕ
ܠܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܣܗܕܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܟܠܡܕܡ ܕܚܙܐ. 3 ܛܘܒܘܗܝ ܠܗܘ ܕܩܪܐ.
ܘܠܗܢܘܢ ܕܫܡܥܝܢ ܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܗܕܐ. ܘܢܛܪܝܢ
ܠܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ ܒܗ. ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܩܪܝܒ.
4 ܝܘܚܢܢ ܠܫܒܥ ܥܕܬܐ ܕܒܐܣܝܐ. ܛܝܒܘܬܐ
ܠܟܘܢ ܘܫܠܡܐ. ܡܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܘܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܘܗܘ ܐܬܐ. ܡܢ ܫܒܥܐ ܪܘܚܐ ܕܩܕܡ
ܟܘܪܣܝܗ. 5 ܘܡܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܣܗܕܐ. ܗܘ ܡܗܝܡܢܐ. ܗܘ ܒܘܟܪܐ ܕܡܝܬܐ.
ܘܪܫܐ ܕܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ. ܗܘ ܕܡܚܒ ܠܢ ܘܫܪܐ
ܠܢ ܡܢ ܚܛܗܝܢ ܒܕܡܐ ܕܝܠܗ. 6 ܘܥܒܕ
ܠܢ ܡܠܟܘܬܐ ܟܗܢܝܬܐ. ܠܐܠܗܐ ܘܐܒܐ ܕܝܠܗ.

ܕܝܠܗ

cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

7 Ecce venit cum nubibus, & videbunt eum omnes oculi, & etiam homines illi qui confoderunt eum, & plangent super ipso omnes tribus terræ. Etiam. Amen.

8 Ego sum Aleph & Thau, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venit, ille tenens omnia.

9 Ego Johannes, ille frater vester, & socius vester in afflictione & in tolerantia, quæ in Jesu Christo *est*, fui in insula quæ vocatur Patmus, propter verbum Dei, & propter testimonium Jesu Christi.

10 Fui in Spiritu, in die Dominico, & audivi à tergo meo vocem magnam, tanquam tubam, dicentem:

11 Quod vides, scribe in libro, & mitte illis septem Ecclesiis, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.

12 Et converti me ad videndum vocem illam quæ loquebatur mecum: & quum convertissem me, vidi septem candelabra aurea:

13 Et in medio candelabrorum qui similis esset filio hominis, indutus talari, & vinctus juxta mammas suas zonâ aureâ:

14 Ipsum autem caput ejus & pili albi erant sicut lana alba, sicut nix: & oculi ejus sicut flamma ignis:

15 Et pedes ejus similes æri libanico flammanti tanquam in fornace: & vox ejus tanquam vox aquarum multarum:

16 Et habebat in manu sua dextera stellas septem: & ex ore ejus gladius acutus duarum acierum exiens: & facies ejus sicut sol lucens in robore suo.

17 Et quando vidi eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus: & posuit super me manum suam dexteram, dicens; Ne timeas, Ego sum ille primus & ille ultimus:

18 Et qui vivus sum, & qui fui mortuus, & ecce vivus sum in secula seculorum. Amen. Et sunt mihi claves mortis & inferni.

19 Scribe igitur quod vidisti, & ea quæ sunt, & ea quæ futura sunt post hæc:

20 Mysterium septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Illæ septem stellæ, Angeli septem Ecclesiarum sunt: & illa candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

CAPUT II.

1 Angelo Ecclesiæ quæ Ephesi *est*, scribe: Hæc dicit ille tenens omnia, & illas septem Stellas in dextera sua, qui ambulat in medio illorum septem candelabrorum aureorum;

2 Novi opera tua, & laborem, & tolerantiam tuam, & quod non potes ferre malos: & tentasti eos qui dicunt seipsos Apostolos esse, & non sunt, & invenisti eos mendaces:

3 Et tolerantia est tibi, & tulisti propter nomen meum, & non fatigatus es.

4 Sed est mihi contra te, propter charitatem tuam illam priorem quam dereliquisti.

5 Recordare igitur unde cecideris, & resipisce, & opera prima fac; & si autem non, venio tibi citò, & movebo candelabrum tuum è loco suo, si non converteris te.

6 Sed hoc habes, quod oderis opera Nicolaitarum, quæ & ego.

7 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Ei qui vincit dabo ei edendum de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.

8 Et Angelo Ecclesiæ quæ Smyrnæ *est*, scribe: Hæc dicit ille primus & ille ultimus,

ille

ille qui fuit mortuus, & vixit:

9 Novi opera tua, & afflictionem, & paupertatem; sed dives es: & blasphemiam quæ ab iis *proficiscitur* qui dicunt ipsi se Judæos esse, & non sunt, sed congregatio Satanæ.

10 Ne quicquam eorum time quæ passurus es: ecce enim futurum est, ut Diabolus injiciat ex vobis in carcerem, ut tentemini: & erit vobis afflictio dies decem. Sis fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11 Qui habet aures, audiat quid dicat Spiritus Ecclesiis: Qui vincit, nihil perversi patietur à morte illa secunda.

12 Et Angelo illi Ecclesiæ quæ Pergami *est*, scribe: Hæc dicit ille qui habet gladium illum acutum duarum acierum;

13 Novi opera tua, & ubi habitas, ubi thronus Satanæ *est*: & retines nomen meum, & non abnegasti fidem meam, in diebus illis quibus spectaculum factus est ille testis meus, ille fidelis meus, qui occisus est apud vos ubi habitat Satanas.

14 Sed habeo contra te paululum: Habes ibi qui tenent doctrinam Bileam, qui docuit Balacum objicere offendiculum coram filiis Israël: quod *erat* ad edendum quod idololatræ *edunt*, & ad scortandum.

15 Sic habes etiam tu, qui tenent doctrinam Nicolaitarum: eâdem similitudine resipisce:

16 Quod si autem non, veniam tibi citò, & bellum geram cum ipsis gladio oris mei.

17 Qui habet aures, audiat quid dicat Spiritus Ecclesiis: Ei qui vincit, dabo ei edere de manna illo abscondito, & dabo ei calculum album, & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo novit

novit, nisi ille qui accipit.

18 Et Angelo illi & Ecclesiæ quæ est Thyatiræ, scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos suos sicut flammam ignis, & pedes suos similes æri Libanico;

19 Novi opera tua, & charitatem, & fidem, & ministerium, & etiam tolerantiam tuam, & opera tua hæc posteriora quæ plura *sunt* primis.

20 Sed habeo contra te, propterea quod sivisti uxorem tuam Jesabel, quæ dicit esse se Prophetissam, & docet, & seducit servos meos, ad scortandum, & ad edendum quod idololatræ.

21 Et dedi ipsi tempus, ut converteret se: & non vult resipiscere à scortatione sua.

22 Ecce projicio eam in lectum, & eos qui mœchantur cum eâ, in afflictionem magnam, si non resipiscent ab operibus ipsius.

23 Et filios ejus occidam morte: & cognoscent omnes Ecclesiæ, quòd ego sum ille qui scrutatur renes & corda: & dabo vobis unicuique secundum opera vestra.

24 Vobis autem dico, illis reliquis qui Thyatiræ *sunt*, omnibus illis qui non habent doctrinam hanc, illis hominibus qui non norunt profunditates Satanæ, sicut dicunt; non injicio in vos aliud onus.

25 Verùm quod habetis tenete usque dum venio.

26 Et ille qui vincit, & ille qui servat usque ad finem opera mea, dabo illi potestatem super populos:

27 Et pascet eos virgâ ferreâ: & sicut vasa figuli comminuentur: sicut etiam ego accepi à Patre meo.

28 Et dabo ei stellam illam matutinam.

29 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

ܨܚܚܐ ܓ

1 ܘܠܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܒܣܪܕܝܣ ܟܬܘܒ܂ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܒܥܐ ܪ̈ܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܘܫܒܥܐ ܟܘܟܒ̈ܐ܂ ܝܕܥ ܐܢܐ ܥܒ̈ܕܝܟ ܕܫܡܐ ܐܝܬ ܠܟ ܕܚܝ ܐܢܬ ܘܡܝܬܐ ܐܢܬ܂ 2 ܗܘܝ ܥܝܪܐ ܘܐܫܪܪ ܠܫܪܟܐ ܕܥܬܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܡܡܬ܂ ܠܐ ܓܝܪ ܐܫܟܚܬ ܥܒ̈ܕܝܟ ܕܡܫܠܡܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܝ܂ 3 ܐܬܕܟܪ ܗܟܝܠ ܐܝܟܢܐ ܢܣܒܬ ܘܫܡܥܬ ܘܛܪ ܘܬܘܒ܂ ܐܢ ܗܟܝܠ ܠܐ ܬܬܥܝܪ ܐܬܐ ܥܠܝܟ ܐܝܟ ܓܢܒܐ܂ ܘܠܐ ܬܕܥ ܐܝܕܐ ܫܥܬܐ ܐܬܐ ܥܠܝܟ܂ 4 ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܟ ܩܠܝܠ ܫܡ̈ܗܐ ܒܣܪܕܝܣ ܕܠܐ ܛܘܫܘ ܢܚ̈ܬܝܗܘܢ ܘܡܗܠܟܝܢ ܩܕܡܝ ܒܚܘ̈ܪܐ ܡܛܠ ܕܫܘܝܢ܂ 5 ܗܘ ܕܙܟܐ ܗܟܢܐ ܢܬܥܛܦ ܢܚ̈ܬܐ ܚܘ̈ܪܐ ܘܠܐ ܐܥܛܐ ܫܡܗ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܚܝ̈ܐ܂ ܘܐܘܕܐ ܒܫܡܗ ܩܕܡ ܐܒܝ ܘܩܕܡ ܡܠܐܟܘ̈ܗܝ܂ 6 ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܪܘܚܐ ܐܡܪܐ ܠܥܕ̈ܬܐ܂ 7 ܘܠܡܠܐܟܐ ܕܥܕܬܐ ܕܒܦܝܠܕܠܦܝܐ ܟܬܘܒ܂ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܩܕܝܫܐ ܫܪܝܪܐ܂ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܩܠܝܕܐ ܕܕܘܝܕ܂ ܗܘ ܕܦܬܚ ܘܠܐ ܐܢܫ ܐܚܕ܂ ܘܐܚܕ ܘܠܐ ܐܢܫ ܦܬܚ܂ 8 ܝܕܥ ܐܢܐ ܥܒ̈ܕܝܟ܂ ܘܗܐ ܝܗܒܬ ܩܕܡܝܟ ܬܪܥܐ ܦܬܝܚܐ܂ ܗܘ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܠܡܐܚܕܗ܂ ܡܛܠ ܕܩܠܝܠ ܚܝܠܐ ܐܝܬ ܠܟ ܘܢܛܪܬ ܡܠܬܝ ܘܠܐ ܟܦܪܬ ܒܫܡܝ܂ 9 ܘܗܐ ܝܗܒ ܐܢܐ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܕܣܛܢܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܥܠ ܢܦܫܗܘܢ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܐܢܘܢ܂ ܘܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ܂ ܐܠܐ ܡܕܓܠܝܢ܂ ܗܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܗܘܢ܂ ܕܢܐܬܘܢ ܘܢܣܓܕܘܢ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܝܟ܂

ܘܢܕܥܘܢ

CAPUT III.

1 ET Angelo illi qui *est* Sardibus, scribe: Hæc dicit ille qui habet illos septem Spiritus Dei, & illas septem stellas; Novi opera tua; quod nomen habes quod vivas, & mortuus es.

2 Expergiscere, & serva eos qui reliqui *sunt*, qui erant morituri: non enim inveni opera tua completa coram Deo meo.

3 Memento igitur quomodo acceperis, & audiveris, & serva, & resipisce: & si igitur non evigilaveris, veniam contra te sicut fur, & non scies quâ horâ veniam contra te.

4 Sed habes pauca nomina Sardibus, quæ non polluerunt vestimenta sua, & ibunt mecum in albis, propterea quòd digni sunt.

5 Qui vincit, sic tegetur vestibus albis, & non delebo nomen eorum è libro illo vitæ, & confitebor nomen eorum coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

6 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

7 Et Angelo illi Ecclesiæ quæ est Philadelphiæ, scribe: Hæc dicit ille sanctus, ille verus, qui habet clavem Davidis, qui aperit, & nemo claudit; & claudit, & nemo aperit;

8 Novi opera tua: & ecce, dedi ante te portam apertam, quam nemo potest claudere: quia parvam habes fortitudinem, & servasti verbum meum, & non abnegasti nomen meum.

9 Ecce do ex Synagoga Satanæ, ex iis qui dicunt ipsi se Judæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: ecce faciam ipsos, ut veniant, & adorent coram pedibus tuis: & cognoscent

& cognoſcent quòd ego dilexi te.

10 Propterea quòd ſervaſti verbum tolerantiæ meæ, & ego ſervabo te ex hora tentationis, venturæ ſuper orbem habitabilem totum, ad tentandum eos qui habitant in terra.

11 Venio cito: tene id quod habes; ut nemo accipiat coronam tuam.

12 Qui vincit, faciam eum columnam in templo Dei mei: & foras non exibit ampliùs: & ſcribam ſuper ipſum nomen Dei mei, & Hieroſolymæ novæ, quæ deſcendit è cœlo à Deo meo, & nomen meum illud novum.

13 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

14 Et Angelo illi Eccleſiæ quæ Laodiceæ *eſt*, ſcribe: Hæc dicit ille Amen, ille teſtis, ille fidelis, ille verus, illud principium creaturæ Dei;

15 Novi opera tua, quod non calidus, [*neque frigidus es*] utinam frigidus eſſes, aut calidus.

16 Sic quia tepidus es, neque calidus, neque frigidus, evomiturus ſum te ex ore meo.

17 Quia dicis; Dives ſum, & ditatus ſum, & nullius rei indigeo: & non ſcis, te eſſe debilem & miſerabilem, & pauperem, & cœcum, & nudum.

18 Conſulo tibi ut emas à me aurum probatum ab igne, ut diteſcas: & veſtem albam, ut tegaris, & non conſpiciatur pudor nuditatis tuæ: & collyrio tinge oculos tuos, ut fias videns.

19 Ego omnes quoſcunque diligo, arguo, & caſtigo: æmulus ergo ſis, & reſipiſce.

20 Ecce ſteti ad portam, & pulſabo: ſi quis audit vocem meam, & aperiet portam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipſe mecum.

21 ܘܡܢ ܕܙܟܐ ܐܬܠ ܠܗ ܠܡܬܒ ܥܡܝ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܝ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܐܢܐ ܙܟܝܬ: ܘܝܬܒܬ ܥܡ ܐܒܝ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ. 22 ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܪܘܚܐ ܐܡܪ ܠܥܕܬܐ܀

21 Et qui vincit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut etiam ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ipsius.

22 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

CAPUT IV.

1 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ. ܘܗܐ ܬܪܥܐ ܦܬܝܚܐ ܒܫܡܝܐ. ܘܩܠܐ ܩܕܡܝܐ ܗܘ ܕܫܡܥܬ ܐܝܟ ܩܪܢܐ ܕܡܡܠܠ ܥܡܝ: ܐܡܪ ܗܘܐ: ܣܩ ܠܗܪܟܐ ܘܐܚܘܝܟ ܡܐ ܕܘܠܐ ܠܡܗܘܐ ܒܬܪ ܗܠܝܢ. 2 ܘܡܚܕܐ ܗܘܝܬ ܒܪܘܚܐ. ܘܗܐ ܟܘܪܣܝܐ ܣܝܡ ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ. ܘܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܝܬܒ ܗܘܐ. 3 ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܗܘܐ. ܕܡܐ ܠܚܙܘܐ ܕܟܐܦܐ ܕܝܫܦܗ ܘܕܣܪܕܘܢ. ܘܩܫܬܐ ܕܥܢܢܐ. ܚܕܪ ܚܕܪܘܗܝ ܕܟܘܪܣܝܐ. ܒܕܡܘܬܐ ܠܚܙܘܐ ܕܙܡܪܓܕܐ. 4 ܘܚܕܪ ܚܕܪܘܗܝ ܕܟܘܪܣܝܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܟܘܪܣܘܬܐ. ܘܥܠ ܗܠܝܢ ܟܘܪܣܘܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܩܫܝܫܝܢ. ܝܬܒܝܢ ܘܡܬܥܛܦܝܢ ܢܚܬܐ ܚܘܪܐ. ܘܥܠ ܪܫܝܗܘܢ ܟܠܝܠܐ ܕܕܗܒܐ. 5 ܘܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܢܦܩܝܢ ܒܪܩܐ ܘܩܠܐ ܕܪܥܡܐ. ܘܫܒܥ ܠܡܦܐܕܐ ܕܢܘܪܐ ܝܩܕܢ ܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ. ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܫܒܥ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ. 6 ܘܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܐܝܟ ܝܡܐ ܕܙܓܘܓܝܬܐ ܕܕܡܐ ܠܒܠܘܪܐ. ܘܒܡܨܥܬܐ ܕܟܘܪܣܝܐ ܘܚܕܪ ܚܕܪܘܗܝ ܘܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ. ܐܪܒܥ ܚܝܘܢ ܕܡܠܝܢ ܥܝܢܐ ܡܢ ܩܕܡܝܗܝܢ ܘܡܢ ܒܣܬܪܝܗܝܢ. 7 ܘܚܝܘܬܐ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ ܕܡܝܐ ܠܐܪܝܐ. ܘܚܝܘܬܐ ܗܝ ܕܬܪܬܝܢ ܕܡܝܐ ܠܥܓܠܐ. ܘܗܝ ܚܝܘܬܐ ܕܬܠܬ ܐܝܬ ܠܗ ܐܦܐ ܐܝܟ ܕܒܪܢܫܐ. ܘܗܝ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܒܥ ܕܡܝܐ ܠܢܫܪܐ ܕܦܪܚ.

1 Post hæc vidi, & ecce porta aperta in cœlo, & vox prima quam audivi tanquam tubam loquentem mecum, dicebat; Ascende huc, & ostendam tibi ea quæ oportet fieri post hæc.

2 Statim fui in spiritu, & ecce thronus positus erat in cœlo, & in throno sedebat *quis*.

3 Et qui sedebat, similis *erat* aspectui lapidis Jaspidis, & Sardii, & arcus nubium: circum thronum in similitudine ad adspectum Smaragdorum.

4 Circum thronum *erant* throni viginti & quatuor; & in thronis illis viginti & quatuor Seniores sedentes, amicti vestibus albis: & super capita ipsorum coronæ aureæ.

5 Et à throno exibant fulgura, & vox tonitruum: & septem lampades ignis ardentes ante thronum ejus, qui sunt septem Spiritus Dei.

6 Et ante thronum, tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio throni, & circum illum, & ante thronum, quatuor Animalia plena oculis ab anteriori suo & posteriori suo.

7 Et Animal illud primum simile erat leoni: & Animal illud secundum simile vitulo: & illud Animal tertium habebat faciem tanquam homo: & illud Animal quartum simile aquilæ volanti.

8 Et quatuor illa Animalia, unumquodque ex illis habet quidem senas alas in circuitum, & intus plena *sunt* oculis, & quies non est illis die & nocte, ex eo quod dicunt; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus, ille Omnipotens, ille qui erat, & ille qui est, & ille qui venit.

9 Et quando dabunt illa Animalia gloriam & honorem & gratiarum actionem, ei qui sedet in throno, ei qui vivit in secula seculorum,

10 Cadent illi viginti & quatuor Seniores ante eum qui sedet in throno, & adorabunt eum qui vivit in secula seculorum, & projicient coronas suas ante thronum, dicentes;

11 Dignus es Domine & Deus noster, Sancte, accipere gloriam & honorem & potentiam: quia tu creasti omnia, & per te sunt, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

[illegible]

CAPUT V.

1 ET vidi in dextera ejus qui sedebat in throno, librum scriptum intus & a tergo, & obsignatum sigillis septem.

2 Et vidi Angelum fortem prædicantem voce magna; Quis est dignus aperire librum, & solvere sigilla ejus?

3 Et nemo poterat in cœlo sursum, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, neque inspicere eum.

4 Et flebam multum, propterea quòd nemo inventus esset dignus aperire librum, neque inspicere eum.

5 Et unus ex illis Senioribus dixit mihi; Ne fleas: ecce vicit Leo ille qui ex tribu *Jehudæ est*, illa radix Davidis.

[illegible]

ipse

ipse aperiet librum, & septem sigilla ejus.

6 Et vidi, & in medio illorum Seniorum Agnus *erat* stans tanquam mactatus, cui erant cornua septem, & oculi septem, qui sunt septem Spiritus Dei, qui missi sunt in omnem terram.

7 Et venit, & accepit librum è dextera ejus qui sedebat in throno.

8 Et quum accepisset librum, illa quatuor Animalia, & illi viginti & quatuor Seniores ceciderunt ante Agnum, quum haberent unusquisque ex illis citharam, & phialas aureas plenas suffituum, quæ sunt preces sanctorum.

9 Et canebant canticum novum, dicentes; Dignus es accipere librum, & aperire sigilla ejus, propterea quòd mactatus es, & emisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

10 Et fecisti eos Deo nostro Reges & Sacerdotes, & regnant super terram.

11 Et vidi, & audivi tanquam vocem Angelorum multorum circum thronum & Animalia & Seniores, & erat numerus eorum myrias myriadum, & chilias chiliadum,

12 Dicentium voce magnâ; Dignus est Agnus ille mactatus, accipere robur, & divitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem,

13 Et omnem creaturam quæ est in cœlo, & in terra, & subter terram, & in mari, & omnia quæ in iis *sunt*. Et audivi eum qui sedebat in throno, dicentem; Agno detur benedictio, & honor, & gloria, & potentia in secula seculorum.

14 Et illa quatuor Animalia dicebant; Amen: & illi Seniores ceciderunt, & adorarunt.

CAPUT

CAPUT VI.

1 ET vidi, quum aperuisset Agnus unum ex septem sigillis, & audivi unum ex illis quatuor Animalibus dicens tanquam vocem tonitru; [*Veni*] & vide.

2 Et vidi, & fuit equus albus: & qui sedet in eo, habet arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.

3 Et quum aperuisset sigillum illud secundum, audivi Animal secundum dicens; Veni.

4 Et exivit alius equus rufus, & ei qui sedebat in eo, datum est ei auferre pacem à terra, & ut se mutuo mactent: & datus est ei gladius magnus.

5 Et quum aperuisset sigillum illud tertium, audivi Animal tertium dicens; Veni, & vide: & vidi, & ecce equus niger, & ille qui sedebat in eo habebat stateram in manu sua.

6 Et audivi vocem in medio quatuor illorum Animalium dicentem; Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario: & oleo ac vino ne noceas.

7 Et quum aperuisset sigillum illud quartum, audivi illud quartum Animal dicens; Veni, & vide.

8 Et vidi, & ecce equus viridis, & qui sedebat in eo, nomen illi mors, & infernus sequitur post eum: & data est ei potestas super quartam partem terræ, ad occidendum gladio, & fame, & morte, & ab animali dentis terræ.

9 Et quum aperuisset sigillum illud quintum, vidi subter altare animas eorum qui mactati *erant* propter verbum Dei, & propter testimonium Agni quod habebant.

10 Et clamabant voce magna, dicentes;

Usque

ܩܦܠܐܘܢ ܘ

1 ܘܚܙܝܬ ܟܕ ܦܬܚ ܐܡܪܐ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܐ ܛܒܥܐ: ܘܫܡܥܬ ܠܚܕ ܡܢ ܐܪܒܥ ܚܝܘܢ ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܪܥܡܐ. ܬܐ ܘܚܙܝ. 2 ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ ܣܘܣܝܐ ܚܘܪܐ. ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܐܝܬ ܠܗ ܩܫܬܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܟܠܝܠܐ. ܘܢܦܩ ܙܟܝ ܐܝܟ ܕܢܙܟܐ. 3 ܘܟܕ ܦܬܚ ܛܒܥܐ ܗܘ ܕܬܪܝܢ. ܫܡܥܬ ܠܚܝܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܐܡܪܐ. ܬܐ. 4 ܘܢܦܩ ܐܚܪܢܐ ܣܘܣܝܐ ܣܡܩܐ: ܘܠܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ. ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܡܫܩܠ ܫܝܢܐ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܘܐܦ ܕܠܚܕܕܐ ܢܩܛܠܘܢ. ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܗ ܣܦܣܪܐ ܪܒܬܐ. 5 ܘܟܕ ܦܬܚ ܛܒܥܐ ܗܘ ܕܬܠܬܐ. ܫܡܥܬ ܠܚܝܘܬܐ ܕܬܠܬ ܕܐܡܪܐ. ܬܐ. ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ ܣܘܣܝܐ ܐܘܟܡܐ ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܐܝܬ ܠܗ ܡܣܐܬܐ ܒܐܝܕܗ. 6 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܒܡܨܥܬܐ ܕܐܪܒܥܬܝܗܘܢ ܚܝܘܬܐ ܕܐܡܪܐ. ܘܟܝܠܬܐ ܕܚܛܐ ܒܕܝܢܪܐ. ܘܬܠܬ ܟܝܠܢ ܕܣܥܪܐ ܒܕܝܢܪܐ. ܘܠܚܡܪܐ ܘܠܡܫܚܐ ܠܐ ܬܗܪ. 7 ܘܟܕ ܦܬܚ ܛܒܥܐ ܗܘ ܪܒܝܥܝܐ. ܫܡܥܬ ܠܚܝܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܕܐܡܪܐ. ܬܐ. ܘܚܙܝܬ. 8 ܘܗܐ ܣܘܣܝܐ ܝܘܪܩܐ. ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ. ܫܡܐ ܠܗ ܡܘܬܐ. ܘܫܝܘܠ ܢܩܝܦܐ ܠܗ. ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܪܘܒܥܗ ܕܐܪܥܐ. ܠܡܩܛܠܘ ܒܣܝܦܐ ܘܒܟܦܢܐ ܘܒܡܘܬܐ ܘܡܢ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ. 9 ܘܟܕ ܦܬܚ ܛܒܥܐ ܗܘ ܡܚܡܫܝܐ: ܚܙܝܬ ܠܬܚܬ ܡܢ ܡܕܒܚܐ. ܠܢܦܫܬܐ ܕܐܢܫ ܕܐܬܢܟܣܘ ܡܛܠ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܛܠ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܡܪܐ. ܗܝ ܕܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. 10 ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ.

ܥܕܡܐ

Usque quò, Domine, sancte & vere, non judicas & ulcisceris sanguinem nostrum ab iis qui habitant in terra?

11 Et data est unicuique ex illis stola alba: & dictum est illis, ut quiescerent adhuc tempus exiguum, usque dum complerentur etiam conservi eorum, illi fratres eorum, qui occidendi essent sicut etiam ipsi.

12 Et vidi quum aperuisset sigillum illud sextum, & terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger ut saccus pilosus, & luna tota facta est ut sanguis:

13 Et stellæ cœli ceciderunt in terram, sicut ficus quæ abjicit grossos suos, quando à vento magno commovetur.

14 Et cœli sejuncti sunt, sicut liber involvitur: & omnes montes & insulæ è locis suis motæ sunt.

15 Et Reges terræ & Magnates, & Duces millenorum, & divites, & fortes, & omnis servus & liber, abdiderunt ipsi se in speluncis, & in petris montium,

16 Et dicunt montibus & petris; Cadite super nos, & abscondite nos à facie ejus qui sedet in throno, & ab ira Agni.

17 Propterea quod venit dies ille magnus iræ eorum, & quis potest stare?

CAPUT VII.

1 ET post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, & tenentes quatuor ventos terræ, ut non flaret ventus super terram, neque super mare, neque super arbores.

2 Et vidi alium Angelum, & ascendit ab ortu solis, cui erat sigillum Dei vivi: & clamavit voce magnâ quatuor Angelis illis quibus datum fuit,

ut nocerent

ut nocerent terræ & mari, dicens;

3 Ne nocete terræ, neque mari, neque arboribus, usque dum obsignaverimus servos Dei nostri in frontibus ipsorum.

4 Et audivi numerum eorum qui obsignati fuerunt, centum & quadraginta & quatuor millia, obsignati ex omni tribu Israelitarum.

5 Ex tribu Judæ duodecim millia obsignati: ex tribu Ruben duodecim millia: ex tribu Gad duodecim millia:

6 Ex tribu Aser duodecim millia: ex tribu Naphtali duodecim millia: ex tribu Manasse duodecim millia:

7 Ex tribu Simeonis duodecim millia: ex tribu Levi duodecim millia: ex tribu Issaschar duodecim millia:

8 Ex tribu Zabulon duodecim millia: ex tribu Joseph duodecim millia: ex tribu Benjamin duodecim millia.

9 Post hæc vidi: & ecce turba multa, quam numerare nemo poterat, ex omni gente, & populis, & tribubus, & linguis, stantes ante thronum, & ante Agnum, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum,

10 Et clamantes voce magnâ, dicentes; Salus Deó nostro, ei qui sedet in throno, & Agno.

11 Et omnes illi Angeli stabant circum thronum, & illos Seniores, & illa quatuor animalia; & ceciderunt ante thronum ejus super facies suas, & adorarunt Deum,

12 Dicentes; Amen, benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & robur, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.

13 Et respondit unus ex Senioribus, & dixit mihi; Hi qui amicti *sunt* stolis illis

ܢܗܪܘܢ ܠܐܪܥܐ ܘܠܝܡܡܐ ܟܕ ܐܡܪ. 3 ܠܐ ܬܗܪܘܢ
ܠܐܪܥܐ ܘܠܐ ܠܝܡܡܐ ܐܦܠܐ ܠܐܝܠܢܐ. ܥܕܡܐ ܕܢܚܬܘܡ
ܠܥܒܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝܢܝܗܘܢ ܀
4 ܘܫܡܥܬ ܡܢܝܢܐ ܕܗܢܘܢ ܕܐܬܚܬܡܘ ܡܐܐ
ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ. ܚܬܝܡܝܢ ܡܢ ܟܠ ܫܪܒܐ
ܕܐܝܣܪܝܠ ܀ 5 ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܝܗܘܕܐ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ ܚܬܝܡܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܪܘܒܝܠ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܓܕ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. 6 ܡܢ
ܫܪܒܐ ܕܐܫܝܪ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܢܦܬܠܝ
ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܡܢܫܐ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. 7 ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܫܡܥܘܢ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ.
ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܠܘܝ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ
ܕܐܝܣܟܪ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. 8 ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܙܒܘܠܘܢ
ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܝܘܣܦ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܒܢܝܡܝܢ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ.
9 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ ܘܗܐ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ. ܗܘ
ܕܠܡܡܢܝܘ ܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܗܘܐ. ܡܢ ܟܠ ܥܡܐ
ܘܫܪܒܬܐ ܘܫܪܒܐ ܘܠܫܢܐ. ܘܩܝܡܝܢ ܩܕܡ
ܟܘܪܣܝܐ: ܘܩܕܡ ܐܡܪܐ. ܟܕ ܡܥܛܦܝܢ
ܐܨܛܠܝܬܐ ܚܘܪܬܐ. ܘܕܩܠܐ ܒܐܝܕܝܗܘܢ.
10 ܘܩܥܝܢ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ. ܦܘܪܩܢܐ
ܠܐܠܗܐ ܕܝܠܢ. ܠܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܘܠܐܡܪܐ.
11 ܘܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܡܠܐܟܐ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ
ܚܕܪܝܗ ܕܟܘܪܣܝܐ ܘܕܗܢܘܢ ܩܫܝܫܐ. ܘܕܗܠܝܢ
ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ. ܘܢܦܠܘ ܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ ܥܠ
ܦܪܨܘܦܝܗܘܢ. ܘܣܓܕܘ ܠܐܠܗܐ. 12 ܟܕ
ܐܡܪܝܢ ܐܡܝܢ ܀ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܫܘܒܚܐ ܘܚܟܡܬܐ.
ܘܬܘܕܝܬܐ ܘܐܝܩܪܐ. ܘܚܝܠܐ ܘܥܘܫܢܐ ܠܐܠܗܐ
ܕܝܠܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ. 13 ܘܥܢܐ ܚܕ
ܡܢ ܩܫܝܫܐ ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܠܝܢ ܕܡܥܛܦܝܢ ܐܨܛܠܝܬܐ

illis ܚܘܪܬܐ

ܐܝܠܝܢ ܚܘ̈ܪܐ. ܡܢ ܗܘ ܐܢܘܢ. ܘܡܢ ܐܝܟܐ
ܐܬܘ. 14 ܘܐܡܪܬ ܠܗ ܡܪܝ ܐܢܬ ܝܕܥ ܐܢܬ. ܘܐܡܪ
ܠܝ ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܐܬܘ ܡܢ
ܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ ܘܚܠܠܘ ܐܣܛܠܝܗܘܢ ܘܚܘܪܘ ܐܢܝܢ
ܒܕܡܗ ܕܐܡܪܐ. 15 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܩܕܡ ܟܘܪܣܝܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ܐܝܡܡܐ
ܘܠܠܝܐ ܒܗܝܟܠܗ. ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܟܘܪܣܝܐ ܢܓܢ ܥܠܝܗܘܢ. 16 ܠܐ ܢܟܦܢܘܢ ܘܠܐ
ܢܨܗܘܢ ܬܘܒ ܘܠܐ ܢܦܠ ܥܠܝܗܘܢ ܫܡܫܐ ܘܠܐ ܟܠ
ܫܘܒܐ. 17 ܡܛܠ ܕܐܡܪܐ ܗܘ ܕܒܡܨܥܬܗ
ܕܟܘܪܣܝܐ ܢܪܥܐ ܐܢܘܢ ܘܢܕܒܪ ܐܢܘܢ ܥܠ ܡܥܝ̈ܢܐ
ܕܡ̈ܝܐ ܚ̈ܝܐ. ܘܢܟܦܪ ܐܠܗܐ ܟܠ ܕܡܥܬܐ ܡܢ
ܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܀

illis albis, quinam sunt, & unde venerunt?

14 Et dixi ipsi; Domine mi, tu nosti. Et dixit mihi; Illi sunt qui veniunt ex afflictione magna, & lavarunt stolas suas, & dealbarunt eas in sanguine Agni.

15 Propterea sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die & nocte in templo ejus: & ille qui sedet in throno proteget eos:

16 Non esurient, & non sitient amplius, & non cadet super eos sol, neque ullus æstus.

17 Propterea quod Agnus est, qui in medio throni pascet eos, & ducet eos ad fontes aquarum vivarum; & delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

ܩܦܠܐܘܢ ܚ

ܘܟܕ ܦܬܚ ܚܬܡܐ ܗܘ ܫܒܝܥܝܐ. ܗܘܐ 1
ܫܠܝܐ ܒܫܡܝܐ. ܐܝܟ ܦܠܓܘܬ ܫܥܬܐ. 2 ܘܚܙܝܬ
ܠܫܒܥܐ ܡܠܐܟܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܩܕܡ ܐܠܗܐ
ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܫܒܥ ܫܝܦܘܪ̈ܐ.
3 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܐܬܐ ܘܩܡ ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܘܐܝܬ
ܠܗ ܦܝܪܡܐ ܕܕܗܒܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܒܣ̈ܡܐ
ܣ̈ܓܝܐܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܠ ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕ̈ܝܫܐ
ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܕܗܒܐ. ܗܘ ܕܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ.
4 ܘܣܠܩ ܬܢܢܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܕܨܠܘܬܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܡܢ
ܐܝܕܗ ܕܡܠܐܟܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 5 ܘܢܣܒܗ ܗܘ
ܡܠܐܟܐ ܠܦܝܪܡܐ. ܘܡܠܝܗܝ ܡܢ ܢܘܪܐ ܕܡܕܒܚܐ.
ܘܐܪܡܝ ܒܐܪܥܐ. ܘܗܘܘ ܪ̈ܥܡܐ ܘܒܪ̈ܩܐ ܘܩ̈ܠܐ ܘܙܘܥܐ.
6 ܘܗܢܘܢ ܫܒܥܐ ܡܠܐܟܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܫܒܥܐ ܫܝܦܘܪ̈ܐ ܛܝܒܘ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ
ܕܢܙܥܩܘܢ. 7 ܘܗܘ ܩܕܡܝܐ ܙܥܩ. ܘܗܘܐ ܒܪܕܐ
ܘܢܘܪܐ

CAPUT VIII.

1 Et quum aperuisset sigillum illud septimum, factum est silentium in cœlo, tanquam dimidio horæ.

2 Et vidi illos septem Angelos, qui ante Deum stabant, & datæ sunt ipsis septem tubæ.

3 Et alius Angelus venit, & stetit ad altare, & habet thuribulum aureum, & dati sunt illi suffitus multi, ut daret ea quæ in precibus omnium sanctorum *sunt* super altare aureum, quod ante thronum *est*.

4 Ascendit fumus suffituum precum sanctorum è manu Angeli ante Deum.

5 Et accepit ille Angelus thuribulum, & implevit illud ex igne altaris, & projecit in terram, & facta sunt tonitrua, & fulgura, & voces, & *terræ* motus.

6 Et illi septem Angeli, qui habent septem tubas *fuerunt illi* qui pararunt ipsi se ut clangerent.

7 Et ille primus clanxit, & facta est grando & ignis

& ignis, mixta aquis: & projecta sunt in terram, & tertia pars terræ usta est, & tertia pars arborum ustæ sunt, & omne gramen viride ustum est.

8 Et ille secundus Angelus clanxit, & tanquam mons magnus, quando igne arsit, projectus est in mare, & facta est etiam tertia pars maris sanguis.

9 Et mortua est tertia pars omnium creaturarum quæ in mari *sunt*, quæ habent animas, & tertia pars navium corruptæ sunt.

10 Et ille tertius Angelus clanxit, & cecidit è cœlo stella ardens sicut lampas: & cecidit super tertiam partem fluminum, & super fontes aquarum.

11 Et nomen stellæ dicitur ille Apsinthus: & facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi homines mortui sunt ex aquis, propterea quod amaræ essent.

12 Et ille quartus Angelus clanxit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ut obtenebraretur tertia pars earum, & obtenebratæ sunt, (&) dies non luceret tertia parte sui, & nox eadem similitudine.

13 Et vidi, & audivi aquilam unam volantem in medio caudæ, quæ sanguinem habet, dicentem voce magna; Væ væ iis qui habitant in terra à vocibus reliquarum tubarum illorum trium Angelorum qui clangent.

CAPUT IX.

1 ET ille quintus Angelus clanxit: & vidi stellam quæ cecidit è cælo super terram, & data est illi clavis putei abyssi.

2 Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus ex puteo tanquam fumus fornacis accensæ: & obtenebratus est Sol & aër ex fumo putei.

3 Et ex fumo exiverunt locustæ in terram:

& data est

ܘܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܠܥܩܪ̈ܒܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. 4 ܘܐܬܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܠܐ
ܢܗܪܘܢ ܠܥܣܒܐ ܕܐܪܥܐ ܘܠܐ ܠܟܠ ܝܘܪܩܐ: ܘܠܐ
ܠܟܠ ܐܝܠܢܐ ܐܠܐ ܐܢ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܗܢܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܚܬܡܐ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܦܬܐ ܕܒܝܬ
ܥܝܢ̈ܝܗܘܢ. 5 ܘܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ
ܢܩܛܠܘܢ ܐܢܘܢ. ܐܠܐ ܕܢܫܬܢܩܘܢ ܝܪ̈ܚܐ ܚܡܫܐ.
ܘܫܘܢܩܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܐܝܟ ܫܘܢܩܐ ܕܥܩܪܒܐ:
ܐܡܬܝ ܕܡܚܝܐ ܠܒܪܢܫܐ. 6 ܘܒܝܘܡ̈ܬܐ ܗܢܘܢ
ܢܒܥܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܠܡܘܬܐ: ܘܠܐ ܢܫܟܚܘܢܗ.
ܘܢܬܪܓܪܓܘܢ ܠܡܡܬ. ܘܢܥܪܘܩ ܡܘܬܐ ܡܢܗܘܢ.
7 ܘܕܡܘܬܐ ܕܗܠܝܢ ܩܡ̈ܨܐ: ܕܡܝܢ ܐܝܟ ܕܡܘܬܐ
ܕܪ̈ܟܫܐ ܕܡܛܝܒܝܢ ܠܩܪܒܐ. ܘܥܠ ܪ̈ܫܝܗܝܢ
ܐܝܟ ܟܠܝܠܐ ܕܕܡܘܬܐ ܕܕܗܒܐ. ܘܦ̈ܪܨܘܦܝܗܝܢ:
ܐܝܟ ܦ̈ܪܨܘܦܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ. 8 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܝܢ
ܣܥܪܐ ܐܝܟ ܣܥܪܐ ܕܢܫ̈ܐ. ܘܫ̈ܢܝܗܝܢ ܐܝܟ
ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܗܘܝ. 9 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܝܢ
ܫܪ̈ܝܢܐ: ܐܝܟ ܫܪ̈ܝܢܐ ܕܦܪܙܠܐ. ܘܩܠܐ ܕܓܦ̈ܝܗܝܢ
ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܡܪ̈ܟܒܬܐ ܕܪ̈ܟܫܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܪ̈ܗܛܝܢ ܠܩܪܒܐ.
10 ܘܐܝܬ ܠܗܝܢ ܕܘܢܒ̈ܬܐ ܕܕܡܝܢ ܠܥܩܪ̈ܒܐ.
ܘܥܘܩ̈ܣܐ. ܘܒܕܘܢܒ̈ܬܗܝܢ ܐܝܬ ܠܗܝܢ
ܫܘܠܛܢܐ ܠܡܚܒܠܘ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܝܪ̈ܚܐ ܚܡܫܐ.
11 ܘܐܝܬ ܠܗܝܢ ܡܠܟܐ ܥܠܝܗܝܢ. ܠܡܠܐܟܐ
ܕܬܗܘܡܐ. ܕܫܡܗ ܠܗ ܥܒܪܐܝܬ ܐܒܕܘܢ ܒܝܘܢܐܝܬ
ܕܝܢ ܫܡܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܦܘܠܝܘܢ. 12 ܗܘ ܚܕ ܘܝ
ܐܙܠ. ܗܐ ܐܬܝܢ ܬܘܒ ܬܪܬܝܢ ܘ̈ܝܐ ܒܬܪ ܗܠܝܢ.
13 ܘܗܘ ܡܠܐܟܐ ܕܫܬܬܐ ܙܥܩ. ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ
ܚܕ ܡܢ ܩܪ̈ܢܬܗ ܕܡܕܒܚܐ ܕܕܗܒܐ ܗܘ ܕܩܕܡ ܐܠܗܐ.
14 ܕܐܡܪ ܠܡܠܐܟܐ ܕܫܬܬܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܫܝܦܘܪܐ. ܫܪܝ ܠܐܪܒܥܐ ܡܠܐ̈ܟܐ. ܗܢܘܢ
ܕܐܣܝܪܝܢ

& data est illis potestas, qualem habent scorpii super terram.

4 Et dictum est illis, ut non nocerent gramini terræ, neque ulli viridi, neque ulli arbori, nisi *solùm* hominibus illis qui non habent sigillum Dei in frontibus suis.

5 Et datum est eis, ut non occidant eos; sed ut crucientur menses quinque: & cruciatus eorum, sicut cruciatus scorpii, quum percusserit hominem.

6 Et in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab illis.

7 Et similitudo illarum locustarum *hæc est*; similes sunt secundum similitudinem equorum paratorum ad prælium, & super capita earum *est* tanquam corona similitudinis auri, & facies earum sicut facies hominum.

8 Et habebant capillum, sicut capillum mulierum: & dentes earum, sicut leonum erant:

9 Et habebant loricas, sicut loricas ferreas: & sonitus alarum earum, sicut sonitus curruum equorum multorum currentium ad prælium.

10 Et habent caudas similes scorpionum, & aculeos: & in caudis suis habent potestatem nocendi hominibus menses quinque.

11 Et habent Regem supra se, Angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, in Græca *lingua* autem nomen est ipsi Apollyon.

12 Illud unum væ abiit: ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.

13 Et ille sextus Angelus clanxit: & audivi vocem unam è cornibus altaris aurei quod coram Deo *est*,

14 Dicentem Angelo sexto habenti tubam; Solve illos quatuor Angelos qui vincti

qui vincti sunt ad fluvium magnum Euphratem.

15 Et soluti sunt illi quatuor Angeli, qui parati sunt ad horam, & ad diem, & ad mensem, & ad annum, ut occidant tertiam partem hominum.

16 Et numerus militum equitatus; duas myriades myriadum audivi numerum eorum.

17 Et quum vidi illos equos in visione, & eos qui sedebant super ipsos, *vidi* quod essent loricæ igneæ, & hyacinthinæ, & sulphureæ: & capita equorum erant sicut capita leonum: & ex oribus eorum exit ignis & fumus & sulphur.

18 Et à tribus hisce plagis occisi sunt tertia pars hominum; ab igne & a fumo, & à sulphure, quæ exeunt ex oribus eorum.

19 Ipsa enim potestas equorum in ore eorum est, & in caudis eorum est: illæ enim caudæ eorum similes sunt serpentibus, habentibus capita per quæ nocent.

20 Et reliqui homines qui non occisi fuerunt plagis illis, etiam non conversi sunt ab operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmones, & idola aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire:

21 Et non conversi sunt ab homicidiis suis, neque ab incantationibus suis, neque à scortatione sua, neque à furtis suis.

CAPUT X.

1 ET vidi alium Angelum fortem descendentem è cœlo, amictum nube, & arcus nubis super caput ejus, & facies ejus sicut sol, & pedes ejus sicut columna ignis.

2 Et habet in manu libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.

3 Et clamavit voce magna ſicut mugit leo: & quum clamaſſet, locuta ſunt illa ſeptem tonitrua voces ſuas.

4 Et quum locuta eſſent illa ſeptem tonitrua, ſcripturus fuiſſem: & audivi vocem è cœlo, dicentem; Obſigna hæc quæ locuta ſunt illa ſeptem tonitrua, & ea ne ſcribe.

5 Et ille Angelus, quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, exaltavit manum ſuam dextram in cœlum,

6 Et juravit per eum qui vivit in ſecula ſeculorum, qui creavit cœlum & ea quæ in eo *ſunt*, & terram & ea *quæ in ea ſunt*, & mare & ea quæ in eo *ſunt*, quod tempus non amplius futurum eſſet:

7 Niſi in diebus vocis Angeli ſeptimi, quando futurum eſt ut clangat, & *quod* conſummatum eſſet myſterium Dei, ſicut evangelizavit ſervis ſuis illis Prophetis.

8 Et vox quam audivi è cœlo rurſus loquebatur mecum, & dicebat; Abi, accipe libellum illum apertum in manu Angeli illius ſtantis ſuper mare & ſuper terram.

9 Et ivi ad Angelum, dicens ipſi, ut daret mihi libellum. Et dixit mihi; Accipe, & ede eum, & amarum reddet tibi ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulcis ſicut mel.

10 Et accepi libellum è manu Angeli; & edi eum, & erat in ore meo ſicut mel dulcis: & quum ediſſem eum, amarus fuit venter meus.

11 Et dixit mihi; Oportet te adhuc etiam prophetare de populis, & de nationibus, & Principibus, & Regibus multis.

CAPUT XI

1 ET datus est mihi calamus similis virgæ: & stabat Angelus, dicens; Surge, & metire templum Dei, & altare, & eos qui adorant in eo.

2 Et atrium, quod extra templum *est*, ejice foras, & ne metire illud: quia datum est gentibus: & civitatem sanctam conculcabunt menses quadraginta & duos.

3 Et dabo duos testes meos, & prophetabunt dies mille & ducentos & sexaginta, amicti saccis.

4 Illi sunt duæ oleæ, & duo candelabra illa quæ ante Dominum terræ stant.

5 Et si quis eos velit lædere, ignis exit ex ore eorum, & devorat inimicum eorum: & si quis eos velit lædere, sic oportet eum occidi.

6 Illi habent potestatem, ut claudant cœlum, ut pluvia non pluat in diebus illis: & potestatem habent super aquas, ut vertant eas in sanguinem, & ut percutiant terram omni plagâ, quotcunque vicibus voluerint.

7 Et quando absolverint testimonium suum, tum animal dentis illud, quod ascendit ex abysso, faciet cum illis prælium, & vincet eos.

8 Et cadavera eorum *erunt* super vicum latum urbis illius magnæ, illius quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi etiam Dominus illorum crucifixus est.

9 Et videbunt ex populis, & tribubus, & nationibus, & linguis cadavera eorum per dies tres & dimidium, & cadavera eorum non sinent poni in sepulchrum.

10 Et qui habitant in terra gaudebunt super illis, & hilares erunt, & dona mittent alii aliis,

propter

ܩܦܠܐܘܢ ܝܐ

1 ܘܐܬܝܗܒ ܠܝ ܩܢܝܐ ܕܕܡܐ ܠܫܒܛܐ ܘܩܐܡ ܗܘܐ ܡܠܐܟܐ. ܟܕ ܐܡܪ. ܩܘܡ ܘܡܫܘܚ ܠܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܘܠܡܕܒܚܐ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܣܓܕܝܢ ܒܗ.

2 ܘܠܕܪܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܐܦܩ ܡܢ ܠܒܪ ܘܠܐ ܬܡܫܘܚܝܗ ܡܛܠ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܥܡܡܐ ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܢܕܘܫܘܢ ܝܪܚܐ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ.

3 ܘܐܬܠ ܠܬܪܝܢ ܣܗܕܝ ܕܝܠܝ: ܘܢܬܢܒܘܢ ܝܘܡܬܐ ܐܠܦܐ ܘܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ. ܟܕ ܡܬܥܛܦܝܢ ܣܩܐ.

4 ܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܬܪܬܝܢ ܙܝܬܐ. ܘܬܪܬܝܢ ܡܢܪܬܐ: ܕܩܕܡ ܡܪܗ ܕܐܪܥܐ ܩܝܡܝܢ.

5 ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܗܘܢ ܒܥܐ ܠܡܗܪܘ. ܢܘܪܐ ܢܦܩܐ ܡܢ ܦܘܡܗܘܢ ܘܐܟܠܐ ܠܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܗܘܢ ܒܥܐ ܠܡܗܪܘ. ܗܟܢܐ ܘܠܐ ܠܗ ܠܡܬܩܛܠܘ.

6 ܗܠܝܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܐܚܕܘܢ ܠܫܡܝܐ. ܕܡܛܪܐ ܠܐ ܢܚܘܬ ܒܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ. ܘܫܘܠܛܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܥܠ ܡܝܐ ܕܢܗܦܟܘܢ ܐܢܘܢ ܠܕܡܐ ܘܠܡܡܚܝܘ ܠܐܪܥܐ ܒܟܠ ܡܚܘܬܐ ܟܡܐ ܕܐܨܒܝܘ ܙܒܢܝܢ.

7 ܘܡܐ ܕܫܠܡܘ ܣܗܕܘܬܗܘܢ ܗܝܕܝܢ ܚܝܘܬܐ ܗܝ ܕܣܠܩܐ ܡܢ ܬܗܘܡܐ. ܬܥܒܕ ܥܡܗܘܢ ܩܪܒܐ: ܘܬܙܟܐ ܐܢܘܢ.

8 ܘܫܠܕܝܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܥܠ ܫܘܩܐ ܦܬܝܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ. ܗܝ ܐܝܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܪܘܚܢܐܝܬ ܣܕܘܡ ܘܡܨܪܝܢ. ܐܝܟܐ ܕܐܦ ܡܪܗܘܢ ܐܙܕܩܦ.

9 ܘܚܙܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܘܫܪܒܬܐ ܘܐܡܘܬܐ ܘܠܫܢܐ ܠܫܠܕܝܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ. ܝܘܡܬܐ ܬܠܬܐ ܘܦܠܓܗ. ܘܠܫܠܕܝܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܠܐ ܫܒܩܝܢ ܠܡܬܬܣܡܘ ܒܩܒܪܐ.

10 ܘܗܢܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܢܚܕܘܢ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܢܬܒܣܡܘܢ: ܘܡܘܗܒܬܐ ܢܫܕܪܘܢ ܠܚܕܕܐ.

ܡܛܠ

propterea quod illi duo Prophetæ cruciarunt eos qui habitant super terram.

11 Et post hos tres dies & dimidium, spiritus vitæ à Deo intravit in eos, & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super illos qui videbant eos.

12 [*Et audiverunt vocem magnam è cœlo, dicentem ipsis*;] Ascendite huc: & ascenderunt in cœlum in nube, & viderunt eos inimici ipsorum.

13 Et in illâ horâ factus est motus *terræ* magnus, & una ex decem *partibus* urbis cecidit: & occisa sunt in *terræ* motu nomina hominum, millia septem: & qui reliqui *fuerunt*, timidi facti sunt, & dederunt gloriam Deo.

14 Illud væ secundum abiit: ecce illud væ tertium venit citò.

15 Et ille Angelus septimus clanxit, & factæ sunt voces, & tonitrua, dicentia; Factum est regnum mundi Domini nostri & Christi ejus, & regnabit in secula seculorum.

16 Et illi viginti & quatuor Seniores, qui coram throno Dei *sunt*, qui sedent super thronos suos, ceciderunt super facies suas, & adorarunt Deum:

17 Dicentes; Gratias agimus tibi Domine Deus, ille Omnipotens, qui est, & qui erat, propterea quod cepisti robur tuum illud magnum, & regnasti.

18 Et gentes iratæ sunt, & advenit ira tua, & tempus mortuorum, ut judicentur: & ut des mercedem servis tuis, Prophetis, & sanctis, & illis qui timent nomen tuum, parvis & magnis: & ut perdas eos qui perdiderunt terram.

19 Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca fœderis ejus in templo ejus: & facta sunt fulgura, & tonitrua, & voces, & *terræ* motus, & grando magna.

CAPUT

CAPUT XII.

1 Et signum magnum visum est in cœlo, Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & super caput ejus corona stellarum duodecim.

2 Et quum in ventre haberet, clamabat, & parturiebat, & cruciabatur ad pariendum.

3 Et visum est aliud signum in cœlo, & ecce, draco ignitus magnus, habens capita septem, & cornua decem, & super capita sua septem diademata.

4 Et cauda ejus trahit tertiam partem stellarum cœli, & projecit eas in terram: & ille draco stabat ante illam mulierem, quæ paritura erat, ut, quando pepererit, devoraret filium ejus.

5 Et peperit filium masculum, qui pasturus esset omnes gentes virgâ ferreâ: & raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus.

6 Et ipsa mulier fugit in desertum, ubi erat ipsi locus paratus à Deo, ut ibi pascerent illam dies mille, & ducentos, & sexaginta.

7 Et factum est prælium in cœlo, & Michael & collegium Angelorum ejus *erant* ad præliandum cum dracone, & draco & Angeli ejus præliati sunt:

8 Et non prævaluerunt, & locus eorum non inventus est ampliùs in cœlo.

9 Et projectus est ille draco magnus, ille serpens antiquus, qui vocatur impostor & Satanas, qui seducit orbem habitabilem totum: projectus est *inquam* super terram, & angeli ejus cum eo projecti sunt.

10 Et audivi vocem magnam in cœlo, dicentem; Nunc facta est salus, & potentia, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, propterea quod projectus est ille accusator

fratrum

ܩܦܠܐܘܢ ܝܒ

1 ܘܐܬܐ ܪܒܬܐ ܐܬܚܙܝܬ ܒܫܡܝܐ. ܐܢܬܬܐ ܕܥܛܝܦܐ ܫܡܫܐ. ܘܣܗܪܐ ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܝܗ̇. ܘܟܠܝܠܐ ܕܟܘ̈ܟܒܐ ܬܪܥܣܪ ܥܠ ܪܫܗ̇. 2 ܘܒܛܢܐ ܗܘܬ ܘܩܥܝܐ ܗܘܬ ܘܚܒܠܐ ܘܡܫܬܢܩܐ ܠܡܐܠܕ. 3 ܘܐܬܚܙܝܬ ܐܚܪܬܐ ܐܬܐ ܒܫܡܝܐ. ܘܗܐ ܬܢܝܢܐ ܕܢܘܪܐ ܪܒܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܒܥܐ ܪ̈ܫܝܢ. ܘܥܣܪ ܩܪ̈ܢܢ. ܘܥܠ ܪ̈ܫܘܗܝ ܫܒܥܐ ܬܐܓܝܢ. 4 ܘܕܘܢܒܗ ܓܪܫ ܠܬܘܠܬܐ ܕܟܘ̈ܟܒܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܐܪܡܝ ܐܢܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܗܘ ܬܢܝܢܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܩܕܡ ܐܢܬܬܐ. ܗܝ ܕܥܬܝܕܐ ܠܡܐܠܕ ܐܝܟܢܐ ܕܡܐ ܕܝܠܕܐ ܢܐܟܘܠ ܠܒܪܗ̇. 5 ܘܝܠܕܬ ܒܪܐ ܕܟܪܐ. ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܠܡܪܥܐ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܒܫܒܛܐ ܕܦܪܙܠܐ. ܘܐܬܚܛܦ ܒܪܗ̇ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܘܠܘܬ ܟܘܪܣܝܗ. 6 ܘܗܝ ܐܢܬܬܐ ܥܪܩܬ ܠܡܕܒܪܐ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܕܘܟܬܐ ܕܡܛܝܒܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܪܣܝܘܢܗ̇ ܬܡܢ ܝܘ̈ܡܬܐ ܐܠܦܐ ܘܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ. 7 ܘܗܘܐ ܩܪܒܐ ܒܫܡܝܐ. ܘܡܝܟܐܝܠ ܘܡܠܐܟܘܗܝ ܕܢܬܟܬܫܘܢ ܥܡ ܬܢܝܢܐ ܘܬܢܝܢܐ ܘܡܠܐܟܘܗܝ ܐܬܟܬܫܘ. 8 ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܘܠܐ ܕܘܟܬܐ ܐܫܬܟܚܬ ܠܗܘܢ ܬܘܒ ܒܫܡܝܐ. 9 ܘܐܬܪܡܝ ܗܘ ܬܢܝܢܐ ܪܒܐ. ܗܘ ܚܘܝܐ ܩܕܡܝܐ. ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܡܛܥܝܢܐ ܘܣܛܢܐ. ܗܘ ܕܡܛܥܐ ܠܟܠܗ̇ ܬܐܒܝܠ. ܘܐܬܪܡܝ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܡܠܐܟܘܗܝ ܥܡܗ ܐܬܪܡܝܘ. 10 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܪܒܐ ܒܫܡܝܐ ܕܐܡܪ. ܗܫܐ ܗܘܬ ܦܘܪܩܢܐ ܘܚܝܠܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܢ. ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܡܫܝܚܗ. ܡܛܠ ܕܐܬܪܡܝ ܗܘ ܡܩܛܪܓܢܐ ܕܐܚܝܢ

fratrum nostrorum, qui accusabat eos coram Deo nostro die & nocte.

11 Et ipsi vicerunt eum, propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii ipsorum, & non dilexerunt animam suam usque ad mortem.

12 Propterea hilares estote cœli, & qui in iis habitant. Væ terræ, & mari, propterea quod descendit impostor ad vos, habens iram magnam, quum noverit paululum temporis sibi esse.

13 Et quum vidisset ille draco, quod projectus esset super terram, persequutus est mulierem illam quæ peperit filium.

14 Et datæ sunt mulieri illæ duæ alæ aquilæ illius magnæ, ut avolaret in desertum, in locum suum, ubi alatur ibi per tempus, & tempora, & dimidium temporis, à facie serpentis.

15 Et projecit ille serpens ex ore post mulierem aquas tanquam fluvium, ut eam ablatam à fluvio faceret.

16 Et adjuvit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit fluvium quem projecerat ille draco ex ore suo.

17 Et iratus est ille draco contra mulierem, & abiit ad faciendum prælium cum iis qui residuum seminis ejus *sunt*, qui servant mandata Dei, & habent testimonium Jesu.

18 Et stetit super arenam maris.

CAPUT XIII.

1 Et vidi quod ascendit animal dentis è mari, habens cornua decem & capita septem; & super cornua ejus decem diademata, & super capita ejus nomina blasphemiæ.

2 Et animal dentis illud quod vidi, erat simile pardo, & pedes ejus tanquam lupi, & os ejus sicut os leonum: & dedit ipsi ille draco potentiam suam, & thronum suum,

& potestatem

& potestatem magnam.

3 Et unum ex capitibus ejus *erat* tanquam mactatum ad mortem, & plaga lethalis ejus sanata est, & admirata est *tota terra* post illud animal dentis.

4 Et adorarunt draconem, propterea quod dedit potestatem illi animali dentis hanc: & quis potest præliari cum illo?

5 Et datum est illi os loquens magna, & blasphemias: & data est illi potestas agendi menses quadraginta & duos.

6 Et aperuit os suum ad blasphemiam adversus Deum, ad blasphemiis afficiendum nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos qui in cœlo habitant.

7 Et data est illi potestas super omnem tribum, & gentem, & linguam, & nationem: & datum est illi facere prælium cum sanctis, ad vincendum eos.

8 Et adorabunt ipsum omnes qui habitant super terram, quorum non est scriptum nomen in libro vitæ Agni illius mactati à jactis fundamentis mundi.

9 Si quis habet aures, audiat.

10 Si *quis* in captivitatem abducit, in captivitatem abit: si quis gladio occidit, oportet eum gladio occidi. Hîc est tolerantia & fides sanctorum.

11 Et vidi aliud animal dentis ascendens ex terra, & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco.

12 Et potestatem omnem illius animalis dentis prioris faciebat ante illud, & faciebat terram & eos qui in ea habitant, ut adorarent illud animal dentis prius, cujus sanata erat plaga lethalis.

13 Et facit signa magna, ut etiam ignem faciat descendere è cœlo super terram coram hominibus:

14 Et seducat eos qui habitant super terram, ad faciendum imaginem illi

[illegible]

illi animali dentis, quod habebat plagam gladii, & vixit.

15 Et datum est ei dare spiritum imagini illius animalis dentis, & facere, ut omnes, quicunque non adorarint illam imaginem illius animalis dentis, occidantur:

16 Et facere omnes, parvos & magnos, & divites & pauperes, & liberos & servos, ut detur illis character super manus ipsorum dextras, aut super frontes ipsorum:

17 Ut nemo possit emere, & vendere, nisi qui habet characterem nominis illius animalis dentis, aut numerum nominis ejus.

18 Hic sapientia est: qui habet mentem, computet numerum illius animalis dentis: numerus enim hominis est: & numerus ejus est, sexcenta & sexaginta & sex.

CAPUT XIV.

1 Et vidi, & ecce ille Agnus stat super montem Sion, & cum eo numerus, centum & quadraginta & quatuor millia, habentia nomen ejus & nomen Patris ejus scriptum super frontibus suis.

2 Et audivi vocem è cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitru magni: & vox quam audivi *erat* tanquam citharœdorum pulsantium citharas suas.

3 Et canunt canticum novum ante thronum, & ante illa quatuor Animalia, & illos Seniores: & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum & quadraginta & quatuor millia, illi empti ex terra.

4 Illi sunt ii qui cum mulieribus non polluerunt se: virgines

enim sunt. Illi sunt ii qui secuti sunt Agnum quocunque ierit. Illi à Jesu empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno:

5 Et in ore eorum non inventum est mendacium: sine maculis enim sunt.

6 Et vidi alium Angelum volantem in cœlo, cum sanguine habentem Euangelium æternum, ad evangelizandum iis qui habitant super terram, & apud omnem nationem, & tribum, & linguam, & gentem:

7 Dicentem voce magnâ; Servite Deo, & date illi gloriam, quia venit hora judicii ejus: & adorate eum qui fecit cœlum, & terram, & mare, & fontes aquarum.

8 Et alius Angelus secundus secutus est eum, dicens; Cecidit, cecidit Babel illa magna, quæ ex vino excandescentiæ scortationis suæ potandum dedit omnibus gentibus.

9 Et alius Angelus tertius secutus est eos, dicens voce magnâ; Si quis adoraverit illud animal dentis, & imaginem ejus: & acceperit characterem ejus super frontem suam, aut super manum suam,

10 Etiam ipse bibet ex vino excandescentiæ Dei, quod mixtum est merum in poculo iræ ejus: & cruciabitur in igne & sulphure coram Angelis sanctis, & coram throno.

11 Et fumus cruciatus eorum in secula seculorum ascendit, & non est ipsis quies die ac nocte, iis qui adorant illud animal dentis, & imaginem ejus.

12 Hîc tolerantia sanctorum est, qui servant præcepta Dei, & fidem Jesu.

13 Et audivi vocem è cœlo, dicentem; Scribe, Beati sunt mortui, qui in Deo moriuntur à nunc: etiam, dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis: ipsa enim

opera

ܓܝܪ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܢܩܦܝܢ ܠܐܡܪܐ ܠܐܝܟܐ ܕܐܙܠ. ܗܠܝܢ ܡܢ ܝܫܘܥ ܐܙܕܒܢܘ ܡܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܪܫܝܬܐ ܠܐܠܗܐ ܘܠܐܡܪܐ. 5 ܘܒܦܘܡܗܘܢ ܠܐ ܐܫܬܟܚܬ ܕܓܠܘܬܐ. ܕܠܐ ܡܘܡܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗܘܢ. 6 ܘܚܙܝܬ ܡܠܐܟܐ ܐܚܪܢܐ ܕܦܪܚ ܒܫܡܝܐ. ܘܒܕܡܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܥܠܡ. ܠܡܣܒܪܘ ܠܥܡܘܪܝ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܥܠ ܟܠ ܐܡܘܬܐ ܘܫܪܒܬܐ ܘܠܫܢܐ ܘܥܡܐ. 7 ܕܐܡܪ ܒܩܠܐ ܪܒܐ. ܦܠܘܚܘ ܠܐܠܗܐ ܘܗܒܘ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܬܬ ܫܥܬܐ ܕܕܝܢܗ. ܘܣܓܘܕܘ ܠܗܘ ܕܥܒܕ ܠܫܡܝܐ ܘܠܐܪܥܐ. ܘܠܝܡܐ ܘܠܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ. 8 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܬܪܝܢܐ ܢܩܦ ܠܗ ܟܕ ܐܡܪ ܢܦܠܬ ܢܦܠܬ ܒܒܠ ܗܝ ܪܒܬܐ. ܗܝ ܕܡܢ ܚܡܪܐ ܕܚܡܬܐ ܕܙܢܝܘܬܗ ܐܫܩܝܬ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. 9 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܬܠܝܬܝܐ ܢܩܦ ܠܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪ ܒܩܠܐ ܪܒܐ. ܐܢ ܐܢܫ ܣܓܕ ܠܚܝܘܬܐ ܕܫܢܐ ܘܠܨܠܡܗ. ܘܢܣܒ ܪܘܫܡܐ ܕܝܠܗ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝܢܘܗܝ ܐܘ ܥܠ ܐܝܕܗ ܕܝܠܗ. 10 ܐܦ ܗܘ ܢܫܬܐ ܡܢ ܚܡܪܐ ܕܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܡܙܝܓ ܚܡܪܐ ܒܟܣܐ ܕܪܘܓܙܗ ܕܝܠܗ. ܘܢܬܫܢܩ ܒܢܘܪܐ ܘܒܟܒܪܝܬܐ. ܩܕܡ ܡܠܐܟܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ. 11 ܘܬܢܢܐ ܕܬܫܢܝܩܗܘܢ. ܠܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܢܣܩ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܝܚܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܣܓܕܝܢ ܠܚܝܘܬܐ ܕܫܢܐ ܘܠܨܠܡܐ ܕܝܠܗ. 12 ܬܢܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܝܬܝܗ. ܗܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܠܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܫܘܥ. 13 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܐܡܪ ܟܬܘܒ ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܡܝܬܐ ܗܠܝܢ ܕܒܡܪܝܐ ܡܝܬܝܢ ܡܢ ܗܫܐ. ܐܝܢ ܐܡܪ ܪܘܚܐ. ܕܢܬܢܝܚܘܢ ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܓܝܪ

ܥܒܕܐ

opera eorum sequuntur eos.

14 Et vidi, & ecce nubes alba, & super nubem sedet similis filio hominis, habens super caput suum coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

15 Et alius Angelus exivit è templo, clamans voce magnâ ad eum qui sedet super nubem.

16 Et projecit falcem suam super terram, & demessa est terra.

17 Et alius Angelus exivit è templo, quod in cœlo *est*, habens etiam falcem acutam.

18 Et alius Angelus exivit ex altari, habens potestatem super ignem: & clamavit clamore magno ad eum qui habet falcem acutam, dicens; Mitte falcem tuam illam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quia adoleverunt uvæ terræ.

19 Et projecit Angelus falcem suam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & projecit in torcular excandescentiæ Dei illius magni.

20 Et calcatum est ipsum torcular usque ad frœna equorum, à stadiis mille & sexcentis.

CAPUT XV.

1 ET vidi aliud signum in cœlo magnum & admirabile, Angelos septem, habentes plagas septem illas ultimas, propterea quod in illis consummata est excandescentia Dei.

2 Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni, & eos qui victoriam reportarunt ab illo animali dentis, & ab imagine ejus, & à numero nominis ejus, stantes super mare vitreum, & habentes citharas Dei.

3 Et canunt canticum Mosis, illius servi Dei, & canticum Agni, dicentes; Magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex seculorum.

4 Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomen tuum? propterea quod tu solus sanctus es & justus: propterea quod omnes gentes venient, & adorabunt ante te, quod judicia tua patefacta sint.

5 Et post hæc vidi, & apertum est templum tabernaculi testimonii quod in cœlo est.

6 Et exiverunt illi septem Angeli, qui habent septem plagas, è templo, induti lino puro, splendido, & vincti ad pectus suum zonis aureis.

7 Et unum ex quatuor Animalibus dedit illis septem Angelis septem phialas aureas plenas excandescentiâ Dei, qui vivit in secula seculorum.

8 Et impletum est templum è fumo ex gloria Dei & ex potentia ejus: & nemo poterat intrare in templum, usque dum explerentur illæ septem plagæ illorum septem Angelorum.

CAPUT XVI.

1 ET audivi vocem magnam dicentem illis septem Angelis; Abite, & effundite illas septem phialas excandescentiæ Dei in terram.

2 Et abivit ille primus, & effudit phialam suam in terram: & factum est ulcus malum & dolorificum super homines illos qui habent characterem illius animalis dentis, & qui adorant imaginem ejus.

3 Et ille secundus Angelus effudit phialam

[illegible]

phialam suam in mare, & factus est sanguis sicut mortui; & omnis anima vivens mortua est, ex iis quæ sunt in mari.

4 Et ille tertius Angelus effudit phialam suam in fluvios, & in fontes aquarum, & factæ sunt sanguis.

5 Et audivi Angelum aquarum dicentem; Justus es ô ille qui est, & qui erat, & sanctus, propterea quod hæc judicasti.

6 Propterea quod sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem ipsis dedisti bibendum, quia digni sunt.

7 Et audivi altare dicens; Etiam Domine Deus Omnipotens, verum est & justum judicium tuum.

8 Et ille quartus effudit phialam suam super solem, & datum est ei urere homines igne.

9 Et æstuarunt homines illi æstu magno, & blasphemarunt homines nomen Dei, qui habet potestatem super plagas illas, & non resipuerunt, ut darent ipsi gloriam.

10 Et ille quintus effudit phialam suam super thronum illius animalis dentium, & factum est regnum ejus obtenebratum, & mandebant linguas suas ex dolore.

11 Et blasphemarunt Deum cœli ex doloribus suis, & ex ulceribus suis, & non resipuerunt ab operibus suis.

12 Et ille sextus effudit phialam suam super fluvium illum magnum Euphratem, & aruerunt aquæ ejus, ut pararetur via Regum illorum qui ex Oriente solis *adventabant*.

13 Et vidi ex ore Draconis, & ex ore illius animalis dentis, & ex ore illius Prophetæ falsi, spiritus tres immundos tanquam ranas *prodeuntes*.

14 Sunt enim spiritus dæmoniorum facientium signa, qui abeunt ad Reges orbis habitabilis

totius

[illegible], ad congregandum eos ad prælium magni illius diei Dei Omnipotentis.

15 Et ecce venio tanquam fur: beatus est qui vigilat, & servat vestes suas, ut ne nudus incedat, & videant ignominiam ejus.

16 Et congregarunt eos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon.

17 Et ille septimus effudit phialam suam super aërem: & exivit vox magna è templo, è throno, dicens; Factum est.

18 Et facta sunt fulgura, & tonitrua, & voces, & *terræ* motus factus est magnus, qualis non fuit, ex quo fuerunt homines super terram, talis *terræ* motus, adeo magnus.

19 Et facta est urbs illa magna in tres partes, & urbs gentium cecidit: & Babel illa magna in memoriam venit coram Deo, ad dandum ipsi calicem vini illius excandescentiæ iræ ejus.

20 Et omnis insula fugit, & montes non inventi fuerunt.

21 Et grando magna quasi talenti pondo facta est è cœlo super homines; & conviciis affecerunt illi homines Deum ex plaga grandinis, propterea quod magna erat plaga illius valdè.

CAPUT XVII.

1 ET venit unus ex illis septem Angelis, qui habent septem phialas, & locutus est mecum, dicens; Veni, ostendam tibi judicium illius meretricis magnæ, quæ sedet super *aquas* multas.

2 Cum qua scortati sunt Reges terræ, & inebriati sunt qui habitant in terra è vino scortationis ejus.

3 Et abduxit me in desertum in spiritu: & vidi mulierem sedentem super animal densè rubrum, plenum nominibus blasphemiæ, habens capita septem, & cornua decem.

4 Et illa mulier erat amicta purpurâ & cocco, [illegible]

& inaurata

[illegible]

& inaurata auro, & lapidibus pretiosis & margaritis, habens calicem aureum [illegible] manu sua; plenum pollutionibus & immunditie scortationis suis, *quibus foedavit* terram.

5 Et super fronte ejus nomen scriptum; Mysterium, Babel illa magna, illa mater meretricum, & inquinationum terræ.

6 Et vidi mulierem inebriatam è sanguine Sanctorum, & è sanguine testium Jesu, & admiratus sum, quando vidi eam, admiratione magnâ.

7 Et dixit mihi ille Angelus; Quare admiratus es? ego dicam tibi mysterium mulieris, & animalis dentis quod gestat eam, quod habet illa septem capita, & illa decem cornua.

8 Animal dentis quod vidisti, erat, & non est, & ascensurum est ex abysso, & in perditionem abiturum: & admirabuntur qui habitant super terram, quorum non est scriptum nomen in libro vitæ, à jactis fundamentis mundi, videntes illud animal dentis, quod erat, & non est, & appropinquavit.

9 Hic mens ei qui habet sapientiam. Illa septem capita, septem montes sunt, ubi ipsa mulier sedet super eos.

10 Et Reges septem sunt: quinque ceciderunt: unus est, alius nondum venit, & quando venerit, paululum oportet ipsum manere.

11 Et animal dentis, quod erat, & non est, & hic octavus est, & ex septem est, & in perditionem est.

12 Et decem cornua quæ vidisti, decem Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam Reges unâ horâ accipiunt cum illo animali dentis.

13 Hi unam voluntatem habent, & potestatem

& potentiam [illegible] potestatem suam illi animali dentis dant.

14 Illi cum illo Agno praeliabuntur, & ille Agnus vincet eos, propterea quod Dominus Dominorum est, & Rex Regum, & qui cum ipso *sunt*, vocati, & electi, & fideles.

15 Et dixit mihi; Aquae quas vidisti, ubi illa meretrix *est* sedens, gentes, & turbae sunt, & nationes, & linguae.

16 Et decem cornua quae vidisti, & illud animal dentis, illi odio habebunt illam meretricem, & desertam facient eam, & nudam, & carnem ejus comedent, & eam urent igne.

17 Deus enim dedit in corda eorum, ut facerent voluntatem ejus, & facerent unam voluntatem, & darent regnum suum isti animali dentis, usque dum complebuntur verba haec Dei.

18 Et mulier illa quam vidisti, est urbs illa magna, quae habet regnum super Reges terrae.

CAPUT XVIII.

1 Post haec vidi alium Angelum descendentem è coelo, habentem potestatem magnam, & terra splenduit à gloria ejus.

2 Et clamavit voce forti, dicens; Cecidit, cecidit Babel illa magna, & facta est spelunca daemonum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis avis immundae & exosae, & custodia omnis animalis dentis immundi & exosi:

3 Propterea quod ex vino excandescentiae ejus biberunt omnes gentes, & Reges terrae cum eâ scortati sunt, & mercatores terrae ex potentiâ luxus ejus ditati sunt.

4 Et audivi vocem aliam è coelo, dicentem;

Exite

[illegible] 14 [illegible] 15 [illegible] 16 [illegible] 17 [illegible] 18 [illegible]

[illegible]

1 [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible]

Exite ex ea, populemi, ut non participetis peccatorum ejus, & de plagis ejus ne accipiatis.

5 Propterea quod adhæserunt peccata ejus usque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum ejus.

6 Reddite ei, sicut etiam ipsa reddidit, & duplicate ei duplum secundum opera ejus: in calice quem miscuit miscete ei duplum.

7 Quantùm placuit ipsi lascivire, tantùm date ei cruciatum & luctum, propterea quod in corde suo dicit; Sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo.

8 Propter hoc in uno die venient hæ plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne ardebit: propterea quod fortis est Dominus Deus, qui judicavit eam.

9 Et flebunt, & lugebunt, & plangent super eâ Reges terræ, qui cum eâ scortati sunt & lascivierunt, quando videbunt fumum incendii ejus,

10 E longinquo stantes propter metum cruciatus ejus, dicentes; Væ, væ, civitas illa magna Babel, civitas illa fortis, propterea quod in una hora venit judicium tuum.

11 Et mercatores terræ lugebunt super eâ, propterea quod onus ipsorum nemo emit,

12 Neque amplius onus auri, & argenti, & lapidum pretiosorum, & margaritarum, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omnis ligni aromatici, & omnis vasis ossis elephantis, & omnis vasis ligni valde pretiosi, & æris, & ferri, & marmoris,

13 Et cinnamomi, & omomi, & suffituum, & unguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & jumentorum, & ovium, & equorum, & curruum, & corporum & animarum hominum.

14 Et fructus desiderii animæ tuæ abiit à te,

& omnia

& potentiam ac poteſtatem ſuam illi animali dentis dant.

14 Illi cum illo Agno præliabuntur, & ille Agnus vincet eos, propterea quod Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum, & qui cum ipſo *ſunt*, vocati, & electi, & fideles.

15 Et dixit mihi; Aquæ quas vidiſti, ubi illa meretrix *eſt* ſedens, gentes, & turbæ ſunt, & nationes, & linguæ.

16 Et decem cornua quæ vidiſti, & illud animal dentis, illi odio habebunt illam meretricem, & deſertam facient eam, & nudam, & carnem ejus comedent, & eam urent igne.

17 Deus enim dedit in corda eorum, ut facerent voluntatem ejus, & facerent unam voluntatem, & darent regnum ſuum iſti animali dentis, uſque dum complebuntur verba hæc Dei.

18 Et mulier illa quam vidiſti, eſt urbs illa magna, quæ habet regnum ſuper Reges terræ.

CAPUT XVIII.

1 POſt hæc vidi alium Angelum deſcendentem è cœlo, habentem poteſtatem magnam, & terra ſplenduit à gloria ejus.

2 Et clamavit voce forti, dicens; Cecidit, cecidit Babel illa magna, & facta eſt ſpelunca dæmonum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis avis immundæ & exoſæ, & cuſtodia omnis animalis dentis immundi & exoſi:

3 Propterea quod ex vino excandeſcentiæ ejus biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum eâ ſcortati ſunt, & mercatores terræ ex potentiâ luxus ejus ditati ſunt.

4 Et audivi vocem aliam è cœlo, dicentem;

Exite

[illegible]

Exite ex ea, populé mi, ut non participetis peccatorum ejus, & de plagis ejus ne accipiatis.

5 Propterea quod adhæserunt peccata ejus usque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum ejus.

6 Reddite ei, sicut etiam ipsa reddidit, & duplicate ei duplum secundum opera ejus: in calice quem miscuit miscete ei duplum.

7 Quantùm placuit ipsi lascivire, tantùm date ei cruciatum & luctum, propterea quod in corde suo dicit; Sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo.

8 Propter hoc in uno die venient hæ plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne ardebit: propterea quod fortis est Dominus Deus, qui judicavit eam.

9 Et flebunt, & lugebunt, & plangent super eâ Reges terræ, qui cum eâ scortati sunt & lascivierunt, quando videbunt fumum incendii ejus,

10 E longinquo stantes propter metum cruciatus ejus, dicentes; Væ, væ, civitas illa magna Babel, civitas illa fortis, propterea quod in una hora venit judicium tuum.

11 Et mercatores terræ lugebunt super eâ, propterea quod onus ipsorum nemo emit,

12 Neque amplius onus auri, & argenti, & lapidum pretiosorum, & margaritarum, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omnis ligni aromatici, & omnis vasis ossis elephantis, & omnis vasis ligni valde pretiosi, & æris, & ferri, & marmoris,

13 Et cinnamomi, & omomi, & suffituum, & unguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & jumentorum, & ovium, & equorum, & curruum, & corporum & animarum hominum.

14 Et fructus desiderii animæ tuæ abiit à te,

& omnia

& omnia illa pinguia & splendida perierunt à te, & non amplius invenient ea mercatores illarum rerum.

15 Qui ditati sunt ex eâ, è longinquo stabunt, propter timorem cruciatus ejus, & flebunt, & lugebunt,

16 Dicentes; Væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta *erat* byssino, & purpureo, & coccineo, & inaurata auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis, propterea quòd in unâ horâ vastatæ sunt divitiæ illæ tantæ.

17 Et omnis gubernator, & omnis qui ad locum navigat, & nautæ, & omnes qui in mari negociantur, è longinquo steterunt,

18 Et clamarunt videntes fumum incendii ejus, dicentes; Quæ est similis urbi illi magnæ?

19 Et injecerunt pulverem super capita sua, & clamarunt, flentes, & lugentes, & dicentes; Væ, væ, civitas illa magna, in quâ ditati sunt omnes qui habent naves in mari ex pretiositate ejus, propterea quod unâ horâ vastata est.

20 Hilares estote super eâ cœli, & Angeli, & Apostoli, & Prophetæ: propterea quod judicat Deus judicium vestrum ab eâ.

21 Et sustulit unus Angelus lapidem, molari similem, magnum, & projecit in mare, dicens; Sic cum impetu projicietur Babel civitas illa magna, & non invenietur amplius.

22 Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibicinum, & tubarum non audietur in te amplius: & ullus artifex ullius artificii non invenietur in te amplius.

23 Et lux lucernæ non videbitur in te: & vox sponsi & sponsæ non audietur in te amplius, propterea quod mercatores tui erant magnates terræ, propterea quod incantatione tuâ seducti sunt omnes gentes.

[illegible]

24 [illegible]

24 Et in ea sanguis Prophetarum, & Sanctorum inventus est, & omnium eorum qui mactati sunt super terram.

[illegible]

CAPUT XIX.

1 [illegible]

1 Post hæc audivi vocem magnam turbæ multæ in cœlo, dicentium; Haleluja: salus, & potentia, & gloria, & honor Deo nostro:

2 Propterea quod vera & justa *sunt* judicia ejus: propterea quod judicavit meretricem illam magnam, illam quæ corrupit terram scortatione sua, & ultus est sanguinem servorum suorum ex manu ejus.

3 Et secundò dixerunt; Haleluja: & fumus ejus ascendebat in secula seculorum.

4 Et ceciderunt illi Seniores viginti & quatuor, & illa quatuor Animalia, & adorarunt Deum, qui sedet super thronum, dicentes; Amen, Haleluja.

5 Et vox exivit è throno, dicens; Laudate Deum nostrum, omnes servi ejus, & ii qui timent eum, parvi & magni.

6 Et audivi tanquam vocem turbæ multæ, & tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum fortium, dicentium; Haleluja: propterea quod regnavit Dominus Deus noster, ille Omnipotens.

7 Gaudeamus, & exultemus, & demus Gloriam ei: propterea quod venerunt nuptiæ illius Agni, & uxor ejus paravit ipsa se.

8 Et datum est ei, ut amiciatur byssino splendido & mundo: illud enim byssinum justitiæ Sanctorum est.

9 Et dixit mihi; Scribe: Beati sunt qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dixit mihi; Hæc verba mea vera Dei *verba* sunt.

10 Et cecidi ante pedes ejus, ad adorandum eum: & dixit mihi; Vide ne *feceris*: conservus tuus sum, & fratrum tuorum,

qui habent

qui habent testimonium Jesu: Deum adorate: ipsum enim testimonium Jesu est ille Spiritus prophetiæ.

11 Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui sedet super eum vocatur fidelis & verus, & in justitia judicat, & præliatur.

12 Ipsi autem oculi ejus tanquam flamma ignis, & super caput ejus diademata multa, habens nomina scripta, & nomen scriptum illi quod nemo novit, nisi ipse.

13 Et amictus veste quæ aspersa sanguine: & vocatur nomen ejus, Verbum illud Dei.

14 Et illi exercitus qui in cœlo *sunt* sequebantur eum super equos albos, induti vestimento byssino, puro, albo.

15 Et ex ore ejus exit gladius acutus duorum orum, ut eo percutiat gentes: & ipse pascet gentes virgâ ferreâ, & ipse calcabit torcular vini excandescentiæ Dei Omnipotentis.

16 Et habet super vestimentum, & super femur suum nomina scripta; Rex Regum, & Dominus Dominorum.

17 Et vidi Angelum stantem in sole, & clamavit voce magnâ, dicens omnibus avibus earum quæ volant in medio cœli; Venite, congregamini ad cœnam illam magnam Dei:

18 Ut edatis carnes Regum, & carnes Chiliarchorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & eorum qui sedent super eos, & carnes omnium liberorum & servorum, & parvorum & magnorum.

19 Et vidi illud animal dentis, & Reges terræ, & exercitus eorum, congregatos ad faciendum prælium cum eo qui sedet super equum, & cum exercitibus ejus.

20 Et captum est illud animal dentis, & ille Propheta falsus qui cum eo *erat*,

ille

[illegible]

ille qui fecit illa signa ante illud, per quæ seduxit eos qui acceperunt characterem illius animalis dentis, & eos qui adorarunt imaginem ejus: & vivi projecti sunt ambo in stagnum ignis, ardens sulphure.

21 Et reliqui occisi sunt gladio ejus qui sedet super equum, eo *gladio* qui exit ex ore ejus: & omnes aves saturatæ fuerunt carnibus eorum.

CAPUT XX.

1 ET vidi Angelum descendentem è cœlo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua.

2 Et apprehendit Draconem, illum serpentem, illum antiquum, qui est impostor & Satanas, qui seduxit totum orbem habitabilem: & ligavit eum mille annos.

3 Et projecit eum in abyssum, & clausit, & obsignavit super eum, ut non seducat amplius gentes, donec absolverit illos mille annos: postea autem solvetur ad pauculum tempus.

4 Et vidi thronos, & sederunt super eos, & judicium datum est illis, atque animabus quæ *capite* truncatæ fuerunt propter testimonium Jesu, & propter sermonem Dei, & qui non adorarunt illud animal dentis, neque imaginem ejus, neque acceperunt characterem super frontem, & super manum suam; & vixerunt, & regnarunt cum Christo suo illos mille annos.

5 Hæc est resurrectio illa prima.

6 Beatus est, & sanctus qui habet partem in resurrectione illa prima; super illos mors secunda non habet potestatem: sed erunt, *imo* sunt sacerdotes Dei, & Christi

ejus:

[illegible]

ejus: & regnabunt cum eo illos mille annos.

7 Et quando complebuntur illi mille anni, solvetur ille Satanas è carcere suo.

8 Et exibit ad seducendum gentes, eas quæ *sunt* in quatuor angulis terræ, Gogum & Magogum, ad congregandum eos ad prælium, quorum numerus sicut arena maris.

9 Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorum, & urbem illam dilectam: & descendit ignis à Deo è cœlo, & devoravit eos.

10 Et diabolus qui seduxit eos projectus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi etiam illud animal dentis, & ille propheta falsus *sunt*: & cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

11 Et vidi thronum magnum album, & eum qui sedet super illum, à cujus facie fugit terra & cœlum, & locus ob hoc non inventus est illis.

12 Et vidi mortuos, magnos & parvos, stantes ante thronum, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & judicati sunt mortui ex iis quæ scripta sunt in libris, secundum opera eorum.

13 Et dedit mare mortuos qui *erant* in ipso: & mors & infernus dederunt mortuos qui erant in ipsis: & judicati sunt unusquisque secundum opera sua.

14 Et mors & infernus projecti sunt in illud stagnum ignis: hæc mors secunda est, stagnum illud ignis.

15 Et si quis non inventus est in libro vitæ scriptus, projectus est in stagnum illud ignis.

CAPUT

[illegible]

CAPUT XXI.

1 ET vidi cœlos novos, & terram novam: illud enim primum cœlum, & terra prima abierunt, & mare non est ampliùs.

2 Et civitatem illam sanctam, Hierosolymam novam, vidi descendentem è cœlo à Deo, paratam tanquam sponsam ornatam viro suo.

3 Et audivi vocem magnam è cœlo dicentem; Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitavit cum illis: ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum iis erit, iis Deus.

4 Et evanescet omnis lacryma ab oculis eorum, & mors non erit ampliùs, neque luctus, neque clamor, neque dolor, non erit, *inquam*, ampliùs: propterea quod prima transierunt.

5 Et dixit ille qui sedet in throno; Ecce omnia nova facio: & dixit; Scribe: propterea quod hæc verba fidelia & vera Dei sunt.

6 Et dixit mihi; Ego sum Olaph & Thau, initium & finis: ego ei qui sitit dabo ex fonte aquarum vivarum gratis.

7 Qui vincit possidebit hæc: & ero ei Deus, & ipse erit filius meus.

8 Timidis autem, & infidelibus, & peccatoribus, & pollutis, & homicidis, & scortantibus, & incantatoribus, & cultoribus idolorum, & omnibus mendacibus, pars eorum *erit* in stagno illo ardente igne & sulphure, quæ est mors illa secunda.

9 Et venit unus ex illis septem Angelis, qui habent illas septem phialas, quæ plenæ sunt septem plagis illis postremis, & locutus est mecum, dicens; Veni, ostendam tibi sponsam illam, uxorem illius Agni.

10 Et abduxit me in Spiritu supra montem magnum & altum, & ostendit mihi

mihi civitatem illam sanctam, Hierosolymam descendentem è cœlo à Deo,

11 Habentem gloriam Dei, tanquam lucem splendidam, similem lapidi multùm pretioso, tanquam lapidi jaspidi simili crystallo:

12 Habentem murum magnum & altum, qui habet portas duodecim, & nomina scripta super eas, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

13 Ab oriente, portas tres: & ab Aquilone portas tres: *& à meridie*, *portas tres: & ab occidente*, *portas tres.*

14 Et murum urbis, habentem fundamenta duodecim, & super ea duodecim nomina duodecim Apostolorum illius Agni.

15 Et ille, qui loquebatur mecum, habebat mensuram, calamum aureum, ut metiretur urbem, & portas ejus, & murum ejus.

16 Et illa urbs quadrangularis posita *erat*, & longitudo ejus sicut etiam latitudo: & mensus est urbem calamo super duodecim stadiis duodecim millium: & longitudo, & latitudo, & altitudo ejus æquales sunt.

17 Et mensus est murum ejus, *ad* centum & quadraginta & quatuor mensuras cubitorum hominis, quæ est Angeli *mensura*.

18 Et structura muri ejus, jaspis *est*: & ipsa urbs ex auro puro, simili vitro puro.

19 Et illa fundamenta muri urbis omni lapide pretioso ornata: fundamentum prius, Jaspis: secundum, Saphirus: tertium, Chalidon: quartum, Smaragdus:

20 Quintum, Sardonichus: sextum, Saridon: septimum, Chrisothilus: octavum, Beryllus: nonum, Topadion: decimum,

[illegible]

decimum, Chrisopossus: undecimum, Hyacinthus: duodecimum, Amythistus:

21 Et ipsæ duodecim portæ, duodecim *sunt* margaritæ: singulæ *margaritæ* singulæ portæ, & singulæ *portæ* è singulis margaritis: & vicus latus urbis aurum purum, tanquam vitrum splendidum.

22 Et templum non vidi in ea: ipse enim Dominus, ille Omnipotens, templum ejus est, & ille Agnus.

23 Et ipsa urbs non habet indigentiam solis neque lunæ, ut illuminent eam: ipsa enim gloria Dei illuminavit eam, & lucerna ejus ille Agnus.

24 Et ambulabunt gentes quæ salvatæ sunt per lucem ejus illam, & Reges terræ adferentes gloriam suam, & honorem gentium in eam.

25 Et portæ ejus non claudentur interdiu: nox enim non est ibi.

26 Et adferent gloriam & honorem gentium in eam.

27 Et non intrabit in eam quicquam pollutum, & qui facit immunditiem: sed qui scripti sunt in libro vitæ illius Agni.

CAPUT XXII.

1 ET ostendit mihi fluvium aquarum vivarum, nitidum [*tanquam*] crystallum, exeuntem ex throno Dei, & illius Agni.

2 In medio vici lati ejus, & juxta fluvium hinc atque illinc, lignum vitæ *erat*, faciens fructus duodecim, in omni mense reddens unumquodque fructum suum: & folia ligni *sunt* ad sanitatem gentium.

3 Et ullum deciduum non erit amplius, & thronus Dei & illius Agni in ea erit, & servi ejus ministrabunt ei.

4 Et videbunt faciem ejus, & nomen ejus super frontes eorum *erit*.

5 Et nox non erit amplius, neque erit ipsis indigentia

luminis

luminis lucernæ & luminis solis: propterea quod Dominus Deus illuminat eos, & regnabunt in secula seculorum.

6 Et dixit mihi; Hæc verba *sunt* fidelia & vera: & Dominus Deus spiritus prophetarum misit me, me Angelum suum, ad indicandum servis suis ea quæ oportet fieri citò.

7 Et ecce, venio citò: beatus qui servat verba prophetiæ libri hujus.

8 Et etiam ego Johannes *sum* ille qui audiebam & videbam hæc: & quum audivissem ego & vidissem, cecidi ad adorandum ante pedes Angeli, qui mihi hæc indicabat.

9 Et dixit mihi; Vide ne: conservus tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui servant verba libri hujus: Deum adora.

10 Et dixit mihi; Ne obsigna verba prophetiæ libri hujus: illud enim tempus propinquum est.

11 Qui injuria afficit, injuria afficiat adhuc: & qui fœdus est, fœdus fit adhuc: & justus justitiam faciat adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.

12 Ecce venio citò, & merces mea mecum, ad retribuendum unicuique, sicut est opus ejus.

13 Ego sum Olaph & Thau, ille primus & ille ultimus, illud initium & ille finis.

14 Beati sunt qui faciunt mandata ejus, ut sit potestas eorum in lignum vitæ, & per portas intrent in urbem.

15 Foràs *erunt* canes, & incantatores, & scortatores, & homicidæ, & cultores idolorum, & omnis qui diligit & facit mendacium.

16 Ego Jesus misi Angelum meum, ad testandum vobis hæc coram Ecclesiis: ego sum illa radix & genus Davidis, tanquam illa stella splendida, illa matutina.

17 Et Spiritus & sponsa dicunt; Veni: & ille qui audit, dicat; Veni:

& ille

ܢܘܗܪܐ ܕܫܪܓܐ ܘܢܘܗܪܐ ܕܫܡܫܐ. ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܢܗܪ ܥܠܝܗܘܢ ܘܡܡܠܟܝܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ.

6 ܘܐܡܪ ܠܝ. ܗܠܝܢ ܡܠܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܘܫܪܝܪܬܐ. ܘܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܪܘܚܐ ܕܢܒܝܐ ܫܕܪ ܠܝ ܠܡܠܐܟܐ ܕܝܠܗ. ܠܡܚܘܝܘ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܗ: ܗܠܝܢ ܕܘܠܐ ܠܡܗܘܐ ܒܥܓܠ.

7 ܘܗܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܒܥܓܠ. ܛܘܒܘܗܝ ܠܗܘ ܕܢܛܪ ܠܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ.

8 ܘܐܦ ܐܢܐ ܝܘܚܢܢ ܗܘ ܕܫܡܥ ܗܘܝܬ ܘܚܙܐ ܗܠܝܢ. ܘܡܐ ܕܫܡܥܬ ܐܢܐ ܘܚܙܝܬ ܢܦܠܬ ܠܡܣܓܕ ܩܕܡ ܪܓܠܘܗܝ ܕܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܡܚܘܐ ܗܘܐ ܠܝ ܗܠܝܢ.

9 ܘܐܡܪ ܠܝ ܚܙܝ. ܠܐ. ܟܢܬܟ ܕܝܠܟ ܐܢܐ. ܘܕܐܚܝܟ ܢܒܝܐ. ܘܕܗܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܠܡܠܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܠܐܠܗܐ ܣܓܘܕ.

10 ܘܐܡܪ ܠܝ ܠܐ ܬܚܬܘܡ ܠܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܩܪܝܒ ܗܘ.

11 ܗܘ ܕܡܥܘܠ ܢܥܘܠ ܬܘܒ. ܘܗܘ ܕܛܢܦ ܢܛܢܦ ܬܘܒ. ܘܙܕܝܩܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܢܥܒܕ ܬܘܒ. ܘܩܕܝܫܐ ܢܬܩܕܫ ܬܘܒ.

12 ܗܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܒܥܓܠ. ܘܐܓܪܝ ܥܡܝ ܠܡܦܪܥ ܠܟܠܚܕ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ ܕܝܠܗ.

13 ܐܢܐ ܐܠܦ ܘܬܘ. ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܘܗܘ ܐܚܪܝܐ. ܗܘ ܪܫܐ ܘܗܘ ܫܘܠܡܐ.

14 ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܗܠܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܢܗܘܐ ܫܘܠܛܢܗܘܢ ܥܠ ܩܝܣܐ ܕܚܝܐ. ܘܒܬܪܥܐ ܢܥܠܘܢ ܠܡܕܝܢܬܐ.

15 ܠܒܪ ܟܠܒܐ ܘܚܪܫܐ ܘܙܢܝܐ ܘܩܛܘܠܐ ܘܦܠܚܝ ܦܬܟܪܐ ܘܟܠ ܕܪܚܡ ܘܥܒܕ ܕܓܠܘܬܐ.

16 ܐܢܐ ܝܫܘܥ ܫܕܪܬ ܠܡܠܐܟܝ ܕܐܣܗܕ ܒܟܘܢ ܗܠܝܢ ܒܥܕܬܐ. ܐܢܐ ܐܝܬܝ ܥܩܪܐ ܘܫܪܒܬܐ ܕܕܘܝܕ. ܐܝܟ ܟܘܟܒܐ ܢܗܝܪܐ ܕܨܦܪܐ.

17 ܘܪܘܚܐ ܘܟܠܬܐ ܐܡܪܝܢ ܬܐ. ܘܗܘ ܕܫܡܥ ܢܐܡܪ ܬܐ.

ܘܗܘ

ܘܡܢ ܕܨܗܐ ܢܐܬܐ. ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܢܣܒ ܡܝܐ ܚܝܐ ܡܓܢ. 18 ܡܣܗܕ ܐܢܐ ܠܟܠ ܕܫܡܥ ܠܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܕܐܢ ܐܢܫ ܢܣܝܡ ܥܠܝܗܝܢ. ܢܣܝܡ ܐܠܗܐ ܥܠܘܗܝ ܡܚܘܬܐ ܕܟܬܝܒܢ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. 19 ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܒܨܪ ܡܢ ܡܠܐ ܕܟܬܒܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܗܢܐ ܢܒܨܪ ܐܠܗܐ ܡܢܬܗ ܡܢ ܩܝܣܐ ܕܚܝܐ. ܘܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܩܕܝܫܬܐ: ܕܟܬܝܒܢ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. 20 ܐܡܪ ܗܘ ܕܡܣܗܕ ܗܠܝܢ. ܐܝܢ. ܐܬܐ ܐܢܐ ܥܓܠ ܐܡܝܢ. ܬܐ ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ. 21 ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ. ܐܡܝܢ ܀

& ille qui fitit, veniat: & qui vult, accipiat aquas vivas gratis.

18 Teftor omni audienti verba prophetiæ libri hujus; Si quis apponet ad hæc, apponet Deus fuper illum plagas quæ fcriptæ funt in libro hoc.

19 Et fi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, diminuet Deus portionem ejus è ligno vitæ, & ex urbe illa fanctâ, fcriptis in libro hoc.

20 Dicit is qui teftatur hæc; Etiam: venio citò. Amen. Veni Domine Jefu.

21 Gratia Domini noftri Jefu Chrifti fit cum omnibus fanctis. Amen.

ܫܠܡ ܓܠܝܢܐ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܣܛܐ: ܘܟܠܗ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. ܕܡܬܦܫܩܐ ܒܠܫܢܐ ܕܣܘܪܝܐ.

Finita eft Apocalypfis Johannis Evangeliftæ, & totum novum Teftamentum, in linguam Syrorum tranflatum.

ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܀

GLORIA DEO.

VARIÆ NOVI TESTAMENTI *VERSIONIS SYRIACAE* LECTIONES

Ex omnibus Editionibus multo ſudore collectæ

à

CAROLO SCHAAF.

IN quibus V. notat Editionem Viennenſem.
TRE. deſignat Editionem Immanuelis Tremellii.
R. indicat Editionem Regiam, ſumptibus Regis Hiſpaniæ editam, exhibentem Syrum Textum characteribus Syriacis & Chaldaicis.

RA. connotat Franciſci Raphelengii Varias Lectiones, quas ex Manuſcripto Colonienſi collegit.

PL. ſignificat Editiones Plantinianas, unam in 8°, alteram in 12°, à Chriſtophoro Plantino impreſſas.

PARIS. MIN. denotat Editionem Pariſienſem Minorem, in 4° Pariſiis editam.

H. notat Editionem Eliæ Hutteri.

TRO. deſignat Editionem Martini Troſtii.

De D. in Apocalypſi indicat Ludovicum de Dieu.

PO. in ſecunda Epiſtola Petri, in ſecunda & tertia Epiſtola Johannis, & in Epiſtola Judæ notat Edwardum Pocockium.

P. deſignat Editionem Syriacam N. T. in Heptaplis Pariſienſibus.

A. indicat Editionem Syriacam N. T. in Polyglottis Anglicanis.

G. denotat Editionem Ægidii Gutbirii.

N. ſignificat Editionem Noſtram.

Quarum Editionum ſigna conjuncta ſunt, eæ conſentiunt.

IN MATTHÆO.

Cap. I. v. 10. & 11. Tre. R. H. Tro. G. ܡܢܫܐ: V. P. A. N. v. 11. & 12. V. Tre. R. H. Tro. G. ܝܘܟܢܝܐ: P. A. N. v. 15. P. A. *bis* ܐܠܥܙܪ: V. Tre. R. H. Tro. G. N. v. 19. V. P. A. ܘܨܒܐ ܠܗ: Tre. &c. N. v. 20. Tre. R. H. מַלְאַכָּה. *Ibid.* Tre. R. H. ܕܡܢܗ ܗܘ: *vide Gram. Amiræ pag.* 243, *& Lud. de Dieu pag.* 137. v. 23. Tre. R. H. אֱלָהָן: *punctarunt ex Chaldaismo.*

Cap. II. v. 4. G. ܡܫܝܚܐ. v. 8. G. ܠܘܬܗܘܢ. v. 9. G. ܩܡ. *Ibid.* Ra. עדמא דאתא קם *Manuscriptus codex interserit conjunctionem* ו, וקם & stetit. v. 12. V. Pl. *in* 8° *&* 12°, Tro. G. ܐܘܪܚܐ: Tre. R. Paris. Min. H. P. A. N. v. 13. G. ܢܒܥܐ ܗܘ.

Cap. III. v. 9. Tre. R. H. תְּסַבְּרוּן: P. A. G. N. v. 10. Tre. H. G. ܢܦܠܐ: V. R. Tro. P. A. N. v. 16. Ra. ואתפתח לה שמיא *M. S. plural.* ואתפתחו: *vide infra cap.* 3. *v.* 21. *Lucæ, ubi pluraliter etiam legitur in M. S.*

Cap. IV. v. 2. Tre. R. H. אַחֲרִית: G. ܐܬܟܦܢ: P. A. N. v. 7. P. A. G. ܬܢܣܐ. v. 19. Ra. ואמר להון ישוע *Vox* ישוע *abest à M. S. neque etiam in Græc. neque apud Vulgatum Interpretem legitur* Jesus. *Sic infra vers.* 21. *post* וקרא אנון *non legitur* ישוע. v. 22. Tre. H. G. ܥܓܠܐ: R. P. A. N. v. 25. V. Tre. R. Pl. *in* 8° *&* 12°, Paris. Min. H. Tro. G. ܡܫܝܢܐ: P. A. N.

Cap. V. v. 6. R. ܘܟܦܢܝܢ: V. Tre. H. Tro. P. A. G. N. v. 11. Tre. R. H. G. ܒܕܓܠܘܬܐ: P. A. N. v. 13. A. ܐܢܬܘܢ ܡܠܚܗ ܕܐܪܥܐ: *omisso* ܐܢܘܢ. *Ibid.* Tre. H. תתמלח: *cæteræ Editiones* ܬܬܡܠܚ. *Ibid.* Tre. R. H. G. ܠܗ: P. A. N. *vide meum Lexicon.* v. 17. Tre. H. דְּאַשְׁרֵי. *Ibid.* Ra. לא דאשרא *lege cum M. S.* לא אתית דאשרא non veni ut solvam, *vel*, non veni solvere. v. 18. G. ܝܘܕ. v. 22. Ra. וכל מן דנאמר ללא *non legitur* כל *in M. S.* v. 23. Tre. R. Paris. Min. H. Tro. ܐܦܢ: G. ܐܦܢ: V. Pl. *in* 8° *&* 12°, P. A. N. v. 24. Ra. על מרבחא *M. S.* קדם מדבחא ante altare, *ut habet Græc. & Lat. Ibid.*

Tre.

Tre. H. תוב revertere: Paris. Min. תו venite: V. R. Pl. *in* 8° & 12°, Tro. P. A. G. N. v. 29. Ra. אן דין *M. S.* ואן דין, *cum conjunctione.* v. 42. Ra. דנאוף *lege cum M. S.* ומן דצבא דנאוף, & qui vult mutuari, *ut habet Græc. & vulgat. Interpres.*

Cap. VI. v. 2. Tre. קָדָמָךְ: R. קָדָמַיךְ. v. 5. G. ܣܒܘܢܝܢ. v. 7. V. Tre. R. Pl. *in* 8°. & 12°, Paris. Min. ܘܡܨܠܝܢ ܐܢܬܘܢ: *Tremellius ex M. S. (teste Trostio) legit* דַמְצַלִּין: *hanc lectionem Editiones Trostii & Gutbirii exprimunt: Raphelengii M. S. habet* דמצליתון: P. A. N. *Ibid.* V. Tre. R. Pl. *in* 8° & 12°, Paris. Min. ܕܡܣܬܒܪ: Tro. P. A. G. N: *Raphelengii M. S. etiam rejicit* ד. v. 9. Ra. צלו הכנא *adde ex M. S.* הכנא הכיל צלו sic ergo orate. v. 13. Tre. G. ܟܝ. *Ibid.* Ra. *Post* עלמין *legitur in M. S.* אמין Amen, *ut in Græc. & Lat.* v. 14. Tre. R. סַכְלוּתְהוֹן: *sic vers. seq.* v. 17. Tre. R. Pl. *in* 8. & 12°, Paris. Min. ܐܦܝܟ. v. 19. V. Tre. R. Tro. G. ܐܬܪ אַתַר: P. A. N. v. 23. Tre. R. G. ܗܘ ܡܣܒܥܢ. v. 24. Tre. R. מָרָין: P. A. G. N. v. 27. Ra. דנאצף *M. S.* כד יצף quum sollicitus fuerit. v. 28. Tre. Paris. Min. עולין: V. R. Pl. *in* 8° & 12°, Tro. P. A. G. N. v. 29. V. Tre. Pl. *in* 8° & 12°, Tro. ܫܠܝܡܘܢ: R. Paris. Min. P. A. G. N. *vide Matt.* 1: 6. 7. 12: 42. *Luc.* 11: 31. 12: 27. *Joh.* 10: 23. *Act.* 3: 11. 5: 12. 7: 47.

Cap. VII. v. 13. Ra. *In fine* בידה *M. S.* בה per eam. v. 16. V. R. ܡܥܘܩܬܐ, *repetito ribbui*: G. ܡܥܘܩܬܐ, *deficiente ribbui*: *vide Hebr.* 6: 8. *Ibid.* Tre. H. תְּאֵנָא: R. תְאֵנָא: P. ܬܐܢܐ: A. G. N. v. 25. V. R. Tro. P. A. ܢܚܬܘ: G. ܢܚܬܘ: *sic vers.* 27. v. 27. V. Tre. H. ܡܛܠܗ. v. 28. Tre. H. תְּהִירִין: R. תְהִירִין: V. Tro. P. A. G. N.

Cap. VIII. v. 10. G. ܐܡܝܢ. v. 15. Ra. *In fine pro* להון *M. S. habet* לה ei *Jesu, ut habet Græc. & Lat.* v. 21. G ܠܡܩܒܪ. v. 25. Ra. *Pro* דנעירוהי *M. S.* אעירוהי suscitaverunt eum. *Ibid.* G. ܟܝ. v. 27. G. ܐܢܫܐ: P. A. N. v. 28. G. ܐܟܣܢܝܐ. v. 30. G. ܟܘܢ: V. R. Tro. P. A. N.

A. N. *ita & verſ.* 32. v. 31. G. ܠܟܦܢܐ: V. R. Tro. P. A. N. v. 32. Tre. Paris. Min. H. ואמר להון ישוע & dixit illis Jeſus: *cæteræ Editiones conjunctionem* ו *omittunt*.

Cap. IX. v. 4. V. Tre. H. Tro. G. ܒܝܡܡܐ: R. P. A. N. v. 16. G. ܡܚܐ: V. Tre. R. H. Tro. P. A. N. *vide meum Lexicon.* v. 21. Ra. דלמאנה *M. S. rejicit* ד. v. 35. Ra. כל כורהנין וכל כאבין *M. S. in ſingulari, & ordine permutato* כל באב וכל כורהן omnem languorem & omnem infirmitatem.

